COEMETERIUM CALUINI INFERNI ET ALIARUM EIUSDEM IMPIETATUM, ...

Anastase Cochelet, Cornelio Francescucci, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
18 — G
70

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

53
F
78

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COEMETERIVM
CALVINI INFERNI

Et aliarum eiuſdem impietatum, aduerſus interpolata ſophiſmata falsò & calumnioſè adſcripta F. ANASTASIO COCHELETIO, Monacho Carmelitæ, à IOANNE POLYANDRO, aliàs VAN DEN KERCK-HOVE.

AVCTORE EODEM

F. ANASTASIO COCHELETIO

Carmelitâ Doctore Theologo Pariſienſi.



ANTVERPIÆ
Ex Officina Hieronymi Verduſſen.
cIↃ IↃC XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISS. AMPLISSIMOQVE

SENATVI
POPVLOQVE
ANTVERPIENSI

FRATER

ANASTASIVS COCHELETIVS

CARMELITA.

AGESILAVM dignum Spartâ Regem, ſi quando negotia regni ad exteras nationes vocaſſent, nullas Deorum ceremonias, nulla eorum fana negligebat, ſed ea munificis oblationibus liberaliſſimè augebat: ratus ſcilicet, vbique diuinam miſericordiam corrogandam eſſe, vbique benignum Dei auxilium promerendum. Aduenam & hoſpitem me iſtæ Prouinciæ habent amplius ſexdecim annis & nouem menſibus. Xenoph.

Cauſas omnibus notas non memorabo.

Digitized by Google

Graues, publicæque fuerunt; non leues, non priuatæ. Si quis porrò ſcrupuloſè, curioſeque percunctetur eas, quæ me ad hanc florentiſſimam vrbem veſtram aduexerunt potiùs quàm ad vllam aliam harum partium, quæque me in eadem tanto annorum ſpatio continuerunt, eas aſtutè non reticebo, ei nec temerè dicam. Ac primùm, venuſtatem tantæ ciuitatis, & in ea optimam Carmeli auguſtiſſimi habitationem. Quæ, quem non aduocarent, retinerent? Delectant roſaria, non etiam Pæſtanea, quæ quotannis grauida, & bis roſis vtilia ſunt, vbi alia vix primùm teneros caliculos oſtentant? Placent vineæ, non etiam Smyrneæ, quæ vno, eodemque tempore florentibus, tuberantibus adhuc, & ſimul iam maturis vuis luxuriant? Quem delitiæ florentis ac præclari horti non attraxerint, in quo non ſolùm flores exquiſitæ venuſtatis, boni, gratique odoris, ſed etiam fructus viſu delectabiles, & ad veſcendum ſuaues? *Pulchritudinis deſcriptio omnem iuuenum animum attrahit ad id quod diſcribitur, vt ſit particeps venuſtatis*, referente D. Gregorio Niſſeno. Mihi non olim depicta huius ciuitatis ſpecies?

Homil. 1. in Cant. Cantic.

Apud Apuleium narrat vetula illa ac dicit. *Non ſunt beati, quorum diuitias nemo nouit*. Eſto. Cui etiam genti, cui hominum igno-

Lib. 5. Metam.

tæ

Digitized by Google

tæ huius vrbis gratiæ? Quocirca, quis mortalium vbi potuit, & licuit, non longis itineribus, atque altiſſimis maris meatibus ad hoc glorioſum totius mundi ſpecimen viſendum non confluxit? vbi autem non potuit nec licuit, ſaltim non optauit? Abſcedat hinc æmulatio, hinc faceſſat inuidia.

Scio, clarèque noui cæteras vrbes gratiâ quâdam ſibi ſingulari gloriari poſſe. Quamobrem.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenem,
Aut Epheſum, Bimaríſque Corinthi
Mænia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Inſignes, aut Theſſala Tempe. Horatio lib. 1. Carm. Od. 7.

At hæc, non vnâ gratiâ, ſed vniuerſo gratiarum genere. Atque eo maximè poteſt, quòd in ſingulis, eis primatum facilè præripiat. Quæ enim alia naturâ, ſitu, ædificiorum pulchritudine, & deſcriptione æquè nobilis? Non

— Hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta ſolent inter Viburna Cupreſſi? Virgil. Eglog. 1.

Hęc verò ad gratiam? Nequaquã. Non enim ad aliorum ſenſum, vultum, nutumque conuerti ſoleo, non hominum auribus ad voluptatem aliquid dare. Fidem dictis faciant illi,

 qui-

Digitized by Google

tatem ac decorem. Quid enim eſt, quod ſic allicere debeat, vt motum probitas, vitæ honeſtas, & perpetuum ad omnem virtutem ſtudium? Illius laus numquam emori poteſt, de quâ ſacrum iſtud oraculum. *Manum ſuam*
Prouerb. 31. *miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum*. Quî ſic? Quoniam inde conſecuta eſt indumentum ſolis radijs micantius, rutilantius: nempe fortitudinem & decorem. Vnde eadem Scriptura. *Fortitudo & decor indumentum eius & ridebit in die nouiſſimo*. Fortitudo, quâ ſe omni præſidio tutiùs clauſit, & contra hoſtium inſolentes impetus, contra eorũ effrenes motus muniuit, decor autem, quo ſe omnibus ſuſpiciendam, optandam, amandam exhibuit. Dicam omnium veſtrûm non virorum, non mulierum modò, ſed etiam puerorum ac puellarum *manus ad fortia, digitos ad fuſum?* id eſt ad omnem laborem, ad omne opus bonum, ac honeſtum ſtudium? Quid præclarius, quàm eos intueri à primâ ætate operi intẽtos; varijs exercitijs corpus & animũ excolẽtes? Sed & turpe ducere, ſi vel vnũ diẽ, ſine honeſto aliquo lucro, trãſegerint? Sic videlicet, *formica*
Prouerb. 6. & 30. *populus infirmus, licet ducem præceptorem, principem non habeãt, tamen in æſtate, in meſſe cibum congregant, quem in hyeme comedant*. Quid etiã laudabilius operi eos ſic addictos videre,

re,

Digitized by Google

re, vt ad omnem fortunæ caſum apud ſe habeant, quo vel vitam ſibi conquirant, vel eam honeſtè tueantur? Dicas ſemper iſtorum meminiſſe. *Laborent, manibus ſuis operando quod bonum eſt, vt habeant, vnde tribuant neceſsitatem patienti. Operentur manibus ſuis, vt & honeſtè ambulent ad eos, qui foris ſunt, & nullius aliquid deſiderent.* Dicas non minùs recordari naturam humanam, arbuſto generoſo ſimilem eſſe, quod ſi ſumas ex aliquo loco in eremo conſtituto, in quo ventis, & procellis diuerberabatur, ſtatuáſque in loco opaciore & quietiore, illico videas à priore nobilitate defeciſſe. Cytharæ, cuius ſi chordæ nimis molles, languidæ, nec conuenienter extentæ fuerint, nullam daturæ ſunt harmoniam, ſed artem deprauatam cogi ſubſeruire fidium vitio. Non aliter Sodomam in omnem vitæ deprauatæ inſolentiam olim effuſam. Quid enim? *Multam malitiam docuit otioſitas:* & otia

Ephes. 4. 1. Theſ. 4. D. Chryſoſtom. hom. 29. in Epiſt. ad Hebr. Ezechiel. 16. Eccleſiaſtici 33. Manil. lib. 4.

— Æternam peragunt in morte iuuentam,

Quæ cùm procul ſint à vobis, adeò vt nemo propter deſidiam in otio viuat: non ſint

Immunes operum famulæ, Dominæq́; ſuorum.

Quis hîc locus vitijs? non autem hîc malitiam languere, hebeſcere colligere licet? Aut non verè intulit, qui cecinit?

Digitized by Google

Ouidius de Re-med. *Otia ſi tollas, periêre cupidinis arcus.*
Hanc veſtræ ciuitatis dignitatem duæ virtutes valdè attollunt. Modeſtiam intelligo & Dei timorem. Virtutes, quarum munia ſunt cedere ijs, qui nobis viliores & minores ſunt, & quos nobis impares iudicamus, deferre
D. Chryſoſtom. hom. 33. in Geneſ. iunioribus nobis ætate & dignitate, nihil niſi ſanum & ſobrium ſapere, nullis intemperantiæ cogitationibus affici, nihil illiberale, nihil redundans aut diſſolutum admittere, committere. At hîc nihil in motibus, nihil in amictu, quod viderim, nihil in verbis, nihil in colloquio, quod audierim, redundans; ſed totus candor, tota fides. In conuerſatione nihil à temperie & modo, quod obſeruauerim, extrarium, ſed omnia placida & contracta. In rebus nihil diſſolutum, quod perſpexerim, ſed modeſtiſſimus omnium ordinum pudor, optimæ ac modeſtiſſimæ plebis mo-
D. Auguſtin tom. 1. lib. de beata vita. dus & temperies. Vnde hîc *nec plus ſit quicquam, neque minus.* Certiſſimum ſacræ modeſtiæ, ac diuini timoris argumentum. Nempe ante oculos ſingulorum ſemper obuerſatur cæleſte hoc Apoſtoli monitum, *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Iſtud
Philip. 4. aliud diuini vatis. *Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum.*
Pſalm. 32. Et, *qui timet Deum, nihil negligit:* Videlicet
Eccleſ. 7. eorum bonorum, quæ Chriſtianum præterire

re haud conuenit. Denique iſtud Hieremiæ. *Non glorietur ſapiens in ſapientiâ ſuâ, fortis in fortitudine ſuâ, diues in diuitijs ſuis.* Quid enim arrogantia? Omnium virtutum ſcopulus. Ambæ iſtæ virtutes ita vobis dominantur, vt ſolam hanc veſtram gloriam putetis *Noſce & ſcire quia Deus eſt Dominus faciens miſericordiam, iudicium, & iuſtitiam in terra.* Ambæ iſtæ virtutes tantum apud vos valent & efficiunt, vt nec vos lateat Deum vtramque *patris & Domini perſonam ſuſtinere. Patris qui & intelligi: Domini, qui à ſeruis honorari velit; id eſt à filijs ſuis, ſui cognitionem & amorem: à ſeruis autem timorem & ſui venerationem exigat. Illud eſſe ſapientiæ, iſtud verò religionis.* Quem quia ita noſtis, ametis & veneremini, quantâ ſapientiâ, quantâ religione ducamini non obſcurè oſtenditis. Rem ſic ſe habere teſtantur tam multa templa, tam varia virorum ac mulierum ſacra cœnobia, quæ tanto feruore, tantâ deuotione conſtruitis, completis, & vt ſarta, tecta maneāt, reluctāte temporis iniuriâ omnino liberaliterq; curatis. Ambę iſtę virtutes, vt pudicam virginem, ſic ciuitatem veſtram manſuetiorem & honoratiorem exhibent, eamque à ſceleratis, perditis, nefanda audentibus hominibus facilè liberant. Cùm enim modeſtia Ciceroni *ſit in animo continens*

Hieremiæ 9.

Lactantius l. 4. cap. 4.

Cicero Rhet. 16.

Digitized by Google

D. Chryſoſtomus homil. 1. ad Philippenſes. D. Auguſtinus lib. 83. quæſt. quæſt. 31. & lib. de beata vita. Lipſius lib. 2. Polit. cap. 15. Prouerb. 8. & 22.

nens moderatio cupiditatum, ſcientiâ opportunitatis & idoneorum ad agendum temporum: diuo Chryſoſtomo, *virtus omnis concordiæ parens*: Diuo Auguſtino, *virtus per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem auctoritatem ſibi comparat*; *à modo, vt à temperie temperantia deducta*: Lypſio veſtro, *ſenſus ratione temperatus, nec actione de ſe ſuiſq́ exſultans*: Salomoni, vt altiùs repetam, virtus *cuius finis timor Dei*: *timor* autem *odio malum habeat, omnem arrogantiam, ſuperbiam, viam prauam, os bilingue deteſtetur*: diuinis adeò virtutibus inſtructis cæleſte adſit vbique præſens auxilium: quæ hoſtilis poteſtas tanta eſſe poteſt, vt mentes fortiſſimo iſto duplici præſidio, duplici hâc omnis pudoris ac continentiæ cuſtodiâ deijcere, ac decutere queat? Quæ tanta vis, vt eas duplici hoc tranquillitatis muro deturbare valeat? Duplex hoc propugnaculum, quæ tam violenta inimicorum oppugnatio perrumpere, ſuperare poteſt? *Cuſtodit Dominus diligentes ſe*. Sodomam, Gomorrham vrbes ſuis turribus, ſuis propugnaculis bene ſeptas & defenſas ſtrages attigit, rapuit, funditus euertit. Quâ de causâ? Suo ſolo, ſuo agro modeſtiam & Dei timorē proſcripſerāt. Siquidem ne quis mihi ciuitatū magnitudinem, ædificiorū pulchritudinem, incolarum multitudinem, ſenatorum, dignitatū, hono-

Pſ. 144. Gen. 19.

rum,

rum, officiorum numerum, mercium copiam, diuitiarum affluentiam, loci, ac ſitus commoditatem narret ac obijciat, ſed Dei veri inuocationem, ciuium virtutem. ob has enim ipſa ſolitudo non ciuitatibus modò, ſed etiam toto orbe fit dignior & ornatior.

In ſolitudine ideo D. Baptiſta prophetiæ ſpiritu donatur, non in aula, non in palatio Herodes. Abrahami in ſolitudine erectum tuguriolũ olim Angeli intactum relinquunt: Sodomam, Gomorrham ſitas in ſolo pingui, fertili & paradiſo ſimili, non item. Eaſdem prætereunt, ad caſam Abrahami diuertunt. Hæc nempe diuinâ ſapientiâ, quæ à Dei eſt timore & modeſtia, ſed & religione clauſa erat. Angeli non locorum ſplendorem, ſed habitantium virtutem quærunt. Quin etiàm cecidit & Hieroſolyma, & tãdem barbaricis manibus tradita. Hieroſolyma, licet in ea ſacrificia, orationes, Dei cultus, ſanctum ſanctorum, Phialæ aureæ, Cherubim, teſtamentum diuinæ prouidentiæ certiſſima ſigna: licet in ea ſupernè diuina oracula, prophetiæ, ſapientiæ expreſſio, Templum, quod non ars humana, ſed diuina ſapientia dictauerat & ornarat. Quam ob rem? Ob inhabitantium flagitia, quodq́; templo tam pulchro, tam mirabili, tam denique ſancto perditè vterẽtur, ſpeluncam latronũ, hyenæ ſpe-

D. Chryſoſtomus homil 4. de verbis Eſaiæ & 17. ad populum, & 33. in Geneſim.

Digitized by Google

ſpelæum facerent. Quid enim? à folijs arborem & non potiùs à fructibus laudamus? Homines à magnitudine ſtaturæ, & non potiùs à ſapientiâ, virtute & fortitudine?
1. Reg. 17. Goliath gigantem illum altitudinis ſex cubitorum & palmi Dauid adhuc paruus ac puer ſuperauit, capite truncauit, quem Saul totum Iſraelem corporis proceritate excedens aggredi minimè auſus eſt. Non Apem inter omnia volatilia minutiſſimum magni facimus, quòd hæc fructum proferat dulcedinis primatum obtinentem?

Hanc porrò alteram cauſam mei ad vos acceſſus dum commemoro, ſi quis tacitâ exiſtimatione reprehendere cogitet, obijciens huius veſtræ ciuitatis, quæ fuit non ita pridem ad omnem luxum effuſionem, quâque factum vt hæreſi manus imprudẽs præberet, & ſe eius tyrãnidi incauta ſubmitteret: in hoc genere facilior erit exiſtimatio, quàm reprehenſio. Nam eſt aliqua reſpublica aut vrbs, quæ iſtis malis, ſi non ex integro, at ſaltem ex parte, non patuit? Eſt aliqua pars cæli, quæ nubium denſitate, aliquando non obſcuretur? Eſt aliquid in mundo tam florens, quod viciſſitudo rerum & mutatio non depaſcat aut inumbret? Sol, Luna magna illa mundi lumina non ſuas Eclyſes patiuntur?
Iob 4. tur? Et Deus *in Angelis ſuis reperit prauitatem*,

quanto

Digitized by Google

quanto magis in ijs, qui habitant domos luteas? Qua de cauſa videas *Draconem caudâ ſuâ tertiam partem ſtellarum ſecum traxiſſe*. In terra Apoſtolos tanto furore, tantâ vehementiâ impetiuiſſe; *vt ſicut triticum cribraret*; vt eorum primus Chriſtum negaret, reliqui *eo relicto fugerent*. Solus Deus eſt, *in quem non cadit mutatio, neque viciſsitudinis obumbratio.* Quare, *qui ſtat, videat ne cadat*. Aut meritò reprehenditur & in crimen vocatur, qui ex Biſtonio hoc ſtagno tandem enauigauit? Delius natator, qui emenſis ac ſuperatis ſpatio trium dierum maris periculis, ex ijs feliciter enatauit? Quis tam rerum iniquus æſtimator? Sint qui Hyenæ naturam imitentur & putridis æquè ac putidis delectentur: magis me ſimplicis columbæ natura, quæ nonniſi ſanis ac mundis veſcitur, reficit. Mihi, cum diuo Apoſtolo, *Ciues Eccleſiæ Dei ſunt, qui aliquando fuerunt ſerui peccati, nunc autem liberi iuſtitiæ facti ſunt: qui aliquando fuerunt tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Mihi, cùm diuo Chryſoſtomo, *Ciues Eccleſiæ Dei ſunt, qui olim fuerunt in errore peregrinationis, in confuſione peccati, nunc autem verſantur in ſorte iuſtitiæ.*

Apocal. 12. Luc. 22. Iacob. 1. Rom. 6. & Epheſ. 5. D. Chryſoſtomus ad Neophitos. tom. 5.

Quapropter iniquam iſtam reprehenſionem valere iubebo. Tertiam mei ad hanc veſtram vrbem acceſſus, tertiam tam longæ

moræ

Digitized by Google

moræ meæ apud vos cauſam attingam? Hæc autem, diuina eſt diſpoſitio ac diſpenſatio. Cauſa arcana & occulta rerum omnium, quâ omnia ordine, *in pōdere, numero & menſurâ*, *cum magnâ reuerentiâ, in magnâ miſericordiâ iuſtè diſponit*, quâ per nos, ne cogitantibus quidem nobis, mirabilia & miraculo plena operatur: quâ denique aliter quàm propoſuerimus, diſponit. Vnde prouerbium. Homo proponit; Deus autem diſponit. Explicauit iſtis coram fratribus ſuis Ioſeph patriarcha. *Nolite pauere, neque vobis durum videatur, quòd vendidiſtis me in his regionibus, pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos*. Confirmauit poſtea Salomon iſtis. *Cor hominis viam ſuam diſponit, ſed Domini eſt dirigere*. Hanc Dei directionem, diſpoſitionem vt primariam, præcipuam & quaſi vnicam cauſam mei appulſus ad vos adgnoſcam ipſa veritas cogit. Poterat me altera harum prouinciarum vrbs recipere & habere. Vnde cecinit ille

Sap. 11. 12. 13. 15.

Geneſ. 45. & 50.

Prouerb. 16.

Omne ſolum forti patria eſt, vt piſcibus æquor
Et volucri vacuo, quidquid in orbe patet.

Ouid. 3. Triſt.

Nolim me in fortium claſſem reponere. Ve-

tat

Digitized by Google

tat honeſtas, vetat modeſtia, ipſa denique fortitudo. Attamen diuina diſpoſitione fit, quòd quemadmodum in mari, ſic & in cælo definitæ ſint regiones, conſtituti termini, attributi fines non omnibus promiſcuè & communiter; ſed certis & determinatis piſcium & volucrum ſpeciebus, in quibus, iuxta naturæ inclinationem & proprietatem, longè commodiùs ac meliùs viuunt. Quare vix alibi eas reperias. Vt idem de hominibus cogitemus, qui non vbique æquè feliciter habent, ſed feliciùs vbi eos diuina diſpenſatio tulerit.

Cæterùm ad hanc potentiſſimam vrbem diuinâ virgulâ directus Chriſtianus ego, inſuper conditione religioſus, vilior Ageſilao infideli ac pagano fuiſſem? Ignoraſſem quam vitæ rationem amplecti & mihi inſtituere debebam, quâ Dei benignam miſericordiam promererer, conſequerer?

Ergo cum Ageſilao hîc Dei templum, id eſt eius Eccleſiam non neglexi, ſed diuini verbi rore rigaui. Ego? Meliora chariſmata quæſo. Itaque *non ego, ſed gratia Dei mecum. Si quid enim donaui vobis, donaui propter vos, in perſona Chriſti*. Quidquid eo in munere defungendo gratiæ diuina bonitas mihi credidit, ad eiuſdem gloriam, ad Chriſtianæ plebis eruditionem expoſui. Exponendo eidem

1. Cor. 15. & 2. Cor. 2.

** dem

Act. 20. dem refudi. *Non ſubterfugi quominus annunciarem vobis omne conſilium eius: nihil vtilium ſubtraxi quominus docerem vos publicè in Deum pænitentiam & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*. Quo in negotio obeundo, florentioris & vegetioris ætatis meæ meliorem partem collocaui, imò prodegi. Adeò vt ex vegeto & florente, ſenex, victus, & quaſi imbecillis euaſerim. *Si gloriari oportet, non expedit quidem*, & pudor de ſe glorioſius non loquitur, ſed omnem inſolentis gloriæ iactantiam faſtidit. Nihilominus vnum liberè dicam neſcire me quiſquamne ſit, eorum dico, quos nuperus motus, nupera trepidatio regno Franciæ huc impulit, qui in hac prouincia diſſeminandi diuini verbi plura ſubierit. Quiſquis ille eſt, in medium prodeat. Deſponſam, deſtinatamque in hoc genere certantibus laudem præripiat. Non equidem inuideo. Quidni verò ſuſtinuiſſem? Cum magno illo Cyro cenſeo otioſum militem abijci, militem inutilem remitti debere; qui etiam laborantibus copioſius velit compenſari. Cum Apoſtolo eum, qui *nolit operari, manducare non debere*. Neque qui virtuti operam dant, eo conſilio faciunt, vt qui negligentes ſunt pari ſecum præmio donentur. Sacro me huic operi ſeruientem vidiſtis, & ne receptæ apud Chriſtianos diſci-

2. Cor. 12.

Xenoph. lib. 2. Cyroped. 6.

2. Theſ. 3.

plinæ

inæ deeſſetis, quam iſtis ſacra oracula do-
nt, *Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium* 1. Cor. 9.
nuntiant de Euangelio viuere. Dicit enim Deut. 21.
iptura, non alligabis os boui trituranti, dignus 1. Tim. 5.
enim operarius mercede ſua. Et *duplici honore*
gni ſunt Presbyteri, maximè qui laborāt in ver-
& doctrina; quotānis aliquod honorarium
nihi erogaſtis in ſtudiorū meorum ac labo-
um leuamen. Quę licet ita ſint; nulla tamen
am ſancta, nulla tam, vt dicitur, iucunda ſo-
ietas à quâ diſcedere, cui valedicere tan-
lem aliquando non contingat. Vt reditum
n patriam maturem, amor & dulcedo eius
magnopere inuitant. Cuique aui ſuus nidus
placet, & vt ad primum redeat, cuique ma-
gnum deſiderium. Placent ſcopuli, placent
montes ijs, qui in eis nati ſunt. Ideo olim co-
tam Cyrce Vlyſſes prætulit Ithacam ſcopu-
lis abruptam immortalitati. Omnium ſide-
rum eodem vnde profecta ſunt, ſua eſt re-
uerſio. Neque ſolùm iſta duo impellunt, ſed
etiam eidē patriæ à ſuperiore malaciâ & pro-
cellâ reddita ſerenitas. Solicitat ſummopere
& ipſa ſenectus. Non enim Lyſicratem imi-
tando crines, pilos nigro tingere volo. Huic
fictioni ac laruæ faciem facilè abſtergeret ip-
ſa rei veritas. Solicitant ac vrgent prouectio-
ris ſenectutis (ſi Dominus longiorem vitam
conceſſerit) certò futura incommoda. Qui-

** 2 bus

fiducia, appetitus & cordis volatus. *Petra* in
Cor. 10. qua iſtius nidus poni debet, *Chriſtus eſt.*
Iſtud de vobis dictum etiam putate. Ingenio
valetis, florentiſſima hæc ciuitas locus ve-
ſtræ poſſeſſionis eſt. Conſtãs, firmus & robu-
D. Greg. lib. 31. Moral. cap. 34. ſtus erit, ſed ſi *per humilitatem parui apud voſ-
metipſos facti, in Chriſti ſublimitate ſemper nu-
triamini: ſed ſi voſmetipſos infirmos, imbecillos
agnoſcentes, in excelſa humilitate cogniti, re-
demptori noſtro fouendam mentis veſtræ fidu-
ciam tradatis; ſi denique ima non appetatis; ſi
omne quod præterit, cordis volatu tranſcendatis.*
Mecũm iſtud adgnoſcitis? Ergo vt magna-
Iob 39. nimæ aquilæ *in locis arduis*, vobis rebuſque
veſtris *nidum* collocate. Vt id faciatis, eum,
qui æterna veritas eſt, ex imis ſenſibus meis
precor. Valete, & ſalubriter, æternùmque
regnate.

CHRI-

CHRISTIANÆ PIETATIS STVDIOSO LECTORI.

ET hoc ſingulare certamen, quod cum Miniſtro Caluiniſta rurſus inſtituo, quodque omnium vltimum fore polliceor, vel ſi poſthac erumpat, crepétque medius, Chriſtiane Lector, habe. Ad calcem Caluini inferni, quem tibi dederam anno 1608. ſcribebam non vltrà me compoſiturum cum inquieto, turbido iſto veritatis refuga, cui & ſui ſimilibus ſolemne eſt, vt cum diuo Chryſoſtomo dicam, ex ſuperfluo & improbitate, canum inſtar, in cælum & ſanctos adlatrare: *niſi verò verecundiore ore loqui, ſanctiore calamo ſcribere diſceret.* D. Chryſoſtomus hom. 17. in Matth.

Didicit? Quin cõtra, blaſphemias blaſphemÿs, calũnias calumnÿs, iniurias iniurÿs, ignorantias ignorantÿs, ineptias ineptÿs, mendacia mendacÿs accumulando illuſtrauit. Atque turpiùs, impuriuſue furente calamo. Vt in vno iſto experiri liceat, quàm vera ſint iſta tria diuina oracula. Superbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper. Impius cùm in profundum peccatorum venerit, contemnet. Conſidera opera Pſalm. 73. Prouerb. 18. Eccleſ. 7.

 altiſ-

altiſſimi, quòd nemo poſſit corrigere, quem Deus deſpexerit. *Quàm verè D. Paulus dixe-*
2.Tim 3. *rit familiare eſſe* ſeductoribus in peius ruere. *Quæ cùm ita ſint, obijcies. Eccur ergo contrà quàm decreueras agis, cur non in propoſito permanes, ſed cum eo rurſus in vno & eodem te campo includis? Ratio poſtulat, fateor, vt te hoc ſcrupulo ac curâ leuem.*

Duplex cauſa eſt. Vna, ne ſi tacens iſtinc diſcederem, in quod vnum iam à duobus fermè annis cogitabam, ſilenti, muto & fracto hoc meo diſceſſu, vt loco, ita fide, ſententiâ, cauſæ æquitate, à meipſo receſsiſſe, & veritatis cauſam deſeruiſſe, viderer; & veritas ipſa mendacio ac errori ſuccubuiſſe putaretur. Altera, ne veritas oppugnantis partes ſuſtinuiſſe exiſtimaretur: cùm tamen hæc non mendacium, ſed mendacium hanc ſemper aggrediatur & oppugnet: hoc ipſo mendacium damnetur & in crimen iniuſtæ expetitionis, inuaſionis ſemper veniat. Cauendum igitur ſummoperè iudico, ei, qui partes veritatis propugnat, ne alterã, quàm defendẽtis perſonam ineat. Veritas imaginem antecedit, ſuccedit ſimilitudo. *Atque* id dominicum & verum, quod priùs traditũ, id autem falſum & extraneum, quod poſteriùs inuectum. Hoc eſt enim teſtimonium veritatis vbique primatum occupantis. *Quod cùm nemo negarit, clarum inde euadit quòd numquam veritas,*

Tertull. lib. præſcript. cap. 29. 31. & 35.

ſed

veritatem mendacium ſemper inuadat &
ugnet.
go priuatis ſcriptis tenebrionis huius priuatim
quoties reſponderam. Re iſtâ vlteriùs progre-
nte, codicillum duodecim foliorum, quo meas
veritatis defenſione reſponſiones carpe-
partim ad Dominum Mechelmannum, par-
n ad me conuerſus, miſerat. Huic reſpon-
re ſuaſus ſum. Acquieui, & primus publico,
ſt typis mandato ſcripto, publicâ auctoritate
robato, publico priuilegio confirmato reſpon-
Quid iſte erro Miniſter? Specie eiuſdem iu-
, eadem viâ proceßit; Scripto etiam prælo
nmiſſo, ab ordinibus Hollandiæ & Weſtfriſiæ
robato, & ſub hoc titulo euulgato; Reſpon-
Ioannis Polyandri ad interpolata Ana-
ſij Cocheletij Monachi Carmelitæ ſo-
iſmata, ſub hoc titulo euulgata; Caluini
ernus aduerſus Ioannem Polyandrum
luiniſtam miniſtrum. *Et quoniam num-*
m aduerſum me ſic publicè proceſſerat, nec
nium & ſingulorum ſemper ſanum iudiciũ, ne
me oppugnãtis partes ſuſtinuiſſe, iſtum ve-
lefendẽtis, magnâ veritatis iniuriâ putaret,
c alterã cauſam habui cur hâc etiam vice, hoc
remũ pro veritate certamen cum eo inſtitue-
. Huic nomen feci Cœmeteriũ Caluini infer-
t alludendo ad germanũ cognomen eius, quod
Flandris **Van den Kerck-houe** / *id eſt Domi-*

Porrò, Domine Miniſter, Carmina, quibus me Monachũ impudenter maledicum & porculum voluiſti decãtari. Anagrammata vituperiorũ diuerſi generis iſta in nomen, cognomen meum, ſimulque ordinis Carmelitici dedecus.

1. *Hic Eſau ſocius, at latens.*

2. *Huic ſceleſto vis à Satan.*

3. Iſta cum Acroſtichide & chronoſtico, *Sicut Satan hic os eleuas.*

4. *Occalluiſti his, tam es à re Satan, tam es Satan à re impudens*, quæ per tuos diſcipulos aduerſum me ad calcem tuæ farraginis excreari verſibus curaſti, potuiſſem abſque calumniâ, abſque vllo paſſionis zelo reſpuendo in te retorquere; ſed quoniam ab ijs profecta ſunt, qui à te, in arte conuiciandi facilè principe, ſolum petulantiæ, ſciant nimirum ad omnem occurſum in quemque petulanter ac flagitiosè ſeſe effundere, ſpiritum hauriunt, mihique, vt ſpero, apud Deum

tot

tot ſunt coronæ ac roſæ futuræ, ea intacta eſſe malui. *Si enim patremfamilias Beelſebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?* Matt. 10. verſ. 25.

ANAGRAMMA.

ANASTASIVS COCHELET.

IVS ASTAT, HOC AN CELES?

SVrgunt infames, & toruo lumine diræ,
Temporibus, Cochelet, *monſtra renata tuis.*
Hæreſis impatiens comes infœlicis Erynnis
Peſtiferâ cecinit fortia bella tubâ.
Ius aſtat, hoc an*ne* celes? *te ludet Erynnis*
Impia? flammantes ſic feret vſque faces?
Euge extingue rogos, Ius aſtat; *victor abũdè es,*
Vincito ius etenim poſſe fouere negant.
Fulmina tu Chriſti, *quærunt hi fortia Auerni,*
Vincito, ius etenim diſſoluĕre ſuum.

F. Franciſcus Cauelius
Carmelita.

Digitized by Google

Digitized by Google

COEMETERIVM
CALVINI
INFERNI
ET ALIARVM
EIVSDEM IMPIETATVM
aduerſus
INTERPOLATA SOPHISMATA
falſè & calumnioſè adſcripta Fratri
Anaſtaſio Cocheletio Monacho Carmelitæ
à *Ioan. Polyandro*, aliàs *Van den Kerckhoue*.

LEGIMVS librum tuum, farraginem ex fraude, fallacijs, mendacijs, conuicijs, multis & varijs impietatibus conſtantem
—Bioneis ſermonibus & ſale nigro.
Toto eius progreſſu ex profeſſo adſtruis de te meritò dici
quod olim ſacra oracula pronuntiarunt: *Homo* Eccl. 23.
verbis improperij aſſuetus, non erudietur. Quod olim
Tertullianus [a] *Hæretici ſcripturas, quas arripiunt, ad-* a Tertull. lib.
ectionibus detractionibus, diuerſis expoſitionibus interuer- præſ cap.
nt; præſumptionibus varijs nolunt ea recipere, per quæ 17.
uincuntur. His nituntur, quæ ex falſo compoſuerunt, & Lib de
e de ambiguitate cœperunt, vt veritatem ſibi defendant. Pudicit.
iti ſunt dicere non à ſe, ſed à nobis ſcripturarum expoſi- cap. 7.
um adulteria inferri: Ira, tumore, æmulatione, caſtiga- & 8.
s dedignatione abrumpuntur. Eaſdem parabolas, quò
nt non quò debent tribuunt; aptiſſimè excludunt, quia à
atis lege ſunt ſoluti.

A Huic

Huic hoc initium feciſti, mi Polyander.

Pag. 74. 1. *Tota contentionum tuarum congerie palam oſtendis, mi Cocheleti, quòd ignorantiæ tuæ tenebras denſiſſima monachalium declamationum caligine malis obtegere, 2. quam iis agniti & valere iuſſis lumen veritatis, quod ſuperiore mea epiſtola oculis tuis prætuleram, auida mente intueri, pioq́; ſenſu comprobare.*

ANASTASIVS CARMELITA.

1. §. 1. Contentionũ incendium non eius eſt, qui reſtinguere conatur, ſed eorum, qui aut excitarunt, aut fouerunt. *Calceum iſtum altercationum conſuit Hiſtiæus, induit autem Ariſtagoras.* Conſuit Caluinus, induit Polyander; Herodo.

——— Et igneis
Suſcitat heſternos, foliisque & cortice ſicco
Nutrit & ad flammas anima perducit anili,
Tabificaſq́; faces.

2. Quid verò lego? *Democritus amiſſis oculis, alba ſcilicet & atra diſcernet?* Præfert Miniſter Caluiniſta veritatis lumen? Denſiſſimæ tenebræ mihi faces cæleſtes viſæ?

Geneſ. 1. Olim Deus *lucem diem, tenebras noctem vocauit*; ſapientior Polyander, qui lucem noctem, diem tenebras, & tenebras diem vocat? *Facit Deus de tenebris lucem ſplendeſcere*: potentior Polyander, qui ſi non effecturus, at ſaltim perſuaſurus nobis eſt tenebras lucem eſſe veritatis? Quàm 2. Cor. 4.

——— Hoc ſpumoſum & corticepingui,
& *——— grandi ſubere coctum?*

Erraſti, bone vir, putans me tuis tenebris acquieſcere debuiſſe: Erraſti, putans tuorum errorum caliginem *pio conſenſu*, *auida mente* contueri, comprobari potuiſſe. Scimus noctuis, bubonibus noctem verti in diem. Quare

Nocte

Nocte volant cœli medio, terraq́ per vmbram.
Tuos alio Bubones, tuas alio noctuas quære
——— *Dirum mortalibus omen:*

Nam diuina Scriptura illis væ intonat, *qui dicunt bonum malum, & malum bonum.* Eſa. 5.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Antequam telam hanc exordiar, cauſas recenſebo. propter quas ad verboſas tuas criminationes breuibus reſpondere conſtituerim.* pag. 75.

ANASTASIVS CARMELITA.

2. §. 1. Ex veritate aut mendacio? iſto, non illa. Ex neceſſitate, aut incredibili & inſano calumniandi deſiderio? hoc, non illa, me hercle,

Ac immunda crepunt ignominioſaque dicta.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Prima eſt, quoniam a Tertulliano didici, quòd mendacio quidē multa ſint neceſſaria, ſed quòd expedita virtus veritatis paucis gaudeat. Et à Hieronymo, quòd res ſacræ non phalerata, ſed humili & pedeſtri oratione pertractari debeant.*

ANASTASIVS CARMELITA.

3. §. 1. Tertullianum non legiſti. Nam nec quoto capite, nec eo quo vtitur verbo expr[i]mis. Non etiam D. Hieronymum. *Ad Damaſum*, ais, At multas Epiſtolas ad Damaſum habet. quota quæſo? An 125. 142. 145. 146? Ne vnam quidem adfers. Sed nec tua dicendi phraſi vtitur. Tertullianus lib. 2. in Marc. cap. 28. ſub finem, non verbo *gaudeat*, ſed *amat* vtitur: Ita enim. *Si expedita virtus veritatis paucis amat, mendacio multa erunt neceſſaria.* Amat pro ſolet; vt apud Tacitum lib. 4. hiſt. quare Rhenanus adnotat. in Tertull. ita vertit. *Expedita veritatis virtus ſolet paucis fieri ac vincere.* Vtriuſque auctoris ſententiam veram eſſe fateor. Tibi autem cauſam eſſe, cur ex aduerſo

io inſurrexeris, conſtantiſſimè nego. Atque negati rationes adferam, vbi reliquas attexueris.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Secunda, quia ex Catone, contra verboſos non ſit contendendum verbis. Tertia, quòd ſatis refutatus ſit, quem ſua in ſamem facit maledicentia. Quarta ex Epiphanio, quia nec ſatiari impudentia, nec inſipientia repleri poteſt. Quinta, quia meas digreſsiones minimè imitaris, ſed in tranſcurſu attingere, ne à ſtatu & ſcopo mecum longiùs aberres, ſit tibi animus.*

ANASTASIVS CARMELITA.

4. §. 1. D. Epiphanium, quem quartę cauſę loco obijcis, non legiſti: *Contra Maßilianum*, inquis. Verum, mi homo, quoto tomo, quoto libro, quota hæreſi? Siles ac taces? proculdubio. Releuemus te tamen hoc labore. Itaque hanc ſententiam habet tom. 2. lib. 3. hæreſi 80. quæ eſt cōtra Maſſilianos. Has autem cauſas vaniſſimas eſſe & ex ſtudio calumniandi confictas, ratio ipſa docet. Nam ſi ſciebas veritatis virtutem paucis amare, res ſacras non phaleratâ, ſed humili, ſed pedeſtri oratione pertractari velle. Contra verboſos non eſſe verbis contendendum, vt mihi, quemadmodum Saphat Naamathites Iobo, iniquè immodi-
Iob 11. cam exprobrares loquacitatem: impudentiam nunquam ſatiari, maledicentiam me factum infamem ſatis refutaſſe. ſi tandem tibi non erat animus, meas digreſsiones, quas falſò mihi opponis, imitari; amabò, cur propoſitum hoc tuum immutaſti, cur contra quàm pollicitus eras, & præter expectationem, quam nobis ingerebas, feciſti? Et

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis?

Cur *inflatis buccis*, vt cum D. Hieronymo loquar,

quar, *ſpumantia verba trutinas &*

——— *vndam tepidi deſpumas aheni?*

Cur denique tam copioſis *odÿ verbis circumdediſti me*, tam inſolenti, & ad faſtidium iterata maledicentia vbique oneraſti? Cur tandem pluſquam Acciaca loquacitate, digreſsionibus vanis, & tractatibus extra ſtadium protenſis, rem iſtam pertractaſti? o miram, ſi dijs placet, ac conſtantem ſponſionis tuæ fidem. Quadringentas & quindecim paginas turbidi tui animi, & quia ita placet pag. 77. *calami tui aſperitate* odioſa, maculaſti. Atque ita effluxiſti, proderes multa tibi velut mẽdaci neceſſaria, tecũ velut verboſo non verbis contendendum, impudentiam tibi familiarẽ eſſe, nec vnquam ſatiandam, quẽ perpetua maledicentia infamem factum ſatis ſuperque refutet. Aut in alio condemnabas, quod in te cõprobares? Magiſter Ioannes, omnia infelicia non optas huic tuæ iniquitati, quæ *ſibi mentita* imprudens, tela in alios contorta, in ſeipſam lethaliter retorquet?

D. Hiernymum quæſt. 2. ad Epiſt. 125 quę eſt ad Damaſ Pſal. 108.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Etſi ad hanc quaſtionem.* An Caluinus reuera infernum eſſe crediderit *abundè reſponderim, nondum amen veritati mearum ſolutionum acquieſcens, crambem liquoties coctam, recoctam ad nauſeã vſque reponis. Quorca ne prudentem lectorem eiuſdem cibi faſtidio tecum ecem, redintegratas tuas vociferationes ſic comprimam, vt nul non tam 2. pertinaci & inſatiabili tuo altercandi deerio, quàm docilis lectoris ingenio ac voto pro noſtræ conuerſiæ conditione, meoq́; officio ſatisfacere manibus, pediq́; ſim conaturus.* pag. 76.

ANASTASIVS CARMELITA.

1. Ecce alia duo tela calumniarum iuncta ia-

ſtantiæ & vanæ expectationi, quibus lectorem inescare intendis. Contra, nihil coxi, nihilque recoxi, quod non prius à te coctum ac recoctum fuerit. Docent appoſiti numeri ad ſingulas ferme ſcripti tui periodos. Iſtis enim conſtat nihil me ſcripſiſſe, quàm ex oblata occaſione. Iſtis conſtat, quòd mihi omnium & ſingulorum adminiſtrator extiteris, ſubijciens inconſiderate, quę in te & tuos dicerem. Iſtis conſtat, nullis me digreſſionibus vſum. Oblatam enim tantum materiam ac argumentum extendi, non ab eo digreſſus. Vis dicam? nihil nobis veſtra legentibus moleſtius, nihil odioſius, quàm rem eamdem tot lineis, tot paginis redintegratam occurrere. Nihil operoſius, quàm ad rem eamdem centies recoctam toties nos debere ſatisfacere, tantum abeſt vt his delectemur.

2. Cum bona venia dixero, *non pertinaci, non inſatiabili altercandi deſiderio teneor*: Sed tu, tu. Et

Ingeris ardenti grandia ligna foco.

Tertull. lib. præſcript. cap. 4. Eccleſia enim Chriſti, *nullas quæſtiones habet, niſi quas hæreſis adueh it*, ac præſertim Caluiniana. Lacte ac pane eius nutritus, pronectus, eius naturæ particeps effectus, cum Iouiniano Imperatore, Niceph. lib. 10. cap. 40. *Contentionis ſtudium odi: concordiæ autem aſſectatores amo & amplector*. Opto cum Apoſtolo. *Vtinam & abſcindantur, qui nos conturbant*, Cum illo, Vtinam Galath, 5.

Hos tegat arborea deuia terra comâ
Aut humet ignotæ cumulus vallatus arenæ.

CAPVT II.

Quòd Caluiniani ſint hæretici.

D. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 27. CÆterùm perge *Polyander*, atque videamus an non hæc D. Ambroſij ſententia tibi iuſtiſſimè

me quadret. *Qui quod iniuſtum eſt, iuſtum eſſe & quod iuſtum iniuſtum, execrabilis erit coram Do-*

POLYANDDER CALVINISTA.

Prioris partis proœmij capitis primi ampullas & ſeſquilia verba ad duos reduco Syllogiſmos, tuaque venenata in te retorqueo: Quæ enim ex Salomone Poeta Latino, a de infinita auditate inferni habes ritè poſſunt tibi accommodari, qui tuum Antagoniſtã Ioannem Polyandrũ falem criminationum conuitijs adſpergis, cùm illi falsò exbras quòd immeritò κατταλαλοῦς συκοφαντικώτερον *nonaueris. Quis enim a me non merito appellatum ſic fuiſudicet Monachum mordaciſſimum, 2. qui nec viuentibus, mortuis Chriſti ſeruis, ſuoque certamine piè defunctis rcere conſueuit, nec laudabilem ipſorum memoriam char- ſuis dentatis proſcindere veretur?* pag. 77. & 78. *qui ros primarios ætatis noſtræ Theologos & qui* 3. *adſpiranipſis extraordinaria Dei gratia, veritatem ſuperioribus culis grauiſſimè accuſatam, ac iam prope condemnatam b iniquiſſimis Romanenſium criminationibus aſſeruerunt?* Epiſt. ad Ordines Hollandiæ.

ANASTASIVS CARMELITA.

6. §. Lib. 1. Quouis voles infamiæ Epitheto noſtra dignare: in campo enim improperiorum tibi familiarium velitas. Eo nomine à te vinci nullum mihi probrum. Hoc eſt

——— Summa de lumbe ſaliua
Hoc natat in labris, & in vdo eſt Mœnas & Atys.

Quid enim mihi, ſi vltore cælo ob compreſſam Sangaritidem nympham Atys, ſi Polyander *poſt ſtupratam adulterio hæretico virginem à Chriſto traditam*, dementiſſime bacchetur: ſi Mœnas turat: ſi denique Oreſtes ille tragicus, aut Athamas inſaniat? Valetudinis vitium hoc eſt. Tertull. lib. preſcript. cap. 44.

2. Ecquis te ſanum iudicet, quando depoſitâ omni fronte non vereris Caluinum, Bezam, & reliquos Eccleſiæ Chriſti hoſtes iuratiſſimos, ſtupratores propudioſiſsimos, Apoſtatas, refugas aſſerere pie ſuo certamine defúctos, Chriſti ſeruos, primarios ætatis noſtræ Theologos, veritatis adſertores, extraordinaria Dei gratia afflatos fuiſſe? Feliciter omninò, atque adeſte vniuerſi,

Atyn implorate Deum, namque alter Adonis
Alter & eſt donator opum crinitus Iacchus.

Niceph. lib. 10. cap. 36. Mirabimur Iulianum Apoſtatam Libanio; Libanium ſophiſtam in Chriſtianos contumelioſiſſimè furentem Porphyrio, abiurato chriſtianiſmo, Deum fuiſſe?

D. Ambroſ. lib. 2. in Luc. Niceph. Lib. 3. hiſt. c. 13. & 14. Mi homo, *Morale eſt omnibus vt qui fidem exigunt fidem adſtruant*, inquit D. Ambroſius. Tibi tam magnifica de Caluino, Beza, & reliquis eius furfuris, putabam dicere ſulphuris prædicanti, credi cupis, cur fidem non adſtruis?

D. Iren. l. 1. c. 29. l. 5. c. 57. Aut mirabimur ſi olim Ebion gratia Dei extraordinaria ſe adflatū aſſereret, D. autem Paulum Apoſtatam ac veritatis deſertorem mentiretur? Si Cherintus nihil ſe tradere quàm adſpirante ſibi eadem gratia, dictante quodam magno Angelo? Si Marcion Chriſti ſe ſeruum, omnium primum, quem diuina gratia illuſtraſſet? Nempe (inquit in eum Tertullianus) *vt eius impetio diuina bonitas dedicaretur*. Si Montanus ſe paracletum; Paulus Samoſatenus ſibi filiū Dei perpetuò adfuiſſe, Arthemas & Coriarius quidam eius diſcipulus doctrinam ſuam ab Apoſtolis ſe hauſiſſe, Eccleſiam quidem Romanam olim veritatis columnā fuiſſe, ſed poſt Victorem huius nominis

Tertull. lib. 1. in Marc. Euſeb. li. 5. hiſt. c. 15. l. 7. c. 23. l. 5. cap. 27.

Digitized by Google

nominis primum, cui Zepherinus ſucceſſerat, factam peſſumam? Eis tam ſuperba de ſe mentientibus creditum? Abſit. Non enim hoc prudẽtia Chriſtiana poſtulabat. Et de Ebione, ſi D. Epiphanio hæreſi 30, de Cherinto, ſi D. Irenæo li. 3. cap. 3. credimus. D. Ioannes pronũtiauit: *E balneo iſto, in quo loturus venit veritatis inimicus, quantocius exeamus, ne corruente balneo ſimul opprimamur.* Quales tuos celebras, tales eſſe proba atque adſtrue: aut deſine tuis ſyllogiſmis conuitiatoris notam mihi fruſtrà inurere. Niceph. l. 4. c. 21. & lib. 6. cap. 31. D. Epip. l. 1. tom. 2. hæreſ. 30.

Quid ſi eos hæreticos demonſtrauero? nonne oſtendero te tui oblitum? Quæris pag. 412. *An quia cum Caluino ab Eccleſia Romana diſceſſiſtis, hæretici ſitis nuncupandi?* Vos hæreticos non tatum nuncupandos, ſed etiam eſſe, duæ viæ probant: Vna, quòd fatemini ab ea vos diſceſſiſſe; Altera, quòd omnes fermè hęreſes ſuperiorũ hęreticorũ profitemini. Quod ad illam ſpectat, D. Ioannes 1. epiſt. cap. 2. Non alia via probat Ebionem, Cherintum & cæteros ſui temporis apoſtatas, hæreticos eſſe. *Exierũt* (inquit) *à nobis, quia non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum,* Non alia Tertull. Marcionem, Valentinianum. Non alia D. Cyprianus lib. de ſimplicitate prælat. Non alia D. Auguſtinus Donatiſtas tom. 9. tractatu 3. in priorem D. Ioannis. *Omnes* (ait) *qui exeunt de Eccleſia, & ab vnitate Eccleſiæ præciduntur, Antichriſti ſunt. Nemo dubitat; ipſe enim Euangeliſta deſignauit.* Ex nobis exierunt, quia non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, vtique nobiſcum permanſiſſent. *Quicunque ergo non manẽt nobiſcum, ſed exeunt à nobis, manifeſtum, quod Antichriſti ſunt. An Donatiſtæ à nobis, aut nos ab ipſis? ſed abſit vt nos ab ipſis. Ergo* 1. Ioã. 2. Tertull. lib. præſcript. cap. 31.

Antichriſti ſunt; *ſi Antichriſti, mendaces ſi mendaces, negant Chriſtum*. Rationes in promptu ſunt. Exeunt enim *ſe diuiſuri & dicturi* inquit idem D. Auguſtinus ibidem, *Ecce hic eſt Chriſtus, Ecce illic eſt*. Exeunt *Chriſtum pro parte habituri, qui tamen totum emit, totum poſſedit*. Exeunt de corpore, cuius membris dicitur, *Attendite à falſis Prophetis*. Falſis prophetis, qui veris ſunt poſteriores, recentiores. Nam illi apparere non poſſunt, quin prius veri ſubſiſtant. Alioqui, qua via eos inter ſe diſtinguas, & ſecernas? exeunt de corpore, quod prius eſt eo, quod compoſituri ſunt. *At ex ordine ipſo manifeſtatur id eſſe dominicum & verum, quod ſit prius traditum: id autem extraneum & falſum, quod ſit poſterius immiſſum*. Hinc prohibetur his qui ſunt de priore corpore, credere illis qui ſunt de poſteriore. Sed licet *nos, aut Angelus de cælo Euangelizet vobis præter quàm quod Euangelizauimus vobis, Anathema ſit*. Et Chriſtus. *Tunc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere*. Cur? niſi verò quia iam aliud credant, ab eo quod iſti noui & recentes profitentur? & fides prima tam altè in eorum cordibus debeat radices egiſſe, vt ab ea nullatenus diuelli debeat? Tanto tempore firmata ſit, vt temporis diuturnitas iudicium ac ſententiam nonniſi in eius fauorem pronuntiet? Iiſdem prohibetur à priore corpore exire, quia, qui ab Eccleſia recedit vltro ſe fluctibus errorum & perpetuæ damnationi committit. Siquidem, *ſi quis ab Eccleſia inuentus fuerit alienus, alienus erit à numero filiorum: nec Deum habebit patrem qui noluerit Eccleſiam habere matrem*. Vt hinc iam deſtinari poßint hæretici, qui deſerto quod prius fuerant, id poſtea elegerunt, quod retro non erant. At Caluinus, Beza & cæteri eius fæcis homines ab Eccleſia

Matth. 7.

Tertull. lib. præſcript. cap. 31.

Galath. 1.

D. Aug. lib. 3. & cap. 10. de Symbolo ad Cathecũ Tertull.

Digitized by Google

cleſia Romana defecerunt, ab ea exierunt, ab ea inquam, quam ſolam totus mundus Chriſtianus agnoſcebat. *Neque enim vos iſtorum diſcipuli, primam illis fidem nobiſcum fuiſſe negare poteſtis. Et conſtat eos neque adeò olim in Catholicam doctrinam primo credidiſſe apud Romanenſem Eccleſiam.* Fuerunt igitur hæretici. Eſtis & vos, quia cum eis ab eadem Eccleſia defeciſtis. Quod autem attinet ad poſteriorem viam, vos & illos hæreſeos etiamnum conuincit.

Lib. 1. in Marcion. c, 1. & l. 4. cap. 5. in eundẽ.

Tertull. lib. præſcrip. 31.

1. Symon Magus, Cerdoniani, Marcioniſtæ, Manichæi, Priſcilianiſtæ, Seleuciani hæretici ſunt, quia inter cęteros ſuos errores mentiebantur Deum eſſe omnium flagitiorum ac ſcelerum auctorem. Hoc dogma Caluinus licet alibi contra Libertinos *eos qui Deum auctorem peccatorũ faciunt transformare in diabolũ* dicat, aſſerit. Vnde l. 1. Inſtitutionis, c. 18. ſect. 3. *Deus* (inquit) *auctor eſt omnium, quæ papiſtæ otioſe adſtruunt permittere.* & Sectione ſecunda eiuſdem libri & capitis, *ideo Satanam excæcare mentes infidelium, quia à Deo manat erroris efficacia*, pronuntiat. Sectione 4. *hominem Dei impulſu agere, quæ non ei licent.* Quin etiam lib. de æterna Dei prædeſtinatione, pag. 101. *Dæmonem Dei tantùm miniſtrum & inſtrumentum, cuius impulſu ſuas peragit partes, cuius mãdato ſuis impoſturis reprobos illaqueat.* Lib. 1. Inſtitut. cap. 13. §. 2. & cap. 17. §. 8. cap. Sect. 2. & 3. *homines à Deo erroris ſui efficaciam accipere; à Deo præcipua cauſa omnia ſcelera prouenire.* Beza quoties? *Deus* (ait) *creauit hominem vt mala quæ ab æterno propoſuit fieri per eum agat. Deus ſolus libere agit, homines verò & Angeli mali, qui peccarũt & peccant, vtpote qui non potuerunt nec poſſent Dei voluntati reſiſtere, neceſſitate coguntur.* Idem in ſumm. Chriſtian. pag. 178. & lib.

Beza Aphor. 22. in reſpõſione ad Caſtal.

con-

contra Heſhuſium, & aduerſus Sycophant. Calumnias. *Si (inquit) in Deo eſt tantùm ſimplex permiſſio peccatorum, non eſt Deus omnipotens, ſed Deus Epicuri, ignauus, otioſus, improbus.*

2. Manichæi apud D. Auguſtinum lib. 1. contra duas epiſtol. Pelag. ad Bonifaciū cap. 2. Marcion apud Tertull. lib. 2. aduerſus eundem cap. 5. Valētiniani apud eundem lib. de Anima. cap. 21. Iouiniani apud D. Hieronymum libr. 2. contra Iouin. ex iſtis Chriſti verbis. *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos*, aſſerebant nullum eſſe in homine arbitriū. Caluinus quid? *Qui ſentiunt* inquit comment. in 22. Act. *Homini relictum eſſe liberum arbitrium, Deum fingunt in cælo ſedere otioſum.* Idem in Harmonia Euangelica, ad hæc Chriſti verba: *Filius quidem hominis vadit, ſecundū quod definitum eſt de eo.* Vult homines nihil facere poſſe, quod à Deo non ſit definitum, & liberum hominis arbitrium à diuina præſcientia neceſſitari. Et reijciens Catholicorum ſententiam de ſimplici Dei præſcientia, qua quidem multa præno. uerit, quæ non ſanciuit, approbauit, determinauit, cùm cauſam habeant à voluntate creaturæ, ita ſcribit. *Sunt qui vtantur hîc præſcientiæ dictione, vbi decretum Dei & ordinatio exprimitur: quaſi Deus à longè tantùm futura perſpiceret, & non ea per ſe ipſum ex ſententia diſponeret: verùm Spiritus ſanctus hunc nodum longè aliter diſſoluit. Nam quòd Chriſtus traditus eſt, non tantùm ait ſic ſcriptum, ſed & ſic fuiſſe determinatum. Hinc manifeſtum eſt, eos, qui ad ſimplicis præſcientiæ vocabulum refugiunt, nihil ad ſenſum facere, ſed ignaros & perperam exercitatos fuiſſe.* Certè ſi in Deo non eſt ſimplex præſcientia, ſed cui ſemper voluntas coniuncta, adeò vt ſecūdùm eā futura ſemper determinet im-

eret, ac velit; cùm nemo poſſit, dicente ſcri-
a, *Dei voluntati reſiſtere*, vbi in homine liberum
trium? Cum D. Hieronymo dico, *Si non eſt cō-
bilis noſtra natura non potuit D. Paulus cùm eſſet ar-
mala, perſequens Eccleſiam Dei, poſtea bonos fructus
e. Non Iudas cùm eſſet arbor bona, ſigna faciens cum
tolis in proditorem degenerare ac verti.* Cũ Tertul-
o, *Genimina viperarum fructum pænitentiæ quomodo
nt, ſi* nequeant velle *expuere venena malignitatis? Tertull.
ſi diuinæ potentiæ, vtique natura potentior non habeat in
s ſubiacentem ſibi liberam arbitrij poteſtatem?*
n clypeo fidei veſtræ Geneuenſi ſemel atque
rum ita ſtatuitur. *Si homo liberum arbitrium habet
eſt adorandus Spiritus ſanctus.*

D. Hieronym. lib. 2. in Iouin.

Matth. 3.

Tertull. l. de anima c. 21.

3. Arriani filium Dei negabant eſſe patri æ-
lem, negabant eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum
re. Quid Caluinus? In 22. cap. D. Matthæi:
rſ. 44. & in 26. verſ. 64. Chriſtũ ſecundùm di-
iam naturam patris vicarium. In cap. 17. d.
n. verſ. 12. miniſtrum eiuſdem. Et epiſtola
Polonos pag. 941. & ſequentibus aſſerit non
e abſurdum, ſi filium ſecundùm diuinitatem
norem patre, & apud eum intercedere ſecun-
m eandem dicamus. *Nam quamquam ab antiquis
nquit) hæc Chriſti ſententia* Pater maior me eſt,
*ricta fuerit ad humanam naturam, ego tamen non du-
m ad totum complexum extendi.* Idem lib. 2. Inſtitut.
pite 14. ſect. 3. ex iſtis prioris ad Corinth.
p. 15. *Tunc & ipſe erit ſubiectus patri.* Hanc ſubie-
onem Chriſti, colligit eius diuinitati referen-
m. In caput 6. D. Ioannis, & cap. 17. D.
arci. Patrem primam cauſam vitæ, primum
adum, Filium ſecundam, Spiritum ſanctũ ter-
im. Patrem primam potentiam, Filium ſecun-
dam

dam, Spiritum ſanctum tertiam ſtatuit. Conſpirat Beza, qui epiſtola Theolog. 14. laudat Staniſlaum Sarnicium, quòd filium *ratione officij minorem patre ſecundùm diuinitatem* ſcripſiſſet. Idem epiſtola 28. filium ſecundùm vtramque naturam patri obedire adſtruit. In magna fidei Confeſſ. cap. 1. Sect. 2. Gallic. hæc excreat. *Verbum Dei clarè nos docet, quòd iſta diuina eſſentia ſit ab æterno realiter diſtincta in tribus perſonis. Si diuinitas patris fuerit in filio, vel tota, vel ex parte ſi tota, in patre euanuerit & ea pater priuabitur; ſi ex parte, ergo lacera erit,* inquit Caluinus, *& ſi æterna patris eſſentia in filio fuerit, etiam perſona patris erit communicabilis.* Contra Valentinũ Gẽtilem pag. 917. Et in admonitione ad Polonos. *Si pater habet ſuum eſſe à ſeipſo, filius autẽ ſuum eſſe à patre, Spiritus ſanctus ab vtroq;, an non tres eſſentiæ emergẽt?* Petrus Carolus in Synodo Lauſanẽſi, narrat eũ voluiſſe reſcindere ex Symbolo Niceni Cõcilij iſta. *Deum de Deo, lumen de lumine*; & iſta Symboli D. Athanaſij. *Deus eſt ex ſubſtantia patris, ante ſæcula genitus.* Non excurrã longius, Rex magnę Britãnię in probata illa ſua, (ſi dijs placet) Apologia ad omnes Monarchas, Principes, Ordines Chriſtianos. Polyãder in hac ſua aduerſum me Reſpõſione p. 334. lin. 23. & 24. pag. 342. lin 5. vocat Spiritum ſanctum Vicarium Chriſti. Cõſtat autem Vicarium eſſe inferiorem eo, cuius vices gerit, & ad nutum huius officium vel ſumere, vel deponere. Quare Spiritum ſanctũ ſua diuinitate priuat, eumque à ſua celſitudine & majeſtate cũ Arrianis deijcit.

4. Elimas Magus apud D. Dyoniſium Areopagitã l. de diuinis nominibus, c. 8. D. Auguſtinum lib. 1. cap. 1. & lib. 2. c. 3. de Symbolo, negabat in Deo abſolutam aliquam eſſe potẽtiam. Non negat

at Caluinus? *Deus nihil poteſt, aut valet efficere, aut ſu-ra, aut contra Ordinē naturæ à ſe conſtitutū* l.4. Inſtitut. ..p.17. Sect. 24. *Neque commentum ingerimus de abſoluta ..ei potentia, quod ſicut profanum eſt; ita meritò nobis dete-andum.* lib.3. Inſtitut. ca. 23. Sect 2. *Iſtud ſomnium de ..ei abſoluta poteſtate, quod Scholaſtici introduxerunt, exe-..anda eſt blaſphemia.* Comment. in 23. Eſaiæ. Beza ..uid? Lib. 2. aduerſus Tilman. Heshuſium. *Non ..credenda, nec vniuerſaliter recipienda Gabrielis Angeli ..Virginem iſta propoſitio vniuerſalis.* Non erit impoſ-ſibile apud Deum omne verbum. In confeſſione ..ommuni omnium veſtrum calculo probata, & ..dita per Franciſcum Duron. 1563. Perque vni-..erſam Galliam diſſeminata, articulum Dei ..mnipotentiæ ſuppreſſiſtis. Non hoc eſt diuinæ ..mnipotentiæ derogare? *Non contra omnipotentem ..ſe roborare? Quaſi nihil poſſit facere omnipotens*, quod ..xcedat humani intellectus vanitatem. Non hoc ..t, *naturæm ei coæquare?* At natura, cælis, Abyſſo, ..rræ, mari, & reliquis elementis, comprehen-..itur. Deus autem, *omnipotens excelſior cælo, profundior ..byſſo, longior terræ eſt menſura eius & latior mari. Si ſub-..erterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei?*

Luc. 1.

Iob 15. & 22.

Eſa. 46.

Eſa. 40.

5. Manichæi negabant Chriſtum in Euchari-..ia adorandum. Cum ijs non conſpiratis? Non ..uemadmodum Manichæi Catholicos, ſic nos ..lololatras, ideo appellatis? *Quoniā Chriſti caro etiā ..vnione vera caro eſt, veráque creatura, ideo numquam ..ligioſo cultu adoranda* (inquit Danæus) Nempe, ..ua diſcernere rationē adorationis ab obiecto ..uſdem neſcit. Et in examin. lib. Kemnitij ean-..em hæreſim repetens. *Qui ad ipſam carnem Chriſti ..orationem ſuam aut inuocationem dirigit, ex Dei ipſius ..e maledictus eſt.* Beza miſſus à Geneuenſibus cum

Danæus Apolog. de ado-rat. carnis Chriſti.

Muſ-

Muſculo ad Colloquium Montpelgartenſe, Iacobo Andreæ ſibi exprobranti iſtas Danæi blaſphemias, reſpondit ſe *Danæum nolle condemnare, qui ſi præſens eſſet, haberet, quid pro ſe reſponderet*. Eadem hæreſi laborans Caluinus in ſua Harmonia, negat Magos, Centurionem, Iairum Principem Synagogæ, cæcum natum Chriſtum vlla diuina adoratione veneratos fuiſſe.

6. Maſſiliani, Eutichiani, Enthuſiaſtæ, Priſciliani, virtutem Baptiſmi & Euchariſtiæ negabant. Contra quos multis locis D. Auguſtinus, vt lib. 4. contra Creſconium cap. 16. *Baptiſmus, non eorum meritis à quibus adminiſtratur, non etiam eorum quibus miniſtratur, conſtat, ſed propria ſanctitate ac veritate, propter eum à quo inſtitutus eſt*. Et lib. 4. contra Donatiſtas cap. 24. *Sacramentum ipſum per ſeipſum in paruulis valet plurimum*. Et lib. 1. de remiſſione peccatorum & meritis cap. 18. *Totum hoc fit in paruulis vi ſacramenti & diuinæ gratiæ*. Quod nos dicimus ex opere operato. Et lib. 19. contra Fauſtum Manichæum cap. 13. *Prima ſacramenta ablata ſunt, quia impleta, & alia inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora*.

Caluinus, Beza, Danæus, vos cum illis, non cum Maſſilianis, Eutichianis, Enthuſiaſtis, Priſcilianis conſpiratis? *Non eſt quod ex Euangelio vllam ſacramentis noſtris prærogatiuam vendicemus*, ait Caluinus libro ſecundo Inſtitut. capite 10. mentitus Chriſto, qui dicit in Euangelio:
Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non*
Marc. 16. *poteſt videre regnum Dei*. Mar. 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit*. D. Petro, qui Act. 2. *Baptizetur* (inquit) *vnuſquiſque veſtrum in remiſſionem peccatorum*. D. Paulo diceti. *Quicunque baptizati eſtis Chriſtum*

Digitized by Google

induiſtis. Rom. 6. Galath. 3. Chriſto rurſus,
gratiam vnionis ſecum; reſurrectionis, qui
m æternam dari Euchariſtiæ ſumptione aſ-
t. *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſangui-*
in me manet & ego in eo. Qui manducat me ipſe viuet
er me, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Qui Ioan. 6.
ducat carnem meam habet vitam æternam. Quam
ſus Euchariſtiæ efficaciam & vtilitatem ipſe
iſtus exprimit dicens. *Accipite & manducate, hoc*
rpus meum, quod pro vobis traditur. Bibite, hic eſt
uis meus qui pro vobis effunditur in remiſsionem
torum. Quibus ſacramentis tam intrinſecum
conferre gratiam, vt apud D. Auguſtinum
1. de meritis & remiſſ. peccatorum cap. 24.
identur Punici, qui Baptiſmum, *ſalutem*; Eu-
riſtiam *vitam* vocabant.

. Beregarius omniũ primus in Gallijs fuit, qui
poris Chriſti realitatẽ in Euchariſtia negaret;
inde ab Eccleſia hæreticus habitus, & vt talis
idem natus. Non hanc hæreſim profitemini?
8. Apud Euſebium lib 5. hiſtoriæ Eccleſiaſt.
.15. & 18. Nicephorum lib. 4. cap. 22. D. Epi-
nium in Panario, Montanus inter cæteras
reſes pœnitentiam negabat eſſe neceſſariam
ſalutem virtutem eius abnegans. Non hanc
trinam propugnatis? *Pænitentiæ ſacramentum*
toiudicio ementitum quiddam eſt, inquit Caluinus
.4. Inſtitut. cap. 15. §. 4. c. 19. parag. 17. in Antid.
nod. Tridentin. ſeſſ. 7. art. 10. *Nam* ait lib. 3.
titut. cap. 4. parag. 31. 35. 36. *impoſsibile eſt Deo*
pænitentiam ſatisfieri. Quamquam contrarium
uina oracula teſtentur Luc. 3. & 13. Math. 4.
t. 2. & 26. & multis alijs locis. Idem Montanus
gabat matrimonij indiſſolubilitatem. Non

B etiam

etiam hunc errorem defenditis?

Non de præcipiti venitis ad tartara ſaxo?

9. Symon Magus apud D. Iræneum lib. 1. cap. 20. Valentinianus apud Theodoretum lib. 1. de hæreticis fabulis hæreſi. 9. Eunomius apud D. Auguſtinum lib. de hæreſibus, hæreſi 54. Pſeudoprophetæ, de quibus D. Paulus frequenter, & in quos inquit D. Auguſtinus, D. Petrus, D. Ioannes Euangeliſta, D. Iacobus ſuas Epiſtolas conſcripſerũt, ſolam fidem iuſtificare, bona opera ad ſalutem non eſſe neceſſaria, his coram Deo nos non iuſtificari adſtruebant. Hanc hæreſim non refricat Caluinus in 6. caput D. Ioannis. In cap. 1. Epiſtolæ ad Romanos verſ. 17. 21. 28. In 2. cap. Epiſtolæ ad Galathas. In 2. cap. Epiſtolæ ad Epheſios. & lib. 3. Inſtitut. cap. 2. parag. 19? Beza in Confeſſ. cap. 4. a. t. 3. & 14?

Lib. de fide & operibus cap. 14.

Semicromoque nouat repetitum ſtipite vulnus?

Confeſsio Geneuenſis cap. 4. parag. 20? Imò, *vel ſola ſcintilla fidei, verè nos de ſalute ſecuros reddit*, ait. Omnes vos quid?

10. Vt verò paucis hoc caput abſoluam. Vigilantius miracula, quæ in Eccleſia Romana, id eſt Catholica, fiebant, Dæmonum præſtigijs adſcribebat. Non etiam vos? non Caluinus in præfatione ſuę Inſtitutionis?

11. Idem Vigilantius apud D. Hieronymum aduerſus eundem, ſanctorum reliquias haud venerandas mentiebatur; Catholicos Idololatriæ accuſabat. Non etiam vos?

12. Euſtathiani, Meletiani, Aeriani ſanctos non inuocandos, non honorandos adſtruebant: Eorum errorem non profitemini?

13. Pelagiani vt videre eſt apud D. Auguſtinum

n lib. de hæreſibus, ad quod vult Deum c. 88.
antes ex vteris matrum ſanctificatos prædi-
ant. Iſtorum opinionem non amplectimini,
defenditis? Eſt hæreſis ſuperiorum hæreti-
um, quam Caluinus, Beza, quam vos non
icaſtis, redintegraſtis? Itaque, quia cum Cal-
o ab Eccleſia Romana, id eſt, Catholica diſ-
iſtis; quia cum ſuperioribus hæreticis eaſ-
n hæreſes profitemini, non ſolùm nuncu-
di, ſed etiam hæretici eſtis. Itaque quâ men-
veſaniâ, quâ impietate Caluinum, Bezam,
certamine piè defunctos, primarios Theo-
os, Dei gratiâ extraordinariâ adflatos, eos
itatem grauiſsimè accuſatam, propè con-
nnatam ab iniquiſsimis Romanenſium cri-
nationibus aſſeruiſſe, audes mentiri? Aut iiſ-
n honorum titulis recenſos ſuperiorum ſe-
orum hæreticos dignare. Iſtorum

Sed vitijs hominum crudelia pabula præbe.

Quid enim inſanius, quid crudelius, quàm
bitos virtuti, veritati, pietati honorum titu-
, vitijs, falſitati, impietati tribuere? Quod ſi
n facis, deſine me falſarum criminationum
cuſare, preſtigiatorem appellare παπαικίωνος συκο-
φαντικώτερον immeritò nominare. Iuſtiùs & hæc

Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis,
Grandiaque effoſsis mirentur oſſa ſepulchris.

CAPVT III.

Caluiniana conuenticula, non ſunt Eccleſiæ reformatæ.

POLYANDER CALVINISTA.

*Tva maledicta, quibus viuos & mortuos, 2. Eccle-
ſiarum reformatarũ paſtores inſectaris, obiter tan-*

tùm indicando, ſatis ſuperque me refutaturum confido. pag. 75.

ANASTASIVS CARMELITA.

7.§.1. Tam promptè, nulloque negotio? Sunt qui ſumptuoſiùs atque inſolentiùs ſe iactant, & in magnam propoſitum conſequendi ſpem adducuntur, quos tamen de ſpe, conatuque repelli cõtingit. Videndũ tibi fuit ne ſeptuaginta aratoribus ſit futurus inanior tuus ager. Quî ſic? Quoniam, egregios ouium paſtores ac cuſtodes, quos vocant lupos. Si Caluinus, ſi Beza, ſi cæteri huius farinæ non extitiſſent, ſcilicet

Non liquidi gregibus fontes, non gramina ſunto.

Non lupi, mi homo, ouibus pabula conſeruant, quarum laniena gaudent. Ne me verò conuitijs agere putes. Vis oſtendam qualem ſe, quales vos Caluinus eſſe profiteatur? Patienter mecum; nihil enim fingam. *Certum omninò eſt* (ſcribit ille) *naturâ nos nihilminus eſſe quàm oues, quin potiùs, naſcimur omnes Lupi, Leones, Tigres, Vrſi.* Hæc in 10. cap. D. Ioannis. *Vt bruta animalia, abripimur, effundimur, in omnem carnis libidinẽ,* inquit in 1. Act. Et paſtores Eccleſiarum eſtis? Tigres, Leones, Vrſi, Lupi, bruta animalia, paſtores Eccleſiarũ? His & ſimilibus, animarum tutela committitur? Adeò vt

Nec timeat celeres, tardior agna lupos?

Quo ſeculo, hoc verum fuit paradoxum? Abi igitur, & ne me Monachum maledicum toties nominare velis.

2. *Reformatarum Eccleſiarum,* inquis. Nec Eccleſiarum, nec reformatarũ, bone Vir. Non Eccleſiarum. *Siquidem hæreticorum conuenticula Eccleſias vocare licet & non potiùs vulpium cauernas?* inquit D. Chryſoſtomus. Non enim *conuenticula de ſanguinibus*

ı iſta, *congregat* Dominus. Non enim Leo- D. Chry-
, Tigres, Vrſi, Lupi Eccleſias, ſed Cauer- ſoſtom.
ſed latibula habent. Quamquam non ni- in Pſalm.
iuino iudicio fieri credam, vt hæretici ve- 96.
ıenter velint latibula & conuenticula ſua,
leſias in plurali enunciari ac dici. Quod &
:ruat idem D. Chryſoſtomus ibidem. Cùm
n veræ Eccleſiæ hæc prima nota ſit, vt *vna* ſit
orbe diffuſa. Iſti autem plures habere ſe
ent, meritò, ait D. Chryſoſtomus, illud eis
cimus. *Vulpes foueas habent, volucres cæli nidos; fi-*
utem hominis, non habet vbi caput ſuum reclinet.
npe, Chriſtus nullos particulares locos, non
c vel illum, ſed totius mundi terminos vni-
ım agnoſcit: iuxta patris promiſſum. *Dabo* Pſal. 2.
ẽtes in hæreditatem tuam, poſſeſſionem tuam terminos
. Terminos autem non tantùm, ſed vniuer-
Vnde alibi. *Reminiſcentur & conuertentur ad* Pſalm. 21.
iuerſi fines terræ. Adorabunt vniuerſæ familiæ gentium.
liligenter obſeruat D. Auguſtinus in Pſal. 21.
ùm hæretici, *Errãtes oues ſunt ſuper omnem faciem*
, non omnes hæretici per totam faciem terræ, ſed ta-
per totam faciem terræ, alij hic, alij ibi, nuſquam ta-
deſunt, ſed ipſi ſe non nouerunt. Alia ſecta in Africa,
hæreſis in Oriente, alia in Aegypto, alia in Meſopota- D. Au-
. Diuerſis locis ſunt diuerſæ, ſed vna mater ſuperbia guſtinus
es genuit, ſicut vna mater noſtra Catholica, omnes tom. 9. li.
ſtianos fideles toto orbe diffuſos inquit idem D. Au- de paſtor.
tinus. Hac ergo conſideratione admittamus cap. 8.
ıuenticula veſtra in plurali Eccleſias nuncu-
da, vt veſtra adfirmatione teſte, Chriſti non
: intelligamus. Secus, quo iure Eccleſias dixe-
ıus Leonum, Tigrum, Vrſorum, Vulpium,
orum cauernas, latibula, foueas?

Google

Antra quibus nec ſol medio ſentitur in æſtu?

Malach. 4. Non enim ibi leſus meus *ſol iuſtitiæ oritur, in cuius pennis ſanitas*, tantùm vbi eius Eccleſia: tantum timentibus eum. Nam, *vbi Eccleſia, ibi Spiritusſanctus, & vbi Spiritus Dei, ibi eiuſdem Eccleſia*. ait D. Ireneus l. 3. contra Valentin. cap. 40. Non etiam paſtores reformatarum Eccleſiarum. Quid enim hîc audio? poſſunt reformatæ Eccleſiæ eſſe, quarum membra omnia, Leones, Tigres, Vrſi, Vulpes, Lupi ſunt? Quarum membra, *vt bruta animalia in omnem ſeſe effundunt, & abripiuntur carnis libidinem*? Quarum denique membra (vt in pretiunculis veſtris & Dominica 24. fatemini) *ad omne malum perpetrandum procliuia ſunt, null'i bono vſui apta, ſed na-*

Math. 7. *tura maledicta & reproba?* Scilicet, *colligunt de Spinis vuas, & de tribulis ficus?* Negat Chriſtus noſter. Scilicet à deterrimis omnium mortaliũ, & quorum mentes, fides, res perditæ erant, & vt vno verbo dicam, ab Apoſtatis, Eccleſię in meliorem & pulchriorem ſtatum reuocandæ expectabantur, reſtituenda fides? Apage, apage nugas iſtas.

Quid ſi hanc Caluini, hanc veſtrûm omnium fidem deformatam, hæreticam eſſe demonſtrauero? Erunt Eccleſię veſtrę reformatę? Non longius excurram.

Manichæorum ac Marcioniſtarũ hæreſis fuit aſſerere *aliquas creaturas natura malas, nulli bono vſui aptas*. At hæc Caluini, hæc fides veſtra, qui dicitis vos naturâ Tigres, Leones, Vrſos, Lupos, bruta animalia, ad omne malum perpetrandum nata, nulli bono vſui apta. Fortè ad gratiã & humilitatem hæc à vobis dici reſpõſurus es. At, mi homo, quæ ad Deum orando dirigimus, etſi ex humilitate cordis proficiſci debeant, tamen ex rei

veri-

tate, non ex mendacio manare oportet, ſine
phemia in Deũ, ſine contumelia in naturam.
a Deus nullam creaturam condidit malam;
a creatura, naturâ mala eſt. *Vidit cuncta quæ fe-* Geneſ. 1.
, & erant valde bona. Dei perfecta ſunt opera, creauit- Deut. 3 2.
ominem rectum. Et quamquam poſt lapſum vi- Eccleſ. 7.
a fuerit hominis natura, remanſit tamen in
nine intellectus, quo virtutem à vitio diſcer-
et. Voluntas, qua illam amaret, amplectere-
iſtud autem vitaret ac fugeret. Memoria, qua
beneficiorũ ac iudiciorũ recordaretur. Quæ
omine facultates, naturâ bonę ſunt, nõ malę.
Neq; verò eſt quod opponatis maledictiones,
s legimus in ſacris ſcripturis; non enim in
uram, ſed peccatũ pronuntiantur, & tot ſunt
dictiones calamitatũ, miſeriarum, quas Deus
peccatum immiſſurum ſe ſignificauit. Quare
rpenti maledicit, ſi legum ſuarum tranſgreſ-
ibus, ſententiæ maledictionum iſtarum, non
it imprecationes contra naturam, quæ ex ſe
na eſt; ſed ſuppliciorum ipſis ob peccata debi-
um prænuntiationes.

Legimus Moyſen, Eſaiam, Hieremiam & Pro- Pſal. 13.
etas, quos Dominus ad ædificationem ſuę Ec- Rom. 3.
ſiæ miſit, ſe peccatores faſſos. Legimus Daui- Rom. 9.
m, repetente D. Paulo, *Inutiles* aliquoties aſſe- Epheſ. 2.
iſſe. D. Paulum, *vaſa iræ*. Imò *natura filios iræ*.
d iſti omnes attenderunt ad primi hominis
lami tranſgreſſionẽ, quę in naturam noſtram
manauit, ſeque ei comitẽ hæreditariâ ſucceſ-
one adiunxit, non autem ad naturã ipſam, quæ
ſe bona eſt. Peccatum, quod ſe naturę noſtræ,
æ bona eſt, quaſi hæreditaria ſucceſſione ſo-
auit, naturæ appellatione dixerunt.

Quocirca D. Chryſoſtomus obſeruat. D. Paulum non ſimpliciter dixiſſe, *Eratis natura filij iræ,* ſed addidiſſe expletiuam ac ſubiunctiuam hanc coniunctionem, *Eratis quidem natura filij iræ*. Id eſt (inquit) *eratis quodammodo*. Quo loco narrat quoſdam hæreticos ſimiles vobis, *qui vehementer iſta de Deo dici contenderēt, effrenem que linguam plurimùm exererent, ea Deo adſcribentes, quæ ſolius ſunt Diaboli.* Eorum autem os obſtrui debere ex iſtis verbis. *Si enim Deus iuſtus eſt, vt ipſi dicunt; iſta verò perpetrauerit, non eſt vtique iſtud iuſti, ſed vehementer iniuſti & ſceleſti. Sceleſtus verò Deus non erit vnquam.* Non ergo adſtruere poteſtis ſimpliciter vos naturâ eſſe Leones, Tigres, Vrſos, Lupos, ad omne opus malum perpetrandum natos, nulli bono vſui aptos, quin cum Manichæis, Marcioniſtis blaſphemi in Deum, contumelioſi in naturam ſitis; Cùm ſi quid mali, non naturæ, ſed peccati vitio tribuendum ſit. Vnde & D. Auguſtinus iſta. D. Pauli interpretatus l. 2. Hypognoſt. contra Pelagianos, tom. 7. *Eratis quidem natura filij iræ*: non naturam ſimpliciter, ſed naturam vitio deprauatam Apoſtolum ſignificare dicit. *Non enim* (ait) *quis natura à Deo cōditus malus*, ſed imitatione malorum, quod vitium, non naturæ ſimpliciter eſt, ſed naturæ deprauatæ, quæ quia vitium ſuſcepit, iram etiam ſuſceperit. Propterea & illa examinans Dauidis Pſalm. 50. *Ecce in peccatis concepit me mater mea.* ſubijcit, quaſi ex perſona Dauidis. *Vitium ergo peccati, ſeminatus & conceptus de parentibus ſumpſi; per quod, adulterium & homicidium propria peccata perpetraui*: peccato quidquid in nobis vitij eſt, non naturę affingens, ne cum Manichæis in hæreſi communicaret. Hanc igitur fidei confeſ-

ſionem

[Margin: D. Chryſoſt. ſerm. 4. in Epiſtolam ad Epheſios.]

[Margin: Lib. 5. Hypognoſt. contra Pelag.]

ſionem veſtram, deformatam fide ac ſtatu, reformate; aut cum Manicheis, cum Marcioniſtis in Deum blaſphemi, in naturam contumelioſi ne dixeritis veſtras Eccleſias reformatas eſſe, ſed blaſphemiâ, ſed contumeliâ deprauatas, corruptas. Et quia ſic placet, *Leonum, Tigrium, Vrſorum, Luporum* luſtra, latibula, *brutorum animalium in omnem carnis licentiam natura proruentium, ad omne ſcelus perpetrandum natorum, nulli bono vſui aptorum* ſpecus. Quę quia ex ſententia veſtra concludo, conſtat quàm iniquis criminationibus me ſis proſecutus, quàm vanâ & turgidâ ſpe deluſus fueris.

POLYANDER CALVINISTA.

1. Quis te mēdacij non arguat, qui de meis laboribus cogitatiſque ex tuis λογισμοῖς & prauis ſuſpicionibus coniecturam faciens quæ numquam perpetraui, mihi audaciſsimè obijcere non dubitas? 2. ſed ex tuo fortaßis facto de meo iudicas, & quemadmodum conuocato fratrum tuorum non minus pinguium, quàm otioſorum concilio, eorum ad impugnandum auxilium implorasti, ſic me collegarum meorum, in ſacro Miniſterio negotioſorum, ad te refellēdum adiumento vſum fuiſſe ſuſpicaris pag. 78.

ANASTASIVS CARMELITA.

8. §. 1. Hui: crimen hoc, Anaſtaſi, quo linteo abſterges, quo ſale condies? Quo? Vitaui culpam, laudem non meruero? Olim Ciceroni obijciebatur, quòd à Philoſophis ſua emendicaret, ſumeret. Quid ille? *An quærendum quid baiuli, quid operarij, an quid homines doctiſsimi ſenſerint?* Simile quid de Polyandro ſuſpicatus ſum; eius prudentię hominem fuiſſe putaui. Quod crimen, quæ culpa? ſum alijs contuliſſe probro & crimini eſſe poſit? Aliorum adiumento vſum fuiſſe, ignomię? D. Baſilius non laudatur, non etiam D. Gregorius Parad.

Digitized by Google

gorius Nazianzenus, qui nihil dixerint ac ſcripſerint, quod non ex ſuperiorum patrum ſcriptis, ac ſententijs hauſiſſent? Et cum mihi plus oculi videant quàm oculus, non nota modeſtiæ, non prudentiæ inſigne, aliorum vbi copia datur, auxilio vti? contra, non arrogantię, ſuperbię, non imprudentiæ, ſpreto aliorum concilio, contempta aliorũ trutina, opera, proprio & particulari tantùm niti? Sed hoc familiare eſt omni hæretico Miniſtro, cui proprium cerebrum, Deus & Religio eſt. Aliter ſuſpicatus ſum de te, bone vir. Itaque fateberis aut me non coarguẽdum mendacij, aut te leuitatis, arrogantiæ, imprudentiæ notam incurriſſe, qui comminiſtrorum tuorum, ſpreto concilio ac labore, proprio iudicio ac labori credere volueris.

2. Quid porrò tibi & fratribus meis? Tantòne ſuperbiæ ac arrogantię furore abreperis, vt quia, quod alioqui tibi prudentiæ ac modeſtiæ fuiſſet, de te ſuſpicatus ſim, in eorum contumelias deuoluereris? Si *pingues* fuerint, at non latrocinijs vbique marium & terrarum perpetratis, non ſacrilegijs, non rapinis, vt tu tuique pingues eſtis. Aut reddite, quæ Eccleſiarũ, quæ Catholicorum bona fuerunt, annuos eorum reditus, quos vi & violentiâ detinetis, deprædatione poſſidetis. Si *pingues* non tuo pane, ſed Chriſti fidelium. Quid

Iob 14. tu *aduerſus Deum erecto collo & pingui ceruice armaris?*

Non ego te vidi Dæmonis peſſime Caprum
Excipere inſidijs, multum latrante Lyciſca?
——— manibúſque cruentis
Virgineas auſum diuæ contingere vittas,
Cùm hæreſis veſtra
Templa vel arcano demens ſpoliauerat auro?

Fra-

Fratres mei *noƈte dieq; in lege Domini meditantur*, rebus diuinis operam dant. In ſtudijs cognoſcendi ſemper aliquid atque diſcendi gratia, remoti ab oculis populi, tempus otiumque conterunt. Non aliter otioſi. Vt illa, ſic iſti *manum mittunt ad fortia & digiti* eorum *apprehendunt fuſum*. Tibi *otioſo malè quæſita relinquunt*: fore credunt, vt qui tali otio vacat, tandem *egeſtate repleatur*. Fore, vt *impiorum lucerna extinguatur, & feſtinata ſubſtantia minuatur*.

Pſalm. 1. Prou. 31. Eccleſ. 2. Prouerb. 12. & 13.

Ecquomodo otioſi, quorum concilio conuocato, eorumdem auxilium ad te impugnandum implorauero? Homines otioſos vocas, qui tam honeſta, tam ſeria, tam denique grauia ſuggerere poſſunt?

Aut iacet in molli veneranda ſcientia leƈto?
Illa nec aſſiduo parta labore venit?

Tam pugnantia quis conciliabit?

3. Fateris tamen pag. 79. ſcriptitationes tuas, *compoſitas vni ex tuis Symmiſtis, nimirum D. Ioanni Becio, fido veritatis præconi ac propugnatori legendas tradiſſe, leƈtas, atque ab ipſo approbatas fuiſſe*. Non igitur in toto male ſuſpicatus ſum. Contuliſti enim. Cum quo? Cum *fido veritatis præcone ac propugnatore*. Hem Poſthume, tune es Curij filius? veritatis fidus præco ſcilicet, eiuſdem cõpreſſor, qui *à veritate ad fabulas conuerſus*? Propugnator veritatis, eiuſdem impugnator? Hîc mihi propono Aſellos in ipſis campis mutuò, viciſsimque ſibi ſuam ſcabiem ſcalpentes. a Magiſter Ioãnes, qui *Chriſtianus non eſt, quia hæreticus, Chriſtianámque ſeƈtam, mentitur: qui ab Eccleſiæ grege aberrat, vt Marcion, quia non credit id quod Chriſtianos facit; & eò magis mortuus, ex quo magis non eſt Chriſtianus; qui cùm fuerit credendo*

a Tertull. l. de præſcript. c. 37. & de Pudicit. cap. 7. Lib. de Carne Chriſti cap 2. D. Cypr. li. de vnitate Eccl. D. Athanaſ. orat. contra Arian.

dendo Chriſtianus, excidit ab eo quod retro credidit; qui, vt cum D. Cypriano etiam dicam, *ab Eccleſia ſegregatus, adultera coniunctus, à promiſsis Eccleſiæ ſeparatus, alienus eſt, profanus & hoſtis*; qui, vt etiam cum diuo Athanaſio loquar, *neſcit quod credit, ſed vana ſimulachra, veritatis loco fingere doctus, corde Ethnicus à Chriſtianiſmo alienus:* hunc ne fidum veritatis præconem ac propugnatorē nobis mentiri audeas. Te & Becium tuū tales eſſe audi probātem Danæum veſtrū, Comment. in Enchirid. D. Auguſt. c. 31. p. 100. *Si* (ait) *ſpectemus, fides noſtra imperfecta, manca, polluta, infidelitate ſtuprata eſt, eidemque mixta, vt ne virtutis quidem nomine digna ſit*. Cum tali communicaſti, cum tali contuliſti. Non igitur cum *fido veritatis præcone, propugnatore*. Non cum *paſtore reformatarum Eccleſiarum*; ſed iuxta Caluini definitionem, cum *Lupo, Leone, Tigre, Vrſo, bruto animali abrepto, & effuſo, in omnem carnis licentiam, ad omne malum procliuo, nulli bono vſui apto*. Neque ægrè feras, mi van den Kerck-houe/ has concluſiones erutas ex rei veritate, & tuorum definitione,

Vipera ſi tumulo nobiliore iaces.

CAPVT IV.

Eius argumentum.

Miniſtri Caluiniani caueri optarent ne Catholici humaniores litteras profiterentur. Eis familiare eſt ſua nomina immutare. Spiritū ſanctum non habent; aut probent ſe non extra Eccleſiam veram Chriſti ſpōſam verſari.

POLYANDER CALVINISTA.

1. SI *Centones tuos abſque fratrum tuorum adminiculo conſarcinaſti, ſaltem fateberis quòd ſcriptum tuum*

tuum 2. obſcurum & 3. implume, non tam ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, quàm 4. Rhetorum phaleris ac laciniosis poëtarum verſibus exornaueris, nec reprehenſionis memineris D. Hieronymi, qua illos redarguit Eccleſiaſticos, qui Chriſtianis, non Dei patrisfamilias panem nutritium 5. ſed Dæmonis principis huius regionis cibum & ſiliquas porcorum, quibus ſaturari nequeunt, adminiſtrant, id eſt, ſicuti ſeipſum interpretatur, Carmina poëtarũ, ſecularem ſapientiam, Rhetoricorum pompam verborum, quę ſua omnes ſuauitate delectant, & dum aures verſibus dulci modulamine currẽtibus capiunt, animam quoque penetrant & pectoris interna deuinciunt. Verùm vbi (*inquit*) cum ſummo ſtudio fuerint ac labore perlecta, nihil aliud niſi inanem ſonum & ſermonum ſtrepitum ſuis lectoribus tribuunt. Nulla ibi ſaturitas veritatis, nulla iuſtitiæ refectio reperitur. Studioſi earum infame veri & virtutum penuriâ perſeuerant.

ANASTASIVS CARMELITA.

9. §. 1. Tu quid culpas? perperam, calumnioſeque? ſacræ Scripturæ teſtimonijs prout ratio poſtulauit, ſcriptum meum exornaui, ſententias meas confirmaui, neque verò tuæ ſcriptiones, quas lector poteſt impreſſas intueri, noſtro in hoc genere & caſu, ſcripto tenebras offundent. Sed quid cum Næuio ſeipſum ignorante decerto? Multi, mi homo, ſapere ſe putant, qui deſipiunt. Adigis vt dicam eſſe, qui

Caſtaneis Corylos æquent, viburna cupreſſis.

2. Quæſo tuos Ibides aliò obſcœnaq; dicta: nihil enim obſcœnitatis, nihil turpitudinis in ſcripto noſtro reperire potuiſti. Niſi verò iuxta Caluiniſtæ miniſtro familiare vitium, quod honeſtum, decorũq; eſt, obſcœnũ & turpe eſſe velis.

3. Ma-

3. Malim autem *implumem* eſſe, id eſt graue ſeriumque, quàm plume, id eſt leue & perexiguum; cuius generis tuum ſcriptum eſſe folio & plumâ motû nemo nõ iudicauerit, qui leget, Te

——— *Magna compellans voce cucullum.*

4. Rhetorum Phaleris exornaui, ais. Phaleras non noui, ſed flores aliquot. Vtinam plures. Quid culpas? 5. Cur Dæmonis panem vocas, quod à Deo eſt? Qui Rhetoricæ ſtudent & bene dicendi peritiæ; pani Dæmonis, eius quiſquilijs operam nauant? Quouſque tot impietates? Bone vir, non bene dicendi ſcientia, non linguæ ornatus, ſed abuſus, ſed eo malè vtentiũ intentio, ſed decipiendi, à virtute & veritate abducendi ſcopus damnatur. Nec aliter D. Hieronymus, qui in ea arte facilè princeps erat, intelligẽdus. Olim Iulianus Apoſtata cauit ne Chriſtiani humaniores litteras, Philoſophiam & poëſim profiterentur. Tu tuique ſimiles aliquot, omnem veterum literaturam, & illas velletis extinctas. Noctuæ hũc ſolem non fertis. Nempe, vt olim Philiſtæi Hebræis fabros omnes ferrarios, atque armorũ opifices ademerunt ne bellare poſſent aut rebellare, ſic vos hæc doctrinæ tela, quæ iugulãt vana veſtra dogmatũ ac doctrinarum ſophiſmata, proſcripta eſſe velletis. Scimus quid de hac re D. Hieron. ad Damaſ. Epiſt. 57. 58. 125. 142. 145. 146. ſcribat, non enim, vt nunc diximus, damnat rectè loquẽdi peritiam, dicendi ornatũ, ſed abuſum. Alioqui audimus Lactãt. ſic ſcribẽtem *Scientia litterarũ non modò nihil nocet religioni atq; iuſtitiæ, ſed etiam prodeſt plus nimĩ; ſi is, qui eas didicerit, ſit virtutibus instructior & veritate ſapiẽtior*. Poëtarũ verſib⁹ aliquot etiam exornaui, at non ad probationem rei controuer-

trouerſæ, quamquã ſi feciſſem nõ malè. Vbi au-
tẽ iudicaui in tuũ caput iuſte & meritò torqueri
poſſe, feci. Quod vnũ etiã hoc libro proſequor.

POLYANDER CALVINISTA.

*1. Alluſio tua ad cognomen meum, Polyander, adeò eſt pue-
rilis & nugatoria, vt ne recitatione quidem, nedum reſpon-
ſione opus habeat.*

ANASTASIVS CARMELITA.

10. §. 1. Alluſio ad cognomen tuum, ab eiuſdem
notatione & à loco fuit deducta. Puerile dici nõ
poteſt, quod neſcio quâ arcanâ ſagacitate, pro-
prium ſanguinis tui cognomẽ peruestigauit. Illi

Nec vlla teneri ſordent lanugine vultus.

De me equidem fateor, neſciebam tibi cogno-
men Flandricũ Van den Kerck houe, eſſe: emen-
titum quidẽ & à Græcis mutuatũ ſatis videbam
iſtud *Polyander*. Familiarem etiam fuiſſe Miniſtris
hæreticis proprij cognominis immutationem.
Nam Caluinũ voluiſſe appellari *Alcuinũ*, Bucerũ
autem *Felinum*, Zuingliũ *Conradkiſſ*. Hottomanum
Daſpaſtes. Bezã Gerione, Protheo mutabiliorem
Ioſiandrum, Nathanaelem Neſch, Maſarelem Matagonem
de Metagonibus. Carolũ Molinæũ *Saldruchiũ*, recor-
dabar: propterea te vel patrẽ tuũ ab eorũ more
non receſſiſſe. Ab Idiomate Flãdrico ad Græcũ
defeciſſe. Quod autẽ ſanguinis veſtri cognomen
eſſet Van dẽ Kerck-houe penitus ignorabã; quan-
do ecce ex alluſione facta ad mutuatũ, inueſti-
go quodnam tibi ante fuiſſet. Puerile hoc vocas?

——— *Meritiſne hæc gratia tantis*   *Redditur?*

Immò & *nugatoriũ* inquis. Verũ, mi Ioã. Democrit.
legimꝰ non inſcitè nugari ſolitũ Neq; nugatoriã
alluſionẽ quis dixerit, quæ tã germana eſt vtriq;
cognomini, proprio & mutuato. Quid enim co-
gnatius,

gnatius quid ſimilius Cœmeterio, quàm Cœmeterium? Cœmeterium locus eſt cadaueribus hominum virorum & mulierũ ſepeliendis dedicatus. Quid Flandris Kerck-houe/nónne Latinis Cœmeterium? Polyádrion e quo Polyander, recitante ac canente noſtro Mantuano, locus erat non longè ab Alexandria vrbe remotus, in quo Fauſtina imperatrix Maxētij imperatoris vxor, Porphyrius inſignis belli Dux, D. Catharina & infiniti propè alij pro Chriſto martyrium fortiter ſubierunt.

——— Crebris ibi terra ſepulchris
Surgit, & in tumulos foſſæ cumulantur harenæ.

Quid igitur germani' potuit reperiri ad vtrumque cognomen noſtrâ alluſione? ſiccine puerilem ac nugatoriã vocas, nulla dignam reſponſione? Veriora & feliciora, Magiſter Ioannes. Tu non inter Græcos, ſed Flandros verſaris ac degis; ne Idioma Gentilium tuorum dereſteris; ne ſanguinis tui cognomen ęterno ſilentio conconſecrari patiaris. Itaque reuiuiſcat van den Kerck-houe. Sciant omnes, non nomen tibi eſſe *Polyander*, ſed emendicatum. *Guttur* tuum non *ſepulchrum* tantùm *patens* iniurijs & opprobriis non ſolùm te plurimum ac multum fortemque conuitijs calumnijs eructandis; ſed Kerck-houe/ ſed Cœmeteriũ omnium errorum & impietatum, nec ſolùm Cœmeterium, ſed van den Kerck-houe/ à tali Cœmeterio Dominum eſſe. Siquidem priore ſcripto abunde indicaſti, demonſtraſti? hoc poſteriore peramplius, conſtantius. In iſto enim nulla linea eſt, quæ non iſtis ſcateat & conuitijs ſordeat, Lucano non ſic

——— Laceraret ab Vrſo.

Po-

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Ad alteram itaque tuam argumentationem tranſeo, eamque ſimili modo in te conuerto.* Nullum eſt (*inquis*) iuxta prouerbium contra Sycophantæ morſum remedium. *Quocirca mirum eſt, mi Monache, quòd cauſam tuam iniurijs, tam copioſè in hac Luctatione contra me defendere volueris.* pag. 80.

ANASTASIVS CARMELITA.

11. §. 1. Ad alteram meam argumẽtationem nihil habens quod verè opponas, falſis tantùm & inconditis recriminationibus ſæpeque repetitis, pag. 80. 81. 82. 83. 84. commaculas. Quod antequam facias, non dicam quàm vana ſpe ducaris; quàm multa tibi magnificè pollicearis, quàm inſolenter efferaris, & intoleranter glorieris,

Et tentes iterum fallere fraude Iouem.

Non dicam quanta verborum iactatione contendas me fruſtrà terrere. Sed quid?

Sunt quos pratumida tollit iactatio mentis
Multifluiſque diem verbis ducendo fatigant,
His votis pompa fructus ſuccedit inanis.

Quæ enim hæc & quàm ſumptuoſa conuitijs & mendacijs coniuncta iactatio? dic vt audiamus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Ad tuas Sycophantias, quas tandem publicè contra me proloqui non puduit, nunc iterum reſpondeo, non quòd animum tuum, ex nimia obtrectandi pertinacia laborantem, me hoc ſalubri remedio ſanaturum mihi perſuadeam; ſed vt ignita & virulenta lingua tua iacula, 2. me ſcuto veritatis non ſolùm in te repellere, verum etiam extinguere poſſe omnes intelligant, quibus pater cæleſtis aures ad audiendum, atque oculos ad videndum ſuppeditauit, 3. Accedit eò quòd vana tua iactantia, qua tibi falſa victoria fiducia ad-*

Digitized by Google

blanditus, me ad hanc tertiam concertationem prouoces, quam tecum non mea, ſed Dei panoplia inſtructus propterea libenter ineo, quòd nonnullos ſperem ex hac mea redargutione fraudes tuas, quibus incautos pro tua veteratoria fallendi verſutia irretitos tenes, animaduerſuros; teque periculo tuo, niſi maturè reſipiſcas, experturum veriſsimam hanc Baſilij ſentẽtiam, quæ aſſerit Calumniam & contumeliam recidere in caput calumniatoris.

ANASTASIVS CARMELITA.

12. §. 1. Iſtis poteſt ſcribi aliquid magnificentius, intolerabilius? eſt in iſtis linea, quæ vel calumnijs, vel mendacijs & impietatibus non ſplendeat?

—— *Actales fundis in æthera voces,*
quibus *Et pauidas mentes falſa timere iubes.*

Verùm iſtis quid obijcio? quod Lacon quidam olim ad Luſciniam. *Vox es, præterea nihil.* Tantùm quod ſcriptura diuina in te & ſimiles pronunnuntiat. *Væ omnibus qui obliuiſcuntur Deum: ſpes enim hypocritæ peribit: Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab illis; ſpes illorum abominatio animæ.* Quid enim? eius, qui iuſtitiæ detrahit Dei, *non ſpes fruſtraretur? impij ſpes non periret? an non vt lanugo, quæ* à vento tollitur: *& tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: tanquam fumus, qui à vento diffunditur; tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis?*

Iob 8.11. & 40. Prouerb. 10. Sap. 5.

Certè vera ſunt iſta *vana ſpes & mendacium viro inſenſato, & ſomnia extollunt imprudentes. quaſi qui apprebendit vmbram & perſequitur ventum, ſic & qui attendit ad viſa mendacia.*

Eccl. 34.

2. Scuto ſcilicet veritatis protectus: 3. Dei panopliâ ac armaturâ inſtructus, qui vtrumque abiecit. *Hæretici,* inquit Lactantius, *gladium habent non ſcutum.*

Lactant. lib. 3. de falſa relig. c. 4.

Scuto

Digitized by Google

Scuto veritatis protectus, Dei panopliā inſtructus procederet, qui *quia hæreticus, Chriſtianus eſſe non poteſt, non à Chriſto habendo, quod de ſua electione ſectatus hæreticorum nomine admittit?*

Scuto veritatis protectus, Dei panopliâ inſtructus procederet, qui quia *Eccleſiam habere matrem renuit, Deum non habet patrem? Cùm enim charitas diffuſa ſit in cordibus noſtris per Spiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Diuinæ autem huius caritatis non ſit particeps, qui hoſtis eſt vnitatis:* non enim negare poteſtis eam vos ſcidiſſe, qui cum Caluino ab Eccleſia receſſiſtis, *quomodo Spiritum ſanctum,* qui veritatis eſt Spiritus, *habere poſſent, qui extra Eccleſiam facti ſunt?* etenim (inquit) D. Ireneus, *vbi Eccleſia ibi & Spiritus ſanctus: & vbi Spiritus ſanctus ibi Eccleſia.* Itaque vbi probaueris te extra Eccleſiam Chriſti ſponſam non verſari: Eccleſiam Romanam non eſſe veram Chriſti ſponſam, ſcuto te veritatis, panopliâ, id eſt Dei armaturâ inſtructum te oſtenderis; me verò *ſycophantam, nimia obtrectandi pertinacia laborare; veteratoria arte, fallendi verſutia incautos, irretitos tenere.* At neutrum aliquando demonſtraturus es, non tota Miniſtrorum hæreticorum lues: Et tamen, quia cum Caluino ab Eccleſia Romana diſceſſerunt, ab eius vnitate ſe ſepararunt, id vnum illis de iure debetur,

Tertull. lib. præſcript. cap. 37. D. Auguſtinus libro 2. de Symb. ad Catechum. cap. 10. & Tractat. 13. in Ioann. lib. 1. de Baptiſmo pueror. contra Donatiſt. cap. 16. D. Ireneus l. 3. cap. 40.

Dare plebeio corpus inane rogo.

Digitized by Google

CAPVT V.

Et eius argumentum.

Non ſi Caluinum, Bezam & cæteros Miniſtros Caluinianos, in Deum, in ſanctos iniurios, nominibus ignominiæ dedecoramus, propterea maledici ſumus, non modeſtè, non honeſtè de eis loquimur, ac ſcribimus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Hoccine perfecti Theologi officium eſſe exiſtimas, mi Cocholeti, tam excellentia de ſe promittere & gloriari, nihi'que eorum præſtare? Hoccine eſt ſtylum reprimere & maledictis abſtinere Caluinum* monſtrum horrendum & exitioſum, patriæ turbinem, pacis procellam, otij tempeſtatem, Atheum, Manichæum, Neſtorij diſcipulum, Arabem, adulterinum, Leuiathan, ſerpentem tortuoſum: *me deinde* Lutheri nepotem, Caluini filium, hæreticum Melancthonis perfidiam profitentem, ex fraude & mendacio compoſitum: Marcionis, Valentinianorum atque aliorum Hæreſiarcharum qui patre diabolo gloriantur pronepotem. *Cæteros denique noſtros Theologos* Theomachos aduerſus Deum robuſtiſſimos, Epicureos, viperas peſtiferas, veritatis refugas, ac veræ fidei deſertores indigitare? *Hoccine modeſtè & honeſtè mecum diſſerere*, me canem, aſinum Cumanum, Corniculam cunctis riſum mouentem κόρακα, id eſt, Coruum menſis Ianuarij, monſtrumque (*vt homo obſcœnus loqui amat*) efflatum Caluini podice. *Omnes denique noſtros Theologos* hœdos petulcos, Vulpeculas & nebulones indoctos ſcribere?

ANA-

ANASTASIVS CARMELITA.

13.5.1. Quod me mare purgabit? Hîc mi homo recordor Abneri Principis militiæ Iſrael, qui cauſa extiterat eius congreſſus ac certaminis, quod inter ſuæ partis pueros, & pueros Dauidis contigerat, ad Ioab vociferantis & ei exprobrantis. *Num vſque ad internecionem tuus mucro deſæuiet? An ignoras quòd periculoſa ſit deſperatio? Vſquequo non dicis populo vt omittat perſequi fratres ſuos?* Cui Ioab. *Viuit Dominus, ſi loquutus fuiſſes manè receſſiſſet populus perſequens fratrem ſuum.* In hac noſtra luctatione, quàm ſimilis es Abnero? Quis enim ſecurim hanc primus noſtrûm attulit, iniecit? Quis iſtorum armorum initium fecit? Ad hanc pugnam non primus prouocaſti, proſilijſti? Nonne ad ſimplicem quorundam locorum definitionem, quæ ex Caluino excerpſeram, primus & primis verbis primæ lineæ tuarũ litterarum ad D. Mechelmanum, me vel ignotum, putatumque Ieſuitam infinitis iniurijs proſcidiſti? Aggreſſor, qua ex parte aggreſſor, damnandus non venit? 2.Reg.2.

Porrò ſi hoc genus contentionis tibi non probabatur, cur in eo ſic te exercuiſti, abundaſti, vt in hoc tuo ſcripto non lineam reperias, quæ conuitijs & calumnijs non fæteat?

Neque verò aliquid Chriſtiano Lectori promiſi, cui non ſteterim. Fides dicta ſequuta eſt

Et ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo.

Repreſſi enim ſtilũ, quantũ inſolẽs & ſumptuoſa tua conuitiãdi, & calumniãdi pertinacia permiſit. Nihil ex ſimulatione, nihil ex hypocriſi,

Digitized by Google

quemadmodum calumniaris & apud Lectorem traducis, ſcripſi: Quin potiùs, ſi tibi mentem non abripuiſſet nimia maledicendi libido, obſeruaſſes, non in futuro me loquutum *Reprimam*, ſed in præſenti dixiſſe, *Reprimo*. Nempe prout, eò loci ratio præſcribebat. Quare non illuſi, *non ſecum pugnantia frontibus aduerſis compoſui, non aliud egi, & aliud diſſimulaui*. Hæc, bone vir, crimina vobis ſunt notiſſima. Ita enim Saluator de his qui ab Eccleſia deficiunt Pſeudoprophetis. *Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces*. Ecqui Lupi rapa-

Math. 7. Tertull. lib. præſcript. cap. 4.

ces? *niſi ſenſus ſubdoli ad infeſtandum gregem Chriſti intrinſecus deliteſcentes? Qui pſeudo Prophetæ, niſi falſi prædicatores? Qui pſeudo Apoſtoli, niſi adulteri Euangelizatores? Qui Antichriſti, niſi Chriſti rebelles? Hi erunt hæreſes, non minus doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſentes, quàm tunc Antichriſtus perſecutionum atrocitate*, inquit Tertullianus.

Meretrix corporalis non fuco, non colore, ſtibio & ceruſsâ pulchritudinem mentitur?

Prou. 9. Quid ſpiritualis? *Mulier ſtulta, clamoſa, plenaq; illecebris, nihil omnino ſciens*, non

Conſilium vultu tegit ac ſpem fronte ſerenat?

Libro preſcript. cap. 40.

Idololatria, ait Tertullianus *& hæreſis, cùm ſint eiuſdem auctoris & operis non diſtant. Idololatria autem quia negatio eſt, ſicut omnis negatio Idololatria, coniunctam habet ſimulationem*. Non etiam hæreſes? Vt

Sic ſcindant auidi peruia corda lupi?

Eſa. 32. Si hæc Eſaiæ de quoquam, non de Miniſtro Caluiniſta? *fraudulenti vaſa peſſima ſunt: Ipſe enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in ſermone mendacij*.

Cæte-

Digitized by Google

Cæterum, vt quis maledici notam, crimenq́ue non incurrat, eſt quòd ex auctoritate legitima, ex rei veritate, non ex mendacio, ex zelo charitatis, non ex odio & inuidia in eos, in quos inuehitur, dicat ac pronuntiet. Secus, quis Baptiſtam, non maledicum putet, qui Phariſeos progeniem viperarum dixit? Quis Chriſtum, qui eoſdem Genimina viperarum, prauos, adulteros, ſepulchra dealbata, hypocritas, latrones? qui ipſum Herodem Vulpem, Iudam diabolum, reprobos hœdos vocauit? Quis denique maledicos prophetas non exiſtimet, qui impios, nunc dracones, ſtruthiones, lupos, nunc canes, vrſos, appellarunt, & ſimilium animalium nominibus proſequuti ſunt? Patere, vt quæ ſine auctoritate ex mendacio, ex odio & inuidia in nos eructas, nos, ea, auctoritate nobis data, ex rei veritatate, & charitatis zelo profecta, aduerſus Dei ac veritatis hoſtes reijcere, in eorum caput retorquere. Siquidem ſi blaſphemiarum, ſi iniuriarum, improperiorum, obſcœnitatis, turpitudinis verborum in Deum, in ſanctos, & eius tabernaculum, & quidquid ſacrum eſt, per vos eructatorum: Si cædium, ſacrilegiorum, criminum, ſcelerum, latrociniorum, quibus maria, terras, totumq́ue orbem Chriſtianum repleuiſtis, fœdaſtis, ratio habeatur: Ecquod erit ignominię Epithetum, quo non iure ac meritò dedecorari, traduci mereamini?

Quid Ieſus noſter Matth. 15. dicat, nouimus. Atque hunc locum aduerſus vos è diametro pugnare, qui nullam ciborum habendam diſcretionem mentimini. Nouimus ibi damnari, quæ ex mendacio & malo animo proficiſcũtur, non

 ea,

Digitized by Google

quæcunque vultis vt faciant vobis homines, &c. *Superuacua eſt illatio, quemadmodum ſæpè in conciſis ſententijs, particula iſta abundant*. In capitulum 9. eiuſdem Euangeliſtæ ad hæc, vt ſciatis quia filius hominis habet in terra poteſtatem dimittendi peccata, dico Paralytico. Surge, & tolle grabatum tuum. *Videtur parùm ratiocinari Chriſtus*. Audi & Bezam in Colloquio Montpelgart. pagina 301. *Chriſtus non omniſcius fuit*. Quid cenſes? quo Eulogio iſtos decorabis? Nam, 1. Si Chriſtus impotens, 2. ignarus, 3. non omniſcius, 4. ſi tantum probabilibus non ſolidis demonſtrationibus vſus, 5. ſi duris, intempeſtiuis, longe petitis, ſuperuacaneis, parùm quadrantibus ac appoſite eductis, 6. ſi eius infirmæ rationes, inanes concluſiones; vbi ſoliditas & firmitas religionis Chriſtianæ? vbi eius præcipua fundamenta? Reuiuiſcant Simoniani, Ebionitæ, Cherintiani, Gnoſtici, Manichei, Marcionitæ, Sabelliani, Arriani. Reuiuiſcat Iulianus Apoſtata, Prophirius, Lucianus, Peregrinus, Apuleius, Eunapis, qui à Chriſtiana religione ideo ſe defeciſſe aſſeruerunt, quia infirmis rationibus, duris metaphoris, probabilibus tantùm coniecturis Chriſtum vſum fuiſſe mentiebantur. Valeant iſta de Chriſto dicta: *diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Super eum, requieſcet ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis. Vidimus eum quaſi vnigenitum à patre, plenum gratiæ & veritatis. In ipſo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. In ipſo reconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ. Omne quod voluerit faciet, & ſermo eius poteſtate plenus eſt.*

Pſal. 44. Eſa. 11. Ioan. 1. Coloſſ. 1. & 2. Eccl. 8.

Digitized by Google

Audiſtin in Chriſtum blaſphemias, accipe eorundem in Apoſtolos iniurias. Caluinus in 2. caput ad Galath, de diuo Petro poſt acceptum Spiritum ſanctum ſic pronuntiat. *Petrus pernicioſiſſimo ſcandalo Eccleſiam compleuit, eius vnitatem ſcidit, Chriſti gratiam obruit, Chriſtianam libertatem oppreſſit, deformauit Euangelium.* In D. autem Paulum ſic iniurius in 1. prioris ad Corinth. *Fuit homo peruerſæ confidentiæ, temeritati & ſimilibus obnoxius.* Et commentar. in 7. ad Roman. *Reptans in terra multis ſordibus inquinabatur.* Marloratus in Rapſodijs ſuis, quas expoſitionem vniuerſalem veſtræ Eccleſiæ nominant, iam ſemel atque iterum Geneuæ expreſſis. *Paulus vixit aliquando quaſi ſecurus Epicurus, maximus Dei contemptor, profanus, abhorrens à ſpiritualibus & cæleſtibus, carni deditus.* In D. Ioannem Caluinus in 8. 17. D. Ioannis, *Euangeliſta impropriè fidem nominat, id quod eſt præparatio tantum ad fidem.* Et poſtea, *verbo credendi impropriè vſus eſt Euangeliſta pro cognoſcere.* Bulingerus in 19. & 22. Apocalypſeos, Geneuæ excuſus Gallico Idiomate, accuſat D. Ioannem Idololatriæ, *propterea quòd excellenti quidem, licet ciuili, adoratione Angelum ad ſe miſſum colere voluerit.* Marloratus in ſuis Rapſodijs, *Tantum peccauit* (inquit) *quantum Petrus ante ſuſceptum Spiritum ſanctum trina ſua negatione, vel Thomas ſua infidelitate, & neceſſe eſt dicamus eum Apoſtaſia peccaſſe.* In Diuum Iacobum, in caput vigeſimumprimum Actorum. *Nimio* (ait Caluinus) *popularium ſuorum amore in ſtolidam incidit indulgentiam, legis quaſdam cærimonias vitioſe ac ſuperſtitioſo zelo retinuit, ſuperſtitioſa vota probauit, & in earumdem culparum conſenſionem Paulum*

addu-

Digitized by Google

adduxit. In D. Matthæum in capitulum 2. 4. 8. 27. eiuſdem D. Matthæi. *ſæpe*, ait, *impropriè loquutus eſt, ſæpe citauit veterum Prophetarum ſententias contra germanum & proprium ſenſum*. Et in D. Marcum iſtis, à Marlorato in 15. Act. verſ. 40. tranſcriptis, has iniurias eructat. *Inconſtans fuit, perfidus, improbus, Apoſtata, deſertor ſanctæ ſuæ vocationis. Et longè Ioannis Marci grauius peccatum erat, quam vulgò putetur. Vocationis enim ſuæ deſertor erat & Apoſtata: nec verò infirmitas perfidiam excuſat, qua violata fuerat vocationis ſanctitas. A ſuo enim munere ſua culpa turpiter exciderat.* D. Lucæ Euangeliſtæ parcit? *Hæc ſententia, Vos eſtis ſal terræ, ex abrupto, ait, apud Lucam ponitur*, in 5. D. Matthæi. Idem in 6. D. Lucæ, ad hæc: Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. *Lucas*, inquit, *ſententiam hanc, quaſi inter alios ſermones ex abrupto prolatam, abſque contextu refert*. Cedo quibus Epithetis iſtos dignos cenſes, Lector? Si poſt miſſionem Spiritus ſancti D. Petrus pernicioſiſſimo ſcandalo Eccleſiam compleuit, eius vnitatem ſcidit, Chriſti gratiam obruit, Chriſtianam libertatem oppreſſit, Euangelium deformauit. Si D. Paulus poſt ſuam conuerſionem homo fuit peruerſæ confidentiæ, temeritati & ſimilibus vitijs obnoxius, in terra reptans ſordibus multis inquinatus, ſecurus Epicureus, Dei maximus cõtemptor, profanus, abhorrens à ſpiritalibus & cæleſtibus, carni deditus. Si D. Ioannes tantum peccauit, quantum Petrus trina negatione, quantum D. Thomas ſua incredulitate, ſi impropriè de fide locutus, ſi Apoſtaſia peccauit: Si D. Iacobus in ſtolidam indulgentiam cecidit, vitioſo & ſuperſtitioſo zelo, cæremonias quaſdam legis retinuit, vota ſuperſtitio-

Digitized by Google

dormire, mentiri audet. Probetur ergo illi & *in Domino placidè odormiat* Ebion, qui D. Paulum *Apoſtatam ac veritatis deſertorem* olim aſſeruit, Probetur Iulianus Apoſtata. *Placidè in Domino obdormiant*. Porphirius, Lucianus, Celſus, Peregrinus, Hierocles, qui apud Originem, Euſebium, D. Cyrillum Alexandrinum, Chriſti innocentiæ, ac moribus detrahebant; Reliqui Apoſtatæ, qui eius ſcientiæ & ſapientiæ imminutum eſſe volebant. Ethnici & Pagani, qui varijs calumnijs Apoſtolos perſequebantur. Simon Magus, Carpocrates, Cherinthus, Menander, Marcion, Manes, & alij, qui Apoſtolos multis ac varijs accuſabant apud D. Ireneum lib. 1. cap. 26. 34. & lib. 3. cap. 1. 2. 13. Apud Tertullianum libro præſcriptionum. At iſto quid poteſt excogitari nequius, quid concipi inſanius? Et quereris, quod ego eos Epithetis non ſua impietate dignis dedecorarim? Non meritò, non iuſtè? Hoc me docuit Antiquitas

Pag. 152. Niceph. lib. 3. cap. 3.

Admonuit ſacris vatibus depellere tædas,
Attribuiq; ſuas formas ſua nomina monſtris.

D. Iuſtinus Martyr quæſt. 58. Orthod. eum, qui Chriſto ignorantiam appingit, *impium* vocat. Clemens Alexandrinus libro 1. pædag. cap. 6. & 11. *Atheum*, ſaltim *Ebionitam*. Nam *ſi Chriſtus deus eſt, eum nihil didiciſſe opportuit*, inquit. Diuus autem Athanaſius libro 4. contra Arian. in numerum *Samoſathenorum* D. Hilarius *Atheum* lib. 9. de Trinitate. *Quia enim Chriſtus rerum omnium creator & moderator eſt, eum omniſciam eſſe*

eſſe decet. D. Gregorius lib. 8. Epiſt. 42. *Neſtorianum*: quia nulla *ignorantia ſpiritus Chriſti Domini argui poteſt, niſi diuina natura penitus ſeiungatur*, inquit D. Ambroſius lib. 5. de fide cap. 8. *Atheum*; nullaque religione teneri huius hæreſeos auctores. D. Auguſtinus lib. 2. de peccat. merit. & remiſſione cap. 29. nulla ratione in communionem admittendos cenſet. Vni autem Polyandro Miniſtro Caluiniano *placidè in Domino obdormierint, veri Theologi* & non Theomachi fuerint, ô tempora, ô mores! Itáne

Veridicos parcæ cœperunt edere cantus,
Talia diuino fuderunt carmine lernæ?

Diuiniora, ac veriora meditemur, atque omnium malorum hydras iſtas tuo inhumemus Cœmeterio, ſimul

——— *Te parua tegant & vilia buſta*.

CAPVT VI.

Et eius argumentum.

Polyander Chriſto Lupus eſt: Ignauus Canis aduerſus Lupos: vanum eius effugium, irriti conatus: Non ſe à crimine hæreſeos poteſt expedire, cum adulteris portionem ſuam poſuit.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *HOc tibi condonandum eſt qui annos quadraginta in Cœnobio tuo Carmelitano nihil præter clamores ad populum*, 2. *verbaque rebus contraria profundere didiciſti, quique ex tuis actionibus*, 3. *adeò cæcus es, vt teipſum non agnoſcas*, &c.

ANA-

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

14. §. 1. Corpora in præceps ſemel iacta, & quibus nullum vltra ſui arbitrium eſt, non eunt, ſed feruntur. Vbi ſemel te ad calumniandum ac conuitiandum proieciſti, non modum, non ordinem tenes, ſed extra omnem animi moderationem abriperis, extra omnem honeſti metam. Atque exiſtimas te veniſſe ad locum, qui niſi fuiſſet, præclara tua non erant futura ſcripta.

Quid mihi condonandum? nullus locus condonationi eſt, bone vir, vbi nulla culpa. Annos quadraginta, non in Cœnobio noſtro tantùm, verumetiam, quia adigis, nō enim ſoleo, Lutetię Pariſiorum, Rhemis, Rothomagi, Meldis, Ebroicis, Cadomi, Fiſcani, & alijs in Francia locis; multis in Lotharingia; à quindecim in hoc Cœnobio Antuerpiæ Clamores ad Populum habui, quid culpas? At tu quis es? ignotus es. Imò tu quis es? nimis notus es nuper, Polyander, nunc rediuimus Van den Kerck-houe. Tu denique quis es? Lupus es, pronuntiante Chriſto noſtro, confirmante Caluino, vt cap. 3. huius noſtri ſcripti legiſti. Lupus, vt cum Diuo Auguſtino dicam, *audax, inſipiens, qui ſub nomine Chriſtiano, tot ſceleſtas hæreſes foues, propugnas, tot nefandas fabulas fingis. Vtinam, tales tantùm quales in Theatris, ſiue cantentur, ſiue ſaltentur ſiue inimica ſcurrilitate rideantur, & non tales, quales aduerſus Deum fingi potuiſſe dolemus, tanta inſipientia & audacia proſiluiſſe.* Math. 7. D. Auguſtinus tract. 97. in Ioan.

Ad populum clamaui iuxta Dei vocantis imperium. *Clama* (inquit) *ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Clama in auribus Hieruſalem. Aſcende libanum & clama, clama fortiter. Clama & vlula fili hominis.* Eſa. 58. Hierem. 2. & 22. Ezech. 21.

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Primam tuam in me criminationem*, quòd Paulum Mechelmanum, ad primas tuas contra Caluini doctrinam de inferno aſſertiones, à me reſponſum poſtulaſſe, modò affirmem, modò negem, *hac repello diſtinctione, quòd earum refutationem non directè, ſed indirectè à me poſtulauerit*, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

15. §. 1. Animoſe omnino; atq;

Candida perſpicuo conuertis brachia ponto,
Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.

Sed vno atq; altero verbo. Cur criminationem vocas, eius calumniæ refutationem, quam falſò tibi me adfinxiſſe ſcripſeras? Polyandrum haud calumniatum me fuiſſe lectori demonſtraui. Iſtud vnum cur criminationi imputas? Crimen infert, qui ſe à calumniatoris vitio immunem eſſe probat? Crimen, qui ſe coram iudice purgat? & dilutio calumniæ crimen erit? Duret igitur æternùm lis ſemel ad iudicium, ad tribunal protracta, ſi quoties quis nullam ſe calumniam intuliſſe oſtenderit, toties crimen obiecerit ac iniuriam aduerſæ parti fecerit.

2. Ad hæc, cur calumniam eſſe voluiſti, quod tam magnificâ ad effugium diſtinctione opus habebat? *Directè*, vt fateris, *nullū reſpõſum poſtulauit*, Ex hac ergo parte, nullam calumniam intuli, cùm dixi, nullum reſponſum à te poſtulaſſe. Verùm *indirectè poſtulauit*. Altera pars eſt diſtinctionis, quæ negationi ſubiacet, quæ mihi probari debuit, priuſquam calumniæ notam incurriſſe dicerer.

Digitized by Google

Non etiam indirectè poſtulaſſe probant omnium primæ tuæ literæ ſcriptæ. 17. Iulij 1607. Iſtis enim & Latino & Gallico idiomate reſponſum te expectare (tantũ abeſt vt ille abs te) aſſeris. Probant poſt iſtas primas, non binæ, ſed etiam ternæ aliæ Epiſtolæ ad eundem, quibus non ſine iniurijs altum noſtrum ſilentium exprobras, nominis mei reticentiam ignauiæ & fugæ tribuis. Probat ratio, quia obiectiones meas ex Caluino, aduerſus eiuſdem Caluini doctrinam de inferno, non alio quàm pacti ac conditi fine, vt nimirum affinis tuus his viſis centum coronatos penderet, quos ſpoponderat ſoluturum ſe, ſi, antequam vrbe diſcederet, quidquam ex Caluino ſibi exhiberet, quo conſtat, eum nullum reuera infernum credidiſſe, affini tuo exhibuit. Qui promiſſum exoluere detrectauit, quin priùs tuam ſuper his ſententiam tuliſſes. Neque ſatisfacis rationibus, quibus ſtatui nullum à te reſponſum poſtulaſſe. *Prioribus ſororis ſuæ literis reſponſum exegit, alteris ſilentium tuum exprobrauit.* At, bone vir, poſt quã prouocaſti vltrò, poſt moleſtã ac inſtantem poſtulationem, poſt primas tuas literas aduerſus obiectiones meas. Adeò vt antea, nec directè, nec indirectè poſtulaſſet.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Nec hoc iniquo tuo præiudicio, quòd affinis meus eſt hæreticus mei ſimilis, æquum lectorem in nos commouebis.* 2. *qui à Iuriſconſultis didicit*, nec actoris iudicandi auctoritatem ſibi aſſumere, nec iudicis ex præoccupata accuſatoris opinione, ſed ex veritate partem aduerſam æſtimare. pag. 85. & 86.

ANASTASIVS CARMELITA.

16. §. 1. Belliſsimè, Lector.

Digitized by Google

Et hunc patronum, cauſidicumq́; puta.

Ex Theoniacho Iuriſperitum. Vellem, mi homo, vellem affinem tuum hæreticum tui similẽ non eſſe. Hęreticum tui ſimilem probaui.cap.2. Aut ne Simonem Magum, Ebionem, Cherintũ, Marcionem, Valentinianos, Menandrum, Manicheum, Montanum, Eunomium, Vigilantium, Berengarium, ſuperiorum ſeculorum hęreticos dixeris; quibuſcum eaſdem impietates & hæreſes propugnatis. Verùm quoniam hactenus hæretici habiti ſunt, & in hęreſi eis communicatis; quid *Iudex, non ex praeoccupata accuſatoris opinione, ſed ex rei veritate partem aduerſam æſtimãs?* Quid? Iuxta imperiale decretum pronunciabit. *Nulli hæretico,* præſertim Caluiniano, vt pote *infami fidem adhibento,* Sic excipiet, has

——*Et meritas reddet tibi curia voces.*

Actorem autem me agere Conſtantiſſimè nego. Nõ enim ego vos, ſed vos me vltrò prouocaſtis. Et licet agere; quia rationes, teſtimonia, ac præſumptiones pro me aduerſum vos dicunt, ſi affinem tuum hæreticum tui ſimilem probauero: quid Iudex? Non ex mea *opinione, ſed ex rei veritate vos æſtimans,* Vos hæreticos pronuntiabit.

Quando Caluino ductore ab Eccleſia Romana receſſiſtis, actores, aduerſamq́; partem vos conſtituiſtis, veſtrum erat iudicandi auctoritatẽ vobis non aſſumere. Feciſtis tamẽ contra omnem iuris rationem & æquitatis ordinem. Veſtrum erat, non ad arma, ad ſanguinem, ſed ad iudicem prouocare. At vbi prouocatio? Vbi Iudex? Et quoniam negabatis, & etiamnum impiiſſimè negatis Eccleſiam Romanam non eſſe

Digitized by Google

columnam ac regulam veritatis infallibilem, veſtrum erat, & etiamnum eſt, dare negationis veſtræ rationem, negationem hanc veſtram probare. Siquidem, quod effugij loco, dicitis ac defenditis, non eius eſſe qui negat, negatum probare, nihil hîc firmamẽti obtinere poteſt. Quid ita? Quoniam in facto iuris, ſi præſumptio affirmanti fauet, eiq; militat, eſt eius qui negat, negatum probare. At hîc agitur de iure & qualitate Epiſcoporum Eccleſiæ Romanæ. Omnis negatio iuris & qualitatis ipſo iure ſubiacet probationi. Quantâ ergo iniuſtitiâ proceſſiſtis, & etiamnum proceditis? Præſumptio enim pro nobis pugnat. Totus ſiquidem orbis Chriſtianus hoc ipſum credebat, antequam ab ea defeciſſetis actores aduerſamque partem cõſtituiſſetis. Quid ſupereſt, niſi vt iudex, *non ex opinione accuſantis, ſed rei veritate vos æſtimans*, vos hæreticos eſſe pronũtiet?

L. ſi partum. ff. de proba. L. ab ea parte. ff. de probat. L. cum pater. Rogo. ff. de leg. 2. cum ſimilibus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *His omiſſis ad tuas propero criminationes* παρεκβατικάς, *& à propoſita diſputatione alieniſſimás, quibus abuteris.*
2. *Harum primâ tuam non minùs cauſarum tractandarum imperitiam, quàm aduerſus noſtros iracundiam teſtaris cùm inquis.*

Moleſtè fers quòd præſtantiſſimorum quorumdam Theologorum, imprimis Caluini, Bezæ, Buceri cineres exagitem? Quos Theologos dicis, ego Theomachos appello &c. 3. *Quod eleganter olim cecinit* Euripides, Πολλ' ἄπιν ὀργῆς ἐξ ἀπαιδευσίας κακά. *id eſt*, multa ex irâ imperitâ, mala procreantur, *idipſum*, Anaſtaſi, *iſtâ tuâ confirmas digreſſione.*

ANA-

Anastasivs Carmelita.

17. §. 1. Perpetuas criminationes, perpetuas digreſſiones mihi exprobras. Vix periodus, in qua non idipſum repetas. Nullas criminationes, nullas digreſſiones habui, mi homo. Quicquid dixi, ex veritate dixi. Quidquid habui, ex oblata à te occaſione. Quare & repeto (quia tu toties refricas) ſingulis fermè periodis notam numericam curaui applicari; vt ſic videat lector, ad ſingula me tibi reſpondere, & ex oblato argumento loqui. Sed quia veritati reſpondere non vales, ideo criminationes, digreſſiones, ea quæ ſcripſimus tibi ſunt. Tuæ reſponſiones ad ea, iniuriæ ac calumnię perpetuæ.

2. Non hîc aliter, vbi imperitiam cauſarum tractandarum iracundiam & iram in Caluinum, Bezam, Bucerum mihi calumnioſè adfingis. Sed quid toties titubas, & tuburcinando neſcio quot paginas iniuriarum & opprobriorum fece maculas?

3. Euripidis ſententiam laudo, opprobo. Hanc etiam Ciceronis, *cum irâ nihil fieri rectè, nihil conſideratè.* Hanc ſacrę paginæ, *Ira viri iuſtitiam Dei non operatur.*

Caluinum, Bezam, & cæteros illos moriones impuriſſimos ſuis depinxi coloribus. Tu ex mendacio ſummos Theologos eſſe voluiſti, Ego ex veritate Theomachos, ac probatum reliqui non irâ, non iracundiâ agitatus, ſed Chriſti zelo ductus. Iram, iracũdiam tibi hæretico relinquo. *Hæretici enim*, teſte Tertulliano. *Ira, tumore, æmulatione, caſtigationis dedignatione abrumpuntur.* Cur quod vo- Tertul. li. de pudicit. c. 7. 8.

Digitized by Google

bis commune eſt, mihi appingis? Tuo & tibi natiuo vitio alios metiris? ſi Theomachos tuos, quales depinxi non eſſe credis, tu contrarium doce. Quid toties eludis obiecta, quæ diluere non potes? Aut cur tandiu circum, quod dicitur, Sartaginem erras? inſtar Imi fabri

Aemilium circa ludum?

Tertull. de pudicit. cap. 7. & 8. Aut licebit tibi in ſingulis laſciuire; quicquid in pennam venerit proferre, extra oleas excurrere, occurrere autem furenti non item? Impuriſſimos hominum in Deorum numerum referre, mihi verò ex aduerſo, non dicam contradicere, ſed ne muſſitare quidem? Perbellè verò.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *In tua digreſsione hæc errata reperio. Primum eſt, quod controuerſiam noſtram non attingis, ſed extra oleas vagaris. Hoc vt omnes animaduertant, meam de primâ tuâ calumniâ querimoniam ad hunc reduco ſyllogiſmum.* 2. Qui ait Mechelmannum antehac mihi ſcripſiſſe de certis quibuſdam obiectionibus ac conuitijs, quibus doctor Anonymus præſtantiſsimorum quorundam Theologorum cineres exagitat, is calumniatur. Id facit Cocheletius, ergo calumniatur. 3. *Hinc videre eſt, τὸ ζητούμενον noſtra diſputationis non eſſe*, An mortui, quorum cineres exagitas, ſunt Theologi præſtantiſsimi necne, ſed num Mechelmãnus de primis tuis obiectionibus, antequam ijs reſponderim, *quod ego nego*, ad me ſcripſerit.

ANASTASIVS CARMELITA.

18. §. 1. Oculos lectoris, ne te prehenſum videat, cur ſepia reiecto cruore obducere tentas?

In

In ficulno folio, in ſtrigmento Anguilla es, atque inter Orci Cancros adhæres, fruſtraque reſilire, exilire conaris.

Ampliùs haud poteris vires effugere noſtras.

Siquidem quò te magis explicare moliris, eò magis te implicas, & per amplius declaras te hominem ex fraude & mendacio compoſitum.

2. Falſiſſimum ſiquidem eſt, *me dixiſſe, quòd ſcripſeris Dominum Mechelmannum ad te ſcripſiſſe de primis meis obiectionibus antequam iis reſponderis*. Nam ne per ſomnium quidē cogitaui. Nec eſt, qui, quòd calumniaris, in toto ſcripto noſtro obſeruet. Sed ſemper tui ſimilis es, incogitans, intectus, paratus inferre tantùm ictum, non vitare. Quare paucis & verè Lactantius. *Heretici gladium habent non ſcutum.* lib. 3. de falſa relig. ca. 4.

3. Non minus falſum quod fingis, me *extra oleas vagari*, quaſi voluerim ſtatum huius diſputationis in eo poſitum. *An mortui, Caluinus, Beza, Bucerus fuerint præſtantiſſimi Theologi, nec ne.* Quos non ſine exquiſita impietate præſtantiſſimos Theologos eſſe aſſerueras, eoſdem non Theologos, tantùm abeſt vt præſtantiſſimos, ſed Theomachos oſtendi. Iſtud autem ipſum, tamquam Theſim huius contentionis, ne ipſa impudentia dixerit; quin eâdem ſaliuâ ac ratione colligat *te extra oleas vagatū fuiſſe*, & mihi diuagādi materiā præbuiſſe: quin colligat te eos dixiſſe præſtātiſſimos Theologos, quaſi huius diſputationis ſtatus in eo eſſet. *An mortui Caluinus, Beza, Bucerus præſtantiſſimi fuerint Theologi necne.* Nō enim occurri, niſi tibi excurrēti.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Si mihi tecum extra circumſcriptos diſputationis noſtra*

ſita cancellos liberet excurrere, ac toties ex quolibet quidlibet eruere, 2. quoties vera doctrinæ laudem tuis Catholicis adſcribis, nonne hanc contentionem poſſem in infinitum extendere, arreptaque occaſione ex falſis ipſorum traditionibus de primatu Pontificis Romani, cultu imaginum, miſſæ ſacrificio & adoratione ſanctorum *in eos inuolare, atque ex certis indicijs demonſtrare eos eſſe Idololatras*, & filij illius perditionis *mancipia*, qui præ ſe ferens ſe eſſe Deum, in templo Dei, *pro ſua libidine dominatur.*

ANASTASIVS CARMELITA.

19. §. 1. Quid ego ad tam magnifica? namque

Sobolem promittis origine miram.

Quid? quod ille Næuio. *Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit, quod non licet.* Quoties excurriſti, mi homo? Et quoties non excurris nullâ oblatâ occaſione? Tantùm vt tuos tractatus, quemadmodum hîc, nobis ſignifices?

2. Quis mihi porrò ſuccenſuerit, ſi veræ doctrinæ Catholicis laudem adſcribo? Quibus ergo, Non Catholicis? non ille ſic

Curuo direxerat ſpicula cornu.

Quis Chriſtianorum hactenus putauit alibi quàm apud Catholicos veræ doctrinæ laudem inueniri? De me equidem numquam putaui.

3. Quis negat in infinitum nugas impietatum poſſe te extendere? *Quid* cæterùm *gloriaris*
Pſal. 51. *in malitia, qui potens es in iniquitate?* Fecerunt ſuperiores hæretici.

Et *Fama volat Aniti tale fuiſſe rei?*

Pſal. 49. *Cum adulteris portionem tuam poſuiſti*, miſer terque quaterque. 4. Hinc eſt, quòd Catholicorum traditiones falſas eſſe mentiaris. *Quibus maiorum*

in

Digitized by Google

inſtituta diſplicent (inquit Philo Iudæus) *homines impij & tantum ad accuſandas leges diſerti arreptis impietatis auſis talibus ſic cauillantur*. Alioqui *ſi Chriſtianus es, tene quod traditum eſt*, inquit Tertullianus. Nam vt D. Athanaſius lib. de incarnatione verbi. *Qui traditionibus hæret extra præcipitium eſt*. Præcipites ergo ferri in omnem impietatum, errorum abyſſum oportet, qui contemptis Eccleſiæ Catholicæ traditionibus, eas tamquam falſas abijciunt. Has ſuperiorum ſeculorum hęretici, vt videre eſt apud Tertullianum libr. præſcriptionum, ſpreuerunt, reiecerunt: *cum illis portionem tuam poſuiſti*. Philo li. de cõfuſ. linguar Tertul. li. de carne Chriſti cap. 2.

De primatu Romani Pontificis traditionem falſam eſſe aſſeris. At *non aliunde ortæ hæreſes*, inquit D. Cyprianus. Hinc Caluiniana hæreſis. D. Cyprianus. Epiſt. 55. ad Cornel.

De cultu Imaginum. Non aliter Sarraceni, Gentiles, Iudęi, Samaritani, Manichęi, Iconomachi. Et *cum adulteris iſtis portionem tuam poſuiſti*.

De Miſſæ ſacrificio. Non aliter Manichæi, Berengarius, Waldenſes, non aliter Antichriſtus cùm venerit. Et *cum iſtis adulteris portionem tuam poſuiſti*.

De veneratione ſeu adoratione ſanctorum. Non aliter Eunomiani, Vigilantiani, Euſtathiani, Meletiani, Aeriani, cenſuerunt. *Cum iſtis adulteris portionem tuam poſuiſti*. Quid ergo ſupereſt, niſi tandem infelix reſipiſcas, quàm vt quia *cum iſtis prædicationis conſortium habes, neceſſe ſit etiam cum eis conſortium habeas damnationis?* Tertul. libr. præſcrip. ca. 34.

5 *Certis indicijs Catholicos demonſtrare eſſe Idololatras, mãcipia filij illius perditionis &c.* Papè, quàm potẽs es! Certauit tuus Caluinus, Beza, & huius generis peſtes, & longè acutioribus, quàm poſſes,

 ſtu-

Digitized by Google

ſtudijs. Oleum tamen & operam perdiderunt. Admorderes quidem, ſed admorderes tantùm, & frangeres potiùs, quàm imprimeres dentem. Atque in Cœmeterio tuo

Mœreres ſtultos præteriſſe dies.

CAPVT VII.

Argumentum eiuſdem.

Iuſtè & legitimè Caluinus, Beza & Miniſtri Caluiniani Nimbrotho comparantur.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Alterum erratum eſt, 2. quòd Caluinum, Bezam, Bucerum, cæteroſq; noſtros Theologos, qui in alienas poſſeſſiones & Gazas nunquam irruerunt, cum Nimbrotho primo publico Tyranno ac prædone comparas.*

ANASTASIVS CARMELITA.

20. §. 1. Ne erratum putet quis, adigis vt quod quatuor ad ſummum lineis adſtrinxi ac comprehēdi, latiùs extendendo veriſsimum eſſe demōſtrem. Itaq; excipe auribus & oculis attentis.

1. Nimbrothus poſt alios gigantes, qui ante diluuium extiterunt, Gigas, dictante ſacra ſcriptura, cœpit eſſe ſuper terram. Caluinus, Beza, Bucerus, cæteræ veſtræ peſtes nonne poſt priorum temporum magnos illos Hereſiarchas, magni impietatum ac blaſphemiarum earumdem propugnatores, hæreſiarchæ fuerunt? Non in omnium ore vt tales verſantur? Non omnium oculis tales viſi?

2. Nimbrothus ex Chus filio Cham, qui patrē riſit. Caluinus, Beza, Bucerus & cæteri huius factionis duces, non ex his, quos Iob perſtringit in perſona

perſona Chriſti & Eccleſiæ? *Nunc autem deridentme iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei*: Non *ſederunt in Cathedra peſtilentiæ*, id eſt deriſorum? Amabò, non deriſor, qui filium patre tempore antiquiorem, patrem tempore filio iuniorem aſſerere vellet? Olim Apollinem patrem Euſculapij imberbem ac iuuenē, Euſculapium verò prolixam barbā habentem, ſenem Ethnici depingebant; riſit Dyoniſius Tyrannus. Iob. Pſal. 1.

Olim Duce Sanabelleto Cutheo, quidam, qui ob ambitionem, ab Eccleſia Hieroſolymitana, id eſt Synagoga Iudæorum defecerant, Templum in monte Garizi conſtruxerant ad ſimilitudinem Hieroſolymitani. Iſti, vt ſibi omnem totius Synagogæ auctoritatem adſciſcerent, vix erecto nouo ſuo templo, adſtruebant illud eſſe, quod à Salomone ædificatum fuerat, non autem templum, quòd Hieroſolymis erat. Dic qua fronte quâ veſaniâ & impudentiâ iudicaſſes? Non hoc deridere erat? Quâ frōte ergo, quâ impudentiâ & mentis ſocordiâ audetis vos antiquiores Eccleſiâ Romanâ profiteri, qui ab ea nuper receſsiſtis? Ioſephus lib. 11. antiquit. cap. 8.

3. Nembroth. dictus eſt *venator fortis*, id eſt, vt D. Auguſtinus explicat, *deceptor, oppreſſor, extinctor animalium terrigenarum*. Caluinus, Beza, Bucerus, non deceptores, oppreſſores, extinctores animarum? Sed quarum, niſi verò terrigenarum, eſt terræ deditarum & inanium cæleſtium, & vt cum D. Petro dicam, *inſtabilium*? Fide debilium, parum aut nihil valentium? Nam, vt Tertullianus præſcripſit, *nihil valent hæreſes, ſi in bene valentem fidem incurrant. Nihil valent quàm in non prudentes, quam in non bene fideles, in fide non ſatis vſitatos. Hos* D. Aug. lib. 5. de ciuitat. cap. 4. 1. Pet. Tertul. libr. præſcrp. cap. 2. & 3.

valent

Digitized by Google

valuit hæreſes demutare, qui in fide non valent, apud iſtos multùm valent.

D. Chryſ. hom. 30. in Gen. 4. Nimbroth, quemadmodum refert D. Chryſoſtomus, multis naturæ donis clarus erat, *diuinam aliquam æſtimationem à Deo acceperat, & Deus per eum in admiratione habitus fuiſſet, quia talem produxiſſet. Vnde* (ait) *venator dictus eſt coram Deo fortis & robuſtus, id eſt, à Domino fortis, virilis, robuſtus factus*, ſi has gratias, has à domino dotes tam magnificas & ſumptuoſas non neglexiſſet, iſtis bene ac fortiter vſus fuiſſet. Sed

Notus feritate Lycaon.

Pſal. 48. Et homo *cùm in honore eſſet, non intellexit comparatus iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis.* Quis negauerit Caluinum, Bezam, Bucerum magnis ingenij dotibus donatos fuiſſe? *Sed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe ſapientes eſſe ſtulti facti ſunt. Tranſierunt in affectum cordis. Et cor feræ datum eſt eis.* Rom. 1. Pſal. 72. Daniel. 4

5. Nimbroth Turrim erat erecturus, cuius ædificatores mutuò haud ſe intellecturi erant. Quã quæſo, appoſitè? Mutuò enim ſe hæreſes intelligunt? Mutuò Caluiniani Miniſtri? Teſtes aduoco quotquot inter eos verſantur, quotquot eorum ſcripta legerunt. Verùm, non credentes intelligerent? Quorſum ergo apud eos, eorumque ſcripta, tam pugnantia? Tot opiniones diſſidentes, inter duces tot ſchiſmata, tot diſſidia? Poſſemus in vno Caluino præſertim recenſendo eius contradictiones oſtendere: fecit eximius ac valdè doctus, laborioſus Franciſcus Feu-ardentius Doctor Pariſienſis, Ordinis D. Franciſci in eo libro, cui titulum fecit, Theomachia Cal-

Digitized by Google

Caluiniſtica; feci inquam, copioſiſſimè. Quare breuitatis cauſa iſtis ſuperſedeo. Tantùm dico cum D. Auguſtino. *Contradicunt multæ linguæ, multæ hæreſes, multa ſchiſmata*, ſibi tantum? Immò, & *veraci doctrinæ*. Quare cum Moſe in tabernaculũ fugimus; locum refugij aduerſus contradictionẽ. Per modum prędictionis cum Dauide rogantes. *Proteges nos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarũ.* Ideo enim ad Dei tabernaculũ, id eſt, eius Eccleſiam Catholicam conuolamus, confugimus, *eam tenemus, à regula veritatis non diſcedimus, vt ibi protegamur à contradictione linguarum*, ait idem D. Auguſtinus, ibidem. In pſalm. 30. explic. 3. Num. 14.

6. Nimbrotho opus non ſucceſſit prout ſibi propoſuerat. Quid Caluino, quid Bezę, quid Bucero profuit tantum impietatis ædificium? Non tandem diſſoluetur? Speramus, & eò citiùs, quo altiùs & feliciùs fundamenta iecisse videbitur. De ſimilibus enim Regius vates cecinit, prædixit. *Inimici domini mox vt honorificati & exaltati fuerint: deficientes, quemadmodum fumus deficient, & ſicut olera herbarum citò decident.* Id eſt, velut pretioſum agnorum, vel camporum conſumpti in fumo deficient. Pretioſum enim agnorum, Camporum pretioſum, eorum adeps & decor. Adeps igni impoſitus breui flammâ abſumitur, ſic impij ſaginati felici rerũ ſucceſſu, quaſi agni ad cædem deſtinantur. Et ſicut fumus cũ è fornace & camino egreditur denſitatem oſtentat ſuam, quò verò altiùs eleuatur, eò rarior fit, & tandem diſpulſus euaneſcit; ſic impij, quò altiùs erecti videbũtur & feliciore rerũ ſucceſſu frui cernentur, diſpellentur, fluent. Beza nõ ita pridẽ coram Henrico. 4. Franciæ rege faſſus in Eccleſia Pſal. 36. 67.

Digitized by Google

cleſia Romana in quam redierat, eundem regem ſalutem animę conſequi poſſe, nec periſſe qui in eadem perſeueraſſent, decubuiſſent: immò ſe, ſi cum honore in eam redire poſſet, facturum, & à Caluiniſmo defecturum: nonne ſatis ſignificauit hoc ædificium, nec valuiſſe, nec æternũm valiturum, proceſſurum? Neque id negari poteſt, quando idem Rex, hoc ſibi cum Beza colloquium fuiſſe, Bezam ita ſibi reſpõdiſſe, declarauerit in conceſſu Principũ ac multorũ nobilium Regni Franciæ. Cùm Cornelio Miniſtro Caluiniſtæ, in eandem Eccleſiam reditum paranti ac cogitanti, non diſſuaſit, ſed vt in propoſito perſeueraret, fidem Caluinianam abiuraret, deſereret, monuit; Idem ſe præſtiturum eſſe, ſi Geneua commodè exire poſſet. Non abunde declarauit ædificij iſtius impietatem, defluxionem. Narrauit idem Cornelius, poſtquam ad Eccleſiam rediit, viris fide dignis; præſertim eximio Doctori Fràciſco Feu-ardentio, vt narrat in ſua ad Ioannem Broualdum reſponſione Gallica. pag. 345.

7. Nembroth, quas cauſas habuit eiuſce turris ædificandæ? Quas? 1. Impietatem. Decernebat enim ſe in Deum ob peccata ſolitum iraſci munire, obtegere. Decernebat non abſtinere à peccatis: in omnem ſe gulæ, laſciuiæ licentiam effundere. Ita enim. D. Auguſtinus, *Ne diluuio, ſi fortè Deus aliud exigentibus peccatis diſponeret, delerentur: ſiquidem audierant, quòd omnis iniquitas fuerat diluuio deleta, neq; volebant abſtinere à peccatis. Ergo altitudinem turris contra diluuium requirebant.* Quis veſtrũ non audiuit profligandas tandem omnes hæreſes? Qua de cauſa tot vrbes ac prouincias inui-

D. Auguſt. tract. 6. in Ioã.

tis

tis etiam legitimis regibus, principibus, dominis inuaſiſtis, eaſdem omni præſidio firmatis, niſi vt in hæreſi permaneatis; gulæ, libidini inſeruiatis, omni legum iugo renuncietis? Non hoc ſe contra Deum ex impietate obtegere? Aut *qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi non reſiſtit?* Mentior ſi non ob ſimilem *ſuperbiam, hæreſes introducta, concepta ac nata*, ait D. Epiph. to. 1. lib. 3. hæreſi. 75. Si non verum iſtud. *Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo.* Mentior ſi non gulæ, laſciuiæ, ac omni libidini ſeruiendi gratia, tot Apoſtatæ à fide Catholica, Romana, ad ſectam Caluinianam deficiant. Mentior ſi vitæ reformatioris melioris gratia. Mentior ſi non inde Cherintiana hæreſis, ſi non inde Donatiſtarum factio, ſecta hæretica. Mentior ſi non Conſilio Balaam dato Balaac Moabitarum principi, non vtamini, vt à fide noſtros ſacerdotes, Monachos euertatis, ad veſtrum ſacrilegum ſchiſma conuertatis. *Quid enim* (ait Origines homil. 20. in numeros) *non poteſt libidinis iſtius vitium, quod non legum minis, non terrore gladii repreſſeris*, ſi data porta, ruat? *Hoc enim* (inquit) *erat conſilium Balaami. Populus hic non propriis viribus, ſed Deum colendo vincit & pudicitiam conſeruando. Si vis eum vincere, primo eorum pudicitiam deiice & ſponte vincentur. Sed aduerſum hæc, non virtute militum, ſed mulierum decore pugnandum, nec armatorum vigore, ſed fæminarum mollitie. Procul amoue armatorum manum, & electam congrega ſpeciem puellarũ. Ludentes pedibus eant, manibus plaudentes, forma vincit armatos, ferrum pulchritudo captiuat; vincentur ſpecie, qui non vincuntur prœlio: Verùm vbi ſenſerunt mulieres Moabitides vel Madianitides*

Rom. 13.

Eccli. 10.

Euſeb. li. 3. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 28.

Optatus Mulierit lib. 2. cõtra Parmeniun.

eos

eos manus libidini dediſſe & peccato ceruices inclinaſſe non prius ſemetipſas cupientibus præbeant, quàm de ſacrificijs Idolorum acquieuerint guſtare, vt cogente libidine, conſilijs obtemperent familiarum, & conſecrantur priùs Beelphegor, quod eſt Idolum turpitudinis. Non hoc conſilio ſtat conſpiratio Caluiniana? ſtaret ſi eo non vteretur? *Vinum & mulieres faciunt apoſtatare ſapientem à Deo.* Vis alteram cauſam ædificandæ turris Babel? 2. curioſitatem accipe. Ad cælum vſq; turrim erigere inſtituebant, vt quid Deus in cœlo poſſet exſpiſcarentur. Vnde natæ hæreſes? non curioſitate? olim Lucretius.

Humanum genus eſt auidum nimis auricularum.

D. Chryſoſt. homil. 9. in 2. ad Theſſ. — D. Chryſoſtomus. *Nihil tam curioſum & auidum ad rerum obſcurarum & abſconditarum cognitionem, vt humana natura.* Id præſertim *euenit* (ait idem) *hoſtibus veritatis, qui voluerunt proprijs viribus vniuerſa expendere, non cogitantes, quòd impoſſibile ſit humana natura dei opificium penitus perſcrutari.* Cedo, non hoc vitio etiam ſtat veſtra hæreſis? non ideo omnes ſine diſcrimine, mulieres, puellas, ſeruos, ancillas, ad diſputandum de præcipuis Chriſtianæ religionis capitibus, admittitis? Quod ſi curioſitas ex cerebri debilitate, & otio ortum habet. Vnde videas infantes ob mentis ac intellectus infirmitatem, Parentes ſuos infinitis quæſtionibus obtundere; mulierum, puellarum, ancillarum, puerorum cerebro nihil debilius ſit, quanta eos auiditate ac curioſitate ferri putamus ad cognitionem earum rerum, quas ne ratio quidem humana, quantalibet acie valeat, attingere poteſt?

Idem homil. 2. in 24. Geneſ.

Tertiam

Digitized by Google

Tertiam cauſam Turris Babel ædificandæ breuiter percurramus. Ea fuit defectus charitatis, & proinde cupiditas regnandi & inuidia. *Nimbroth enim proauum ſuum imitatus, & naturæ priuilegijs abuſus, alium ſeruitutis modum adinuenit, princeps atque rex fieri attentauit. Rex enim non erat, cùm nulli eſſent ſubditi. Rex autem fieri voluit non vt imperando defenderet, ſed vt hoſtes ſubigeret, hinc ciuitates ædificabat.* Quæ hic charitas? *Charitas non eſt ambitioſa, non æmulatur, non quærit quæ ſua ſunt.* Non ab hoc defectu charitatis: non à cupiditate regnandi, non ab inuidia hæreſes? Non Hymenæum, Alexandrum ab Eccleſia auocauit? Imò, ſi D. Paulo credimus. *Nam omnes hæreſes charitatis defectus genuit: quippe ex eo quòd non diligerent fratres, eorum ſecundis ſucceſſibus inuiderent: ex ea autem & inuidia dominationis ambitu tenebantur. Porrò ex ambitione hæreſes naſcebantur,* inquit D. Chryſoſt. hom. 2. in priorem ad Timoth. Vitium quod *Eccleſias euertit, quod hæreſes peperit inuidia, & emulatio,* ait D. Epiphanius lib. 3. tom. 1. hæreſ. 75. *Mater hæreſis eſt cupiditas principatus* teſte D. Chryſoſtomo homil. 5. in Epiſt. ad Galathas. Ergo & Caluinianæ.

D. Chryſoſt. homil. 30. in Geneſ. 1. Corinth. 13. 1. Timothæi 1.

8. Nimbroth, Rex Babylonis, id eſt confuſionis, fuit. *Babylon mentis infœcundæ imago eſt. Mens infœcunda filia Babylonis rectè vocatur.* Eſa 47. *Siquidem in eo quod bona opera nequaquam germinat, nulloque ordine rectæ vitæ componitur, quaſi in confuſione generatur,* docet D. Grægorius lib. 6. Moralium cap. 9. Caluinus, Beza, Bucerus an non infœcundarum mentium reges? *In ſpiritualibus nuptijs, partum intellige bona opera animæ nuptæ cum Chriſto,* ait Origenes tract. 20. in Matthæum. Vnde Iſaiæ 26. *Ac facie tua concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis.* Vbi apud

Caluinum, Bezam, Bucerum, Spiritus ſalutis conceptio, partus? Negare ad ſalutem æternam bona opera valere, non neceſſaria eſſe: Hoccine eſt concipere, parere Spiritum ſalutis? At non hoc veſtrum dogma, quod ab eis hauſiſtis, & illi à ſuperiorum ſeculorum hæreticis?

Rex Babylonius, vt videre eſt Hieremiæ cap. 39. *filios Sedechiæ regis occidit ante eius oculos*. Babylonius Rex figura eſt *antiqui hoſtis poſſeſſoris intimæ confuſionis*: Filij Sedechiæ, *bona opera ſunt*. At ſic antiquus hoſtis *bona opera interficit, vt hæc ſe amittere, ipſe qui captus eſt* (per Sedechiam intellectus) *dolens cernat*, vt meditatur D. Gregorius lib. 7. moral. cap. 16. Bona opera non interficitis nobis dolentibus ac cernentibus? Nam ſi ea non ſint ad ſalutem neceſſaria, quorſum dolebimus,
Matth. 25. nos non operatos fuiſſe? Quorſum quinque fatuæ virgines & ipſæ virgines, non recipiuntur, ſed excluduntur à nuptijs ſponſi, ingreſſu regni
Matth. 8. 13. cæleſtis? Cur in inferno *fletus & ſtridor dentium*?

Luc. 13. Quis Tertulliano accuratiùs veſtræ ciuitatis, conſpirationis dico confuſionem deſcripſerit? Ipſum audiamus. *Quàm enim futilis* (ait) *quàm terrena, quàm humana ſine grauitate, ſine a uctoritate, ſine diſciplina vt fidei veſtræ congruẽs? In ea quis Catechumenus, quis fidelis incertum eſt: pariter aditis, pariter auditis, pariter oratis. Etiamſi Ethnicus ſuperuenerit, ſanctũ canibus, margaritas porcis, licèt non veras iactatis: ſimplicitatem doctrinæ, eiuſdem proſtrationẽ eſſe vultis. pacem cum omnibus miſcetis. Nihil intereſt vobis licet diuerſa tractantibus,*
Tertull. lib. præſcript. cap. 41. *dum ad vnius veritatis expugnationem conſpiretis. Omnes tumetis, omnes ſcientiam pollicemini. Antè eſtis perfecti Catechumeni quàm edocti. Ipſæ mulieres hæreticæ quàm procaces? an non audent docere, contendere? Ordinationes*

veſtræ,

veſtræ, quàm temerariæ, quàm leues, quàm inconſtantes? Nunc Neophytos collocatis, nunc ſeculo obſtrictos; nunc noſtros Apoſtatas, vt eos gloria obligetis, quia veritate non poteſtis. Nuſquam faciliùs perficitur, quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe, promereri eſt. Apud vos Laicus qui Epiſcopus, Presbyter qui Laicus, Laicus qui Diaconus. Non ibo longiùs. Nam tu ipſe Polyander Epiſtolâ ad Lectorem, ita ſcribis, *qui Laici (prout ſuos appellant auditores, rectène, an ſecus, iam non diſputo,) &c.* iſtis nullum te diſcrimen ſtatuere, inter presbyteros, Epiſcopos, Diaconos abunde manifeſtas. Non igitur Babylonis, id eſt, confuſionis nomine ac appellatione digna cenſenda Caluiniana ſecta? Non verè & appoſite Caluinum, Bezam, Bucerum & reliquos huius confuſionis conſtructores Nimbrotho contuli?

2. *In alienas poſſeſſiones & Gazas numquam irruerunt.* Impudens & ſine fronte mendacium,

Et crimen vox eſt inficiata ſuum.

Non in Catholicorum prouincias, poſſeſſiones, eorum Gazas irruiſtis? Non vi & violentia detinetis? Ecquoties eorum & veſtra ſica deprehenſa? Ecquoties ſtantium ædificiorum, ciuitatum, regionum ruinas erexiſtis? Non veſtro incendio totus orbis Chriſtianus deflagrauit? Rudera, lapides, cineres huic tuo inſigni mendacio os obſtruunt. Vbi Caluinus, vbi Beza & cæteri huius furfuris Miniſtri, cum iniuſtis exercitibus ex omni Gallorum & exterorum colluuie collectis Reges ipſos aut incluſos mœnibus detinerent, aut fugam maturare cogerent, & ad extrema conſilia compellerent? Vbi cùm tot nefarij cœtus, conſpirationes,

ſanguinei innocentium torrentes, maria, cruces, carceres, ſoleæ, haſtæ, ſclopi, claui, flammę, craticulæ, prœliorum campi in Catholicos deſignarentur? Vbi cum Pontianus princeps, Caſimirus, Bipontinus ſuos exercitus introducerent in Franciam, & quaſi eorum armis ſubacta, plauſtro traheretur in triumphum? Vbi cùm Regium latus Franciſci ſecundi ſuis telis impeterent; & Reginam matrem colo & filamentis deſtinarent? Vbi cùm ipſo die palmarum, quò ſacratius eſſet ſcelus, Carolum nonum internecioni deuouerent? Vbi cùm annis non totis decem Gallorum vicies centena millia caderent: cùm hoſpitalia ſupra nongenta euerterentur; monaſteria ſupra duo millia: aliarum Eccleſiarum minimùm viginti millia à fundamentis ipſis eruerentur? Vbi cùm altaria effoderentur, deſtruerentur: cùm *calices, Chriſti ſanguinis* (vt cum Optato Mileuitano loquar) *portatores raperentur, eorum ſpecies in maſſam redigerentur*, ex his pecunia flaretur, cuderetur belli continuandi, redintegrandi gratiâ aduerſus legitimos Principes? Cùm in Gazas ſacras irrueretur? fuit aliquid pretioſum, quod non ſacrilegâ manu temerarint, deprædati ſint?

(Launæus cap. 7. Pag. 19. Chriſtianæ ac modeſtæ Remonſtrat. ſeu Inſinuationis ad Henr. 4. Reg. Franciæ.)

(Optatus lib. 2. cōtra Parmen.)

Magnæ Britanniæ rex in ſuo Baſilico Doro lib. 2. pag. 42. Non perſtringit Bucerum, Petrum Vermillium aliàs martyrem & Caluinianos miniſtros iſtis? *In illa*, inquit, *rerum & temporum confuſione orti ſunt quidam igneæ naturæ, qui eò potentiæ apud populum proueheba ntur, vt dulcedinem imperij iam deguſtantes inciperent neſcio quam Democraticæ Reip. formam ſibi ſomniare*. Idem Rex Iacobus nuper in præfatione illa ad omnes Monarchas, Principes,

Ordi-

Ordines Chriſtianos pag. 39. poſterioris editionis, in Puritanos ſuccenſendo inuehitur, quod *Confuſam illam Anarchiam & parilitatem inducãt, Epiſcoporum, & ordinem Eccleſiaſticum reijciant*. Hanc non docet Caluinus lib. 4. Inſtitut. cap. 6. §. 9? Num ibi Monarchiam reijcit ab adminiſtratione Politica, velut non optimũ regimen, & propterea ab Eccleſia penitus amandandam? Nempe

Non impaſta truces vlulatus turba Luporum
Exercet, morſuq; quatit reſtantia clauſtra.

Non Lupi ——— *Inſidias explorant ouilia circum.* Non igitur, mi homo, errani. Nimbrotho conferens Caluinum, Bezam, Bucerum & reliquos iſtos veſtros duces; ſed illi *in alienas poſſeſſiones & gazas irruerunt*. Atque *in furorem contra Dominũ eruperunt*. Aut reddite Catholicis, Eccleſiaſticis, Epiſcopis, Præsbyteris, Diaconis, regibus, Principibus, quæ illis etiamnum vi & violentiâ detinetis.

Quæ verò factâ comparatione Pontificis Romani cum Nimbrotho retorſiſſe te putas pag. 89. 90: quia mera & benè vetus in eum calumnia eſt, quæ ſuo ſe mendacio, ſua ſe impietate refutat: & nuper præfatus Rex magnæ Britanniæ magno nominis ſui dedecore, in pręfatione illa, ad Monarchas, Principes & Ordines Chriſtianos, eam refricarit; Huic millies antea à multis, & recèns ab illuſtriſſimo Cardinali Bellarmino occurſum & reſponſum fuit, eam reſponſione indignam cenſeo, & ſola exſufflatione reſtinguendam, dignam, quę in errorum tuorum Cœmeterio tegatur, contumuletur. Etenim hanc

Non iuuat in media nomen habere via.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

Et eius argumentum.

Miniſtri Caluiniani ſunt hæretici.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tertium erratum eſt, quod Tertulliani ſententiam de vera doctrinæ antiquitate, & falſæ nouitate;* 2. *de quibus nulla mihi tecum fuit controuerſia, ad noſtrorum Theologorum damnationem adducis.*

ANASTASIVS CARMELITA.

21. §. 1. Impingis, & grauiter impingis. Errore non delector. Cur enim iſtud Tertull. in damnationem Caluini, Bezæ, Buceri, qui ab Eccleſia defecerunt non adduxiſſem? Iuſtiorem rationem habuit Tertullianus, illud pronuntiandi in Marcionem, & Valentinianum, quàm ego adducendi in eos? Iuſtiorem D. Euangeliſta Ioannes ſimili argumento, Ebionem, Cherintum hæreticos eſſe pronuntiare, quia nimirum *exierant ab eis*, quia vt Tertullianus, *deſeruerãt, quod priùs fuerant, apud Romanenſem Eccleſiam*, quam habui? Non enim iſti exierunt è nobis, deſierunt eſſe, quod priùs fuerant apud Romanenſem Eccleſiam? Itaque ſi erraui, non Euangeliſta, non Tertullianus, poſt quos pronuntiaui Caluinum, Bezam, Bucerum fuiſſe hæreticos? Non ab eis, ſed illi à nobis defecerunt. Hoc porrò argumento cur vſi ſunt, cur vſus ſum, niſi verò, quia *prior mendacio ſit veritas? Illud ſit Dominicum quod prius, Diabolicum quod poſterius?*

Tertull. de præſcript. cap. 31. lib. 1. in Marc. cap. 1. lib. 4. cap. 5.

2. Quod quia ita eſt, atque eos præſtantiſſimos Theologos volueras fuiſſe; licet tibi mecum non fuerat de veræ doctrinæ antiquitate, falſæ noui-

tate

tate cõtrouerſia;non tamen ex officio mihi fuit, hoc Tertulliani, hoc etiam D. Euangeliſtæ argumẽto,in condemnationem illorum vti; vt ſic oſtẽderem præſtãtiſſimos Theologos non fuiſſe?

Tam firmum ac validum hoc iſtud eſt argumentum, vt nullo veſtrûm ariete concuti, ac debilitari queat. Tanti roboris ac neceſſitatis, vt & vos, qui ſub iſtis ducibus, ab eadem Eccleſia vos ſeparaſtis eſſe hæreticos oſtendat, & conuincat. Erubeſcis?

Progenies Phaëton haud inficienda parenti.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Si data mihi occaſione de hoc argumento fuſiùs diſputandi, nunc vti vellem, nonne ex veſtris aſſertionibus* 2. *de Indulgentijs, confeßione auriculari, votis Monachorum, cœlibatus, Presbyterorum, peregrinationibus, reliquijs ſanctorum, alijſque eiuſdem generis figmentis, veræ ac primæ Apoſtolorum doctrinæ planè repugnantibus, vos auctoritate Apoſtolorum à quorum ſcriptis & exemplis receßiſtis, hæreticæ nouitatis poſſem conuincere, dictumque Tertulliani, in vos vſurpare, ipſiuſque exclamatione vos inclamare?* Vbi religio, vbi veneratio Maioribus debita à vobis? Habitu, victu, inſtructu, ſenſu, ipſo denique ſermone, proauis renunciaſtis. Laudatis ſemper antiquitatem & nouè de die viuitis. Per quod oſtenditur, dum à Bonis maiorum inſtitutis deceditis vos retinere & cuſtodire quæ non debuiſtis, cùm quæ debuiſtis non cuſtodiuiſtis? 3. *Et cùm nihil cauſæ fuerit cur noſtri Theologi à nouitate doctinæ veſtræ Pontificiæ deſciuerint, quàm quia veſtri Doctores ab Antiquitate Chriſti, & Apoſtolorum doctrina deſciuerunt, nonne eadem opera poſſem demonſtrare veſtros Antiſtites* primæ ac proinde veræ fidei deſertores, *noſtros verò huius vindices, atque adſertores eſſe appellandos?*

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

22.§.1. Lepidè verò; vt tuos nobis tractatus ſignifices. Eole non eſt hîc locus tuis flabris. Non poſtea hoc præſtare contendis? Ataui tui, Proaui, Aui, Auiæ, parentes tui non contenderunt? vt id præſtarent libros non compleuerunt? Quæ iſta in ſignificandis tuis tractatibus tam inſolens oſtentatio? Quod genus tandem oſtentationis & gloriæ? Quod hîc inani verborum repetita turba, tibi polliceris, non illi, qui te acie ingenij & ſtudij improbitate longè poſt ſe relinquunt, idem ſibi venditarũt? Verùm aërem ipſi verberarunt, oleum & operam perdiderunt. Tu alium quercum excute. Hanc putas eruere? Hæreſeωn ventis licet hinc & hinc perflantibus, ex ea frondes decidant aridæ, ipſa tamen immota arbor ſedebit. Quare & moneo, promittas ne tibi

——— *Speres ne niſi quod liceat.*

Nam & te poſſe in nos retorquere D. Ioannis Euangeliſtæ, & Tertulliani ſententiam atque argumentum, vana & inanis vendicatio eſt. Qui ſic? Quoniam, bone vir, non ſolùm receſſu illo ſectariorum ab Eccleſia, defectionem ab eiuſdem doctrinæ profeſſione, ſed etiam perſonarum ſocietate complectũtur. Nec probant Ebionem, Cherintum, Marcionem, Valentinianum hæreticos eſſe, quia contrarium dogma propugnarent à dogmate Eccleſiæ; ſed quòd perſonis ſe ab ea ſeparaſſent, Eccleſiæ vnitatem, hoc pacto ſcidiſſent, corpus aliud ab Eccleſia conſtituiſſent. Quare Tertullianus, vtrumque, receſſum hac ſententia comprehendit. *Hinc deſtinari*

poſſunt

poſſunt hæretici, qui deſerto, quod priùs fuerant in Eccleſia Romanenſi, id poſtea elegerunt quod retro non erant. Comprehendit & Euangeliſta. Vnde D. Auguſtinus. D. Augustinus
Iam, inquit, *quis ſit contrarius Chriſto, nunc aduertetis,* tract. 3.
ipſo D. Ioanne exponente. Exierunt è nobis, quia non erant 1. Epiſt.
de nobis: ſi enim fuiſſent de nobis vtique permanſiſſent nobiſcum. Quare intelligitis non poſſe exire foras niſi Antichriſtos: eos autem qui non ſunt contrary Chriſto foras exire nullo modo poſſe. Qui enim non eſt Chriſto contrarius, in corpore ipſius hæret & membrum computatur. Membra nunquam ſibi contraria ſunt. Corporis integritas vniuerſis membris conſtat. At verò ita eſt quòd Caluinus, quòd Beza, quòd Bucerus, nō ſolùm profeſſione doctrinæ, ſed etiā perſonarū ſocietate ab Eccleſia receſſerūt. Addo & veriſſimè, ab ea Eccleſia, è qua incipiēdo à Simone Mago omnes hæretici receſſerūt. Hinc hæretici neceſſariò deſtināt ur: qui relicto, quod prius fuerant in Romanēſi Eccleſia, id poſtea elegerunt, quod priùs non fuerant. Neque hoc vnquam euelles ac euertes argumentū, hanc neceſſariam demonſtrationem.

2. Attexis, *aſſertionibus noſtris de indulgentijs, confeſſione auriculari, votis monachorum, Cœlibatu Presbyterorum, peregrinationibus, reliquijs ſanctorū, veræ ac primæ Apoſtolorū doctrinæ repugnantibus, nos receſſiſſe ab eorum ſcriptis & exemplis, quare eorum auctoritate hæreticæ nouitatis nos conuinci, & ſententiam Tertulliani in nos vſurpari.*

Primò faſum eſt, iſtas aſſertiones repugnare Apoſtolorū doctrinę veræ ac primæ. Nam aſſertio de Indulgētijs nō diſſentit. D. enim Paulus de eo, qui in crimen incœſtus lapſus fuerat, diſcipulis ſuis D. Timotheo & Tito loquens. *Cui donaſtis & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui propter* 1. Cor. 2.
vos in perſona Chriſti. Et Coloſſ. 1. *Adimpleo, quæ deſunt* Coloſ. 1.

paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Atq; hanc fuiſſe primitiuæ Eccleſiæ aſſertionem videre eſt apud Tertull. lib. ad Martyres cap. 1. Apud D. Cyprianum lib. Epiſtolar. Epiſt. 15. & 18. alijs autem 11. & 14. *Qui libellum*, ait D. Cyprianus Epiſt. 18. *à martyribus acceperunt, auxilio eorum apud Dominũ adiuuari in delictis ſuis poſſunt.*

Non aſſertio de votis Monachorum. Chriſtus enim vocat ad hanc vitæ perfectionem, & ſi neminem ante eiuſdem vitæ vota cogat, cùm dicit:
Math. 19. *Vade & vende quæ habes, & da pauperibus.* Et tuus Cal-
Actor, 4. uinus illa Act 4. *Credentiũ erat cor vnũ & anima vna: nec quiſquam eorũ quæ poßidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.* ad eos reſtringit, qui perfectiorem hanc vitæ rationem vouiſſent; nec de omnib⁹ ſine diſcrimine vult intelligi debere.

Non aſſertio de confeſſione auriculari: cùm
Ioan. 20. eam Chriſtus iſtis implicitè complectatur. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis; quorum retinueritis, retenta ſunt.* Nam cùm actus iſti, abſoluere & remittere ſint actus iuriſdictionis, nec poſſit iudex causâ incognitâ abſoluere, aut condemnare; conſequens eſt, vt iſtis peccatorum confeſſionem, & grauitatis eorum declarationem, velit factam ijs, quibus remittendi, vel retinendi auctoritatem dabat.

Non aſſertio de Cœlibatu presbyterorum. Nam inuitat Apoſtolus 1. Corinth. 7. ſui exemplo eum, qui necdum duxit vxorem; eam, quæ
Math. 15. nondum nupſit, ad Cœlibatum. Et Chriſtus re-
1. Timothæi 3. Verſ. 2. & 12. linquit poteſtati eius, qui capere poteſt. Non ergo eſt Cœlibatus repugnans doctrinæ Chriſti, non etiam Apoſtolorum. Quod enim ſolet ad-
Ad Tim. 1. Verſ. 6. duci ex D. Paulo. *Oportere Epiſcopum, Presbyterum, Dia-*

Digitized by Google

Diaconum vnius vxoris virum: non eſt præceptum, quaſi qui aſſumitur ad iſtos Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ordines, vxorē ducere debeat: ſed vt qui aſſumitur vnā tantùm habuerit vxorem, id eſt, ne ſit bigamus. Aut ſtatue ſcripturam ſibi contrariam; nempe Apoſtolum ad Cœlibatum inuitantem, & neceſſitatem ad matrimoniū & coniugium, conſulentem Cœlibatū & prohibētem.

Non aſſertio de peregrinationibus. Nam, iam ex veteri teſtamento probantur. Illi namque tres viri, qui prædicente Samuele, Sauli recens in Regem Iſrael vncti, aſcendebant ad Deum in Bethel, quorum vnus, tres hœdos, alius tres tortas panis, alius lagenam vini portabat; eò deuotionis & peregrinationis gratiâ ibant, vt docet D. Hieronymus. In initio noui Teſtamenti Act. 2. *Ex omni natione viri religioſi ipſo die Pentecoſtes erant in Hieruſalem*: Nimirum eò venerant deuotionis & peregrinationis cauſa. Veniebant etiam ipſo die paſchæ Hieruſalem Deum adoraturi ex omni parte, quæ ſub cælo eſt homines. Vnde Luc 24. Diſcipuli Chriſto. *Tu ſolus peregrinus in Ieruſalem, & non cognouiſti quæ facta his diebus?* Qua de cauſa Eunuchus Cãdacis Reginæ Æthiopum in Hieruſalem venerat? Nõne vt adoraret?

1. Reg. 10. Luc. 24. Actor. 8. 1. Reg. 5. & 6. 2. Reg. 12.

Non tandem aſſertio de reliquijs, cùm & in arca fœderis, continente aliquot grana mannæ in vrna, tabulas lapideas, virgam Aaronis, quæ floruerat, honor, veneratio quam Deus ipſi exhiberi voluit, licet tantùm ex ligno fabricata eſſet, auro intus & exteriùs circumueſtita; ſatis probent. Heliſei ſepulchrum cuius attactu mortuus reſurrexit. Hæliæ pallium, quo aquas Iordanis ipſe & Heliſeus diuiſerunt;

quo

Digitized by Google

quo mediante iſte Hæliȩ ſpiritum duplicem ac-
Matth. 9. cepit. Fimbriæ veſtimenti Chriſti; vmbra D.
Actor, 5. & 9. Petri, Sudariola & ſemicinctia D. Pauli. Quæ de
Eſa. 49. Chriſto olim Eſaias prædixerat. *Erunt reges nutritij*
Verſ. 23. *tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demiſſo adorabunt te, & pulucrem pedum tuorũ lingent.* Non igitur aſſertiones noſtrȩ repugnant verȩ, primæ Apoſtolorum doctrinæ, neque ab eorum exemplis & ſcriptis receſſimus; neque denique in nos potes vſurpare ſententiam Tertulliani.

Secundò deberes probare Eccleſiam Romanam, ab Eccleſia Apoſtolorum corpore receſſiſſe.

Tertiò, quando receſſit. Quartò vbi erat Eccleſia Apoſtolorum, quando corpore ab ea Eccleſia Romana defecit. Eius caput in terris viſibile. Siquidem apud D. Cyprianum Epiſt. 15. lib. 3. qui fuerant à Nouato hæretico decepti, vnũ Epiſcopũ eſſe debere in Eccleſia Catholica agnoſcũt. *Nos errorem noſtrũ* (inquiũt) *confitemur, nos impoſturam paſſi ſumus, nos circumuẽti fuimus perfidia & loquacitate captioſa, vnum in Eccleſia Catholica Epiſcopum eſſe debere fatemur.* Hoc eniminter cætera negabat Nouatus. Ad hȩc quid oppones? Eccleſiam inuiſibilem eſſe? At effugium eſt, quod ſuo ſe mendacio detegit ac refutat. Cõſtat enim Eccleſia hominum & paſtorum viſibilium collectione, Sacramentis viſibilibus viſibili adminiſtratione. Conſtat Chriſtum pronũtiaſſe, eam futuram in terra ad finẽ vſq; mundi. Conſtat falſos prophetas eſſe viſibiles, ergo iſtis cõtrarios, veros prophetas. Conſtat Chriſtũ monuiſſe errãtem fratrem, nec corripi volẽtem, Eccleſiæ deferendũ. Quod ſi inuiſibilis eſſet Eccleſia, quo loci reperiri

riri

riri poſſet? Quid? more & balatronũ inſtar vociferandũ, aërem vociferationibus replendum, vt hoc modo prouocata, ex latebris & occulto aliquo loco reſponderet, & viſibilem ſeſe redderet? Quid hoc ludibrio inſanius? Ipſi qui ſic reſpondent, non poſſe ſe dicere vbinam eſſet, quia inuiſibilis ſit Eccleſia, non demonſtrant eam ſe non potuiſſe reperire, nec habere? Sed non ſtolida hæc reſponſio foret, ſi quis interrogatus vbinam terrarum exiſteret Polyander ſuperiore anno, vel hebdomada, reſponderet, tunc fuiſſe, nigrum vel album, magnum vel paruum, de qualitate reſpondens & quantitate, non autem de loco? At qui interrogati, vbinam erat Eccleſia Apoſtolorum, quando ſupponunt Eccleſiam Romanam ab ea defeciſſe, reſpondent inuiſibilem eo temporis fuiſſe non de loco, ſed de qualitate reſpondẽtes: quam ergo ſtolidè & bardè? Hęc igitur oppoſitio foret mendax & ſtolida. Quintò Eccleſiam Romanam, aliam eſſe à Catholica. Siquidem nomine Eccleſiæ Romanæ Eccleſia Catholica ſemper intellecta eſt, vt videre eſt Rom. 1. cap. Apud Tertull. lib. præſcript. cap. 30. & 36. D. Cyprianum Epiſtolis 52. & 55. ad Cornelium Papam. D. Hieron. Epiſt. 65. ad Pammachium contra errores Orig. cap. 3. Epiſt. 57. & 58. ad Damaſum D. Auguſt. Epiſt. 90. & 92. & contra fundamenti epiſt. Item de Origin. peccat. lib. 2. cap. 27. Apud D. Ireneum lib. 3. cap. 3. Apud Victorem Vticenſem lib. 1. de perſecutione Vuandalica. Adeò vt cùm addimus ad Eccleſiam Catholicam, Romanam, vnam & eamdẽ intelligimus, non particularem illam ciuitatis Romanæ. In quo

Digitized by Google

quo vel decipimini, vel auditores veſtros inſigni fraude & malitia fallitis. Dicim⁹ ergo, quòd quemadmodùm cùm vrbs Roma imperij ſedes erat, imperium vniuerſale vocabatur imperium Romanùm; ſic ab eo tempore, quo facta eſt ſedes principalis, caput & matrix totius Eccleſiæ vniuerſalis, iuſto titulo Eccleſia vocata eſt Romana. Qui titulus omni homini, qui rationi acquieſcere mauult, quàm ei reſiſtere, extra calumniam eſt. Ita D. Auguſtinus docuit lib. 2. de Orig. peccat. cap. 27.

Sextò probare vos ab hac non defeciſſe, ſed priores vos fuiſſe. Niſi enim hæc iſta oſtenderis, quod facies ad Kalendas Græcas, nonniſi ex mendacio & fraude dictum Tertulliani in nos vſurpare poteris. Quia autem verum eſt Eccleſiam Romanam, id eſt, Catholicam non poſſe ab Eccleſia Apoſtolorum recedere; eſt enim vna & eadem. Vnde nec tempus aſſignari, quando ab ea receſſerit, non vbi Eccleſia Apoſtolorum erat, quando ab ea receſſiſſe mentimini, ſed & negari non poſſit vos ab ea receſſiſſe. *Hinc iam deſtinari poteſtis hæretici, qui deſerto quod priùs apud eam eratis, id poſtea elegeritis, quod retro non eratis.*

3. Caluinum, Bezam, Bucerum, *non alia de cauſa ab Eccleſia Romana receſſiſſe, quàm quia noſtri Doctores ab Antiquitate Chriſti & Apoſtolorum deſciuerant.* Aſſertio eſt, vt dicitur, ſine ripa, ſine fundo

& *Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.*

Siquidem ratum perpetuò & à primo Eccleſiæ ſeculo fuit, eos ab vnitate veræ & primæ doctrinæ defeciſſe, qui ſe à corpore Romanę Eccleſiæ ſubduxiſſent. Non ergo iuſtè de vobis ita ſentiamus?

Quâ porrò viâ hoc mendacium confirmas? Imponere ſat eſt? Ecquis innocens erit?

Non aliter Geticæ, ſi fas eſt credere Phlegræ
Armatum immenſus Briareus ſtetit Aethera contra.

Oſtendam tamen, quamquam mihi negare ſufficeret, vera & quod dicitur, ipſi tactui peruia demonſtratione, ea denique breui, doctores noſtros non deſciuiſſe ab antiquitate Chriſti & Apoſtolorum; & proinde non ea de cauſa, Caluinum, Bezam, Bucerum ab Eccleſia Romana receſſiſſe.

Doctores noſtri auctoritate Chriſti Ioan. 3. Marc. 16. Sine baptiſmo neminem ſaluari poſſe docent. Caluinus, Beza, Bucerus cum Pelagianis hæreticis infantes ab vteris matrũ ſanctificatos volũt, decedẽtes ſine baptiſmo ſaluari mentiuntur. Hanc hæreſim, Chriſti & Apoſtolorum antiquitati contrariam propugnant, cum eiſdem Pelagianis ab Eccleſia receſſerunt.

Doctores noſtri iiſdem Chriſti auctoritatibus, D. Petri Act. 2. D. Pauli Galath. 3. docent baptiſmum gratiam conferre, peccatorum remiſſionem Caluinus, Beza, Bucerus, cum Euchitis, Maſſilianis, Enthuſiaſtis, nullam gratiam conferre autumnant; cum eis ab Eccleſia Romana abierunt.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Corinth. 11. docent Chriſtum corpus ſuum verè & realiter Apoſtolos dediſſe, conuertiſſe panis ſubſtantiam ac vini in ſubſtantiam carnis ſuę ac ſanguinis: Caluinus, Beza, Bucerus, cum Nouatiano & Berengario Chriſtum mentitum volunt; cum eiſdem Eccleſiam Romanam reliquerunt.

Guido Carmelita Epiſcop. Varpi.

Docto-

Digitized by Google

Alphonſus à Caſtro in verba Euchariſtia.

Doctores noſtri iiſdem auctoritatibus & teſtimonio Chriſti Ioan. 6. docent Chriſtum in Euchariſtia non ſolum realiter dare carnem & ſanguinem ſuum, verumetiam nobis bene & recte diſpoſitis gratiam conferre. Caluinus, Beza, Bucerus, cum Enthuſiaſtis, Maſſilianis Euchariſtiam nullius efficaciæ eſſe aſſerunt, e Romanenſi Eccleſia abierunt.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate Math. 19. Apoſtoli 1. Corinth. 7. matrimonium quo ad vinculum indiſſolubile eſſe docent; Caluinus, Beza, Bucerus, cum Montaniſtis ſolubile eſſe ad hominis liberum arbitrium defendunt, ab Eccleſia Romana cum iiſdem defecerunt.

Doctores noſtri auctoritate Chriſti Ioan. 10. Philippenſ. 2. Hebræ. 1. docent Chriſtum eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, æternitatis ac potentiæ cum Patre. Caluinus in c. 10. D. Ioan. cum Arianis hoc loco Patres in Arianos *abuſos fuiſſe* aſſerit. Hanc Chriſti auctoritatem Ioãnis 14. *Pater maior me eſt*, quam noſtri reſtringunt ad humanitatem, cum iiſdem Arianis ad vtramque naturam diuinam & humanam extendit Epiſtola ad Polonos pag. 941. Beza eum ſequutus Epiſt. Theolog. 14. laudat cum Arianis Staniſlaum Sarnicium, Chriſtum ratione officij ſecundùm diuinitatem minorem patre aſſerentem. Cum Arianis & Caluino ab Eccleſia Romana receſſit.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate Matth. 19. D. Pauli 1. Corinth. 7. cœlibatum matrimonio præferunt; Caluinus, Beza, Bucerus, cum Baſilide & Iouiniano, ab Eccleſia Romana deficientes, matrimonio tantùm æquant.

Doctores noſtri, Chriſti & Apoſtolorum infinitis

finitis propè teſtimonijs, quæ hoc loco repetere tædioſum eſſet, docent in homine liberum arbitrium remanſiſſe: Caluinus, Beza, Bucerus, cum Symone Mago, Cerdone, Marcione, Manicheis, Valentinianis, Seleucianis & alijs hæreticis, negant: ab Eccleſia Romana cum eis hanc hæſim propugnaturi receſſerunt.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate Matth. 16. & 18. Ioan. 21. D. Petrum cæteris fuiſſe præpoſitum, ſub Chriſto vnum in Eccleſia eſſe debere vicarium ac caput vniuerſale docent; Caluinus, Beza, Bucerus, cum Nouatianis negant: ab Eccleſia Romana ideo receſſerunt, & neſcioquam Anarchiam introduxerunt. Percurre Lector quæ cap. 2. retulimus, & in quibus oſtendimus Caluinum, Bezam, & reliquos huius ſacrilegæ conſpirationis duces, cum ſuperiorum ſeculorum Hereticis conſpirare: ſtatue velut reliquas huius demonſtrationis probandas inſtantias, & manu tange, non Doctores noſtros ab Antiquitate Chriſti & Apoſtolorum receſſiſſe; ſed Caluinum, ſed Bezam, ſed Bucerum, & ſimiles Hereſiarchas, vt hinc videas, eos deſtinari poſſe & deberi *hæreticos, qui relicto quod prius fuerāt in Eccleſia Romanẽſi, poſtea ſibi elegerũt, quæ retrò non erant.*

D. Cyprianus Epiſt. 46. 52. & 55.

4. Cæterùm quæ ex Tertulliano Apologet. cap. 6. in nos vſurpas, & quæ ille in Ethnicos & paganos; ſcilicet roſæ illæ ſunt, quas non ſine magna ignominia, toti orbi Chriſtiano inſpergis. *Sic facitis filiabus Iſrael.* Sic quod de Idolis ſcripturæ, quæ de eiſdem Orthodoxi patres intelligunt, ad ſacras imagines adultero ſenſu contumelioſè refertis. Sic hoc loco, quod Ethnicis & Gentibus Tertullianus applicat, tu contra il-

Digitized by Google

lius mentem, Christianæ Reipublicæ adfingis. Sic nimirum tuis

——— *Talis ſeſe halitus atris Faucibus effundit.*

Hoc ſputum verò quod à Gentibus & paganis ad nos transferre iniquo animo, à mendacio ſtans, contra verum, placuit, reſorbe. Quæ enim vobis hæreticis religio? *Hæreſis non religio eſt, ſed ſuperſtitio*. Ecquæ apud vos maioribus debita veneratio? Chriſto, Apoſtolis, Patribus parcitis? Repete Lector, quæ cap. 5. adduximus; conuitia, quæ in Chriſtum, Apoſtolos & Euangeliſtas euomunt. Iſtis adiunge, quæ in D. Hieronymum in Scuto fidei Dialogo 6. 7. & 8. in quo Miniſtri eum vocant *hominem inconſtantem, furioſum, rapidum, mente captum, ſibi repugnantem, ſacræ Scripturæ euerſorem, ſtultis nitentem atque infelices, & fanaticas adſerere nugas, impium, falſum Chriſtianum, Idololatriæ doctorem, minimè ſanctum, æquè damnatum atque diabolum*. Nempe poſt Caluinum ſuum anteſignanũ, qui in 19. Matth. & annotat. in 23. act. vult *eum ductum fuiſſe in ſcriptis ſuis maligno & peruerſo ſpiritu. Hominem obtrectatorem, maledicum, ſeditioſum, blaſphemum, Apoſtolis iniurium, & impietate plenum*. Adiunge quæ in D. Auguſtinum. Nam Comment. in 1. D. Ioan. verſ. 6. 11. & in 3. v. 15. 20. & l. 3. Inſtitut. c. 20. §. 20. Caluinus vocat eum *Theologaſtrum, nugaciſſimas blaterantem nugas, quòd* τὸν λόγον, *latinè reddiderit verbum*. Pia eius & erudita commentaria, *falſa, profana, abſurda, pluſquam anilia deliramenta, efficta fabularum ſomnia, allegorias pueriles & frigidas, hominem in omni doctrina varium, inconſtantem, quem decrepitæ vetulæ deſideria emoueant*. Adiunge quæ in D. Ambroſium, quem in fidei ſuæ Scuto Miniſtri Gene-

D. Auguſtin. lib. 2. contra Gauden. Num. 15.

Digitized by Google

Geneuenſes, *diabolica illuſum malitiâ* dicunt. Quæ in D. Epiphanium, Cyprianum, Damaſcenum, quos in eodem ſcuto dialog. 11. *Dementes, impuros, inanes, ſtolidos, inſulſos acclamãt, indignos quibus fides adhibeatur, ſolitos ſcripturarum corticem delingere, ſacras paginas deprauare, deſipere, delirare, ineptire*. Quæ in D. Gregorium Nazianzenum Dialog. 8. eiuſdem Scuti, vbi *perpetuum Dei inimici defenſorem, ignorantem, quæ propria manu conſignaſſet*, non verentur aſſerere. Quę in D. Ireneum Dialogo eodem. *Numquam* (inquiunt) *ſacras perlegit ſcripturas, nec intellexit Apoſtolorum ſymbolum; ſed & in Chriſtum multa protulit peſtifera, nefaria, & ab omnibus reijcienda, multa temerè commutauit, & à vera Apoſtolicaq; doctrina turpiſſimè deflexit*. Quæ in D. Dyoniſiũ Areopagitam Dialog. 11. *In effingendis* (aiunt) *mendacijs, & vanis ſomniorum portentis, audax & inſolẽs fuit*. Quæ Caluinus in cap. 6. Geneſ. verſ. 13. in 7. verſ. 6. in 9. verſ. 20. in Patriarcham Noe. *Neceſſe erat* (ait) *vt deſperatione confuſus ſalutem ſuam in arcam includeret. Omni conſilio deſtitutus in eam ſe incluſit. In turpem ac pudendum modum ſui oblitus incidit. Fœdam mentis alienationem contraxit. Deus æternam probri maculam ei inuſſit. Non ſatis modeſtè grauiterque ſe geſſit, cùm diras maledictiones in irriſorem filium velut fulmen iaculatus eſt. Nec Moyſes recitare ſuſtinuit, quas contumelias ira & atra bile percitus in eum deſpumarit*. Quę in Abraham & Saram in cap. 2. Geneſ. verſ. 11. *mendaces, peruerſi, fallaces, ſtulti, ſimulati, ingrati, crudeles, Sophiſtæ adulteri, Leones, Idololatræ fuerunt, infideles Deo, contra naturam peccarunt*. Quæ in eoſdem in cap. 16. Geneſ. verſ. 1. 3. 5. 6. Quæ in eoſdem in cap. 20. Geneſ. v. 2. & 15. In c. 8. ad Rom. v. 35. In c. 2. Exod. v. 16. In c. 14. Gen. v. 18. In c. 16. v. 1. 2. 3. In c. 18. v. 12. & 13. In c.

Digitized by Google

20. verſ.2. Quæ in Iſaac & Rebeccam in cap. 26. Geneſ ver. 7. 8. 10. in cap. 27. verſu 4. & 5. Quæ in Iacob, Liam & Rachelem in cap. 27. Geneſ. verſ. 11. 13. 14. 19. In cap. 29. Geneſ. verſ. 27. In cap. Geneſ. 30. verſ. 1. 2. & 3. Quæ qui legit, non poſſunt non tinnire ambæ eius aures. En debitam ſcilicet maioribus venerationem. Quia orthodoxi patres numquam ſecundùm tabulas errorum veſtrorum, ſed veritates pronuntiant; hæc quanto cōtemptu à vobis excipiūtur? Eorum dicta, ſententiæ, hominum ſunt dicta ac ſententiæ, qui errare potuerint, quibus credere non tenemini. Eorum traditiones hominum ſunt inſtituta de ſacrilega mente inuenta. Verùm ſic *ſtultus irridet diſciplinā Patris ſui*. Et vbi apud vos in victu & habitu cum patribus communicatio? Illi auſteritate vitæ ac habitus floruerunt. Auſteritas vitæ ac habitus nō exulat à Caluiniana ſecta? Quam enim carnis mortificationem amplectitur, quę omnem pœnitentiam repudiauit? *Flens dico Chriſti crucis inimicam, cui Deus venter eſt.* Eumdem Apoſtolum lego monentem, *Semper mortificationem Chriſti in corporibus noſtris circumferamus, vt & vita Chriſti appareat in corporibus noſtris.* Eam non ablegaſtis?

Prouerb. 15.

Philippenſ. 3. 2. Cor. 4.

Non igitur vos qui omne iugum Chriſtianæ pietatis ac legis excuſſiſtis à ceruicibus veſtris, qui ieiunia Chriſtianæ auſteritatis, id eſt, omnes caſtigandæ carnis mortificationes, conſcientiarum Tyrannidem, impoſſibilem, ſuperfluam, non neceſſariam oneris impoſitionem eſſe conclamatis, *veſtro hoc ſermone proauis non renunciaſtis?* Fieretis, vt qui

Propoſitis frænis ſæpe repugnat equus?

CAP.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Caluinus, Beza, Bucerus, Caluiniani, cum ſuperioribus ſuperiorum temporum Hæreticis, Deum mali auctorem adſtruunt.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *QVartum flagitium eſt, quod ais Caluinum, Bezam, Bucerum impiam antiquorum hæreticorum doctrinam; nimirum, Simonis Magi, Cerdoniſtarum, Marcionitarum, Priſcillianiſtarum, Manicheorum, & Seleucianorum, qui Deum omnium ſcelerum auctorem eſſe affirmabant, in Deum rurſus euomuiſſe.* &c. 2. *Cur horum Theologorum verba non recitaſti? Ne ſcilicet, apertiſſimum tuum mendacium proderetur. Ex ipſis itaque locis, quos annotaſti, aliquot ſententias proferam, vt quàm falſa ſit iſta tua, nec cuiquam, niſi Monacho impudentiſſimo conueniens accuſatio, omnes perſpiciant.*

ANASTASIVS CARMELITA.

23. §. 1. Quid cenſes Anaſtaſi, non conuerſa numina vides?

Non magnum ſtridens contorta Phalarica venit
ſagitta & *It toto turbida cælo?*

Quid? hanc libet veritatis Clypeo excipere, & à mendacio contortam, in illud idem retorquere. Non enim orci galea iſtos ab hac in Deum blaſphemia Theomachos teget. Non ſi me *monachum impudentiſſimum* in campo ſuo iniuriarum velitans, Polyander ſcribat. Non ſi quaſdam eorum ſententias totis octo paginis recitet.

Atque vtinam mentitus eſſem, & numquam hanc in Deum blaſphemiam expuiſſent, numquam

Digitized by Google

quam eò impietatis veniſſent; cauſa mea caderem, vinceret Polyáder, illæſa maneret Dei omnipotentis innocẽtia. Verùm id fruſtrà optauero. Quid enim ex ſententijs, quas iſte Miniſter ex locis à me citatis repetit, colligis Lector? Has blaſphemias, quas quo potero conciſiùs, ne tibi nauſeam pariant, complectar.

1. *Nihil fieri ſine Dei voluntate, eamque eſſe rerum omnium iuſtiſsimam cauſam.*

2. *Id quod fit contra eius voluntatem, non fieri ſine eiuſdem voluntate.*

3. *Non ſolùm permittere, ſed etiam peccata fieri velle.* Non enim (ait) ſinit nolens, ſed volens.

4. *Ea velle voluntate*, à qua non ſit ſeparanda potentia, id eſt, *efficaci Dei voluntate.*

5. *Deum impiorum opera non tantùm gubernare, dirigere, ſed etiam eorum conſilia & affectus.*

6. *Non tamen non iuſtè damnari, qui iſti Dei voluntati obtemperant, & eam faciunt in ijs quæ decreuit.*

7. *Abſalon vxores patris non conſtupraſſe; Semei Dauidi non maledixiſſe, quàm Dei decreto. Abſalonem, Semei in eiuſmodi factis Dei voluntati obtemperaſſe, eius voluntatem impleuiſſe.*

8. *Deum non ſolùm vniuerſaliter, ſed etiam particulariter mouere, efficaciam quiduis agendi tribuere: vt idem facinus ac flagitium Deo, Satanæ, homini affingi debeat.*

9. *Sententiæ D. Iacobi, quæ dicit tentationes internas nihil aliud eſſe, quàm inordinatos appetitus, qui nos ad peccandum incitant: illorum auctorem Deum eſſe negat, quoniam ex noſtræ carnis corruptione proficiſcantur, & hac de cauſa idem D. Iacobus nos ad proprij reatus confeſsionem vocat: ne Deum ſubſtituamus noſtro loco, ac ſi nos ipſe ad peccandum impelleret, doctrina ſacræ ſcripturæ aduerſari, quæ homines tradit excæcari à Deo, conijci in ſenſum repro-*

bum

bum, &c. niſi verò inductus fuerit. D. Iacobus, & negaret à Deo nos tentari, quia impij ad captandum colorem, ſcripturæ teſtimonijs ſe armant.

10. *Deum tamen non eſſe auctorem peccati, quia peccatis non delectetur, velle D. Iacobum.*

11. *Conſpirare Caluinum cum Symone Mago, niſi quòd ea ſit differentia inter opus Dei & impij* (inquit Caluinus) *quòd impius auaritia, ambitione, inuidia, crudelitate incitetur ad ſuum facinus, nec alium finem ſpectet: Deus autem ſolam iuſtitiam. Atque à fine & intentione, operis æſtimanda ſit bonitas, vel malitia operis.*

12. *Bezam, Bucerum, Caluino in his aſſentiri.*

Iudica nunc Lector, an mentitus ſim; an tacuerim verba iſtorum, *ne apertiſſimum meum mendacium proderetur*, quemadmodum in me iniurius, calumniatur Polyãder. Iudica an non ſatius fuiſſet huic miniſtro, tam graueolentes fœtores blaſphemiarum in Deum mecum reticuiſſe, quàm eos toties mouere. Iudica, quàm firmo ſcilicet præſidio Caluinum, Bezam, Bucerum, à ſuſpicione tanti ſceleris ac blaſphemiæ in Deum, voluerit tutatos ac vendicatos. Ad hoc inſtitutum, an vllum.

——— Formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri?

Atque ex tam bene olentibus (ſi dijs placet) violis coronam mecum compone,

Et mecum plenos flore referto ſinus.

Siquidem, ſi vniuerſa quæ hîc referuntur, de Deo verè prædicantur, nihil fiat ſine Dei voluntate, mala autẽ fieri cõtingat, nonne auctor mali conſtituitur? Cùm quidquid contra eius volũtatem fit, non poſſit nõ eſſe peccatũ; non fiat autẽ ſine

Digitized by Google

eiuſdem voluntate, nonne auctor peccati adſeritur? Et cùm velint non ſolum permittere peccata fieri, verumetiam velle: Velle rurſus nō alia quàm efficaci voluntate; quis non videt in Deo malam eſſe voluntatem, Deum auctorem peccati? Quòd ſi non tantùm gubernat & dirigit impiorum opera, ſed etiam eorum conſilia, affectus; quis idem inde non concludat? Quod ſi damnat eos qui hinc ſuæ voluntati obtemperant, eamque implent, quis dixerit iuſtè & meritò? Eſt aliquis qui poſſit efficaci Dei voluntati reſiſtere? Negat ſcriptura ſacra Geneſ. 50. Heſter 13. Rom. 9. Non igitur immeritò eos damnare, qui ſuæ voluntati, cui non poſſunt, nec debent reſiſtere, obediunt? Abſalon vxores patris conſtuprando, Semei ei maledicendo non peccauerunt? At ſi Dei imperio & decreto fecerint, non eiuſdem voluntate peccarunt? hoc ſi ſtatuitur, non etiam Deus auctor peccati eorum? Si obtemperarunt & eius voluntatem fecerunt, non immunes à peccato recedunt & Deus peccati accuſatur?

Recordor hîc eius colloquij, quod interceſſit inter Saldruchium & Caluinum. Venerat Saldruchius, aliàs Carolus Moſinęus Geneuam Caluinum videndi cauſa. Ei ingreſſo occurrit quædam muliercula gemebunda. Sciſcitatur ab ea cauſam triſtitiæ. En redeo (inquit illa) è concione in qua miniſter docuit D. Petrum à Deo fuiſſe impulſum vt Chriſtum negaret: Iudam vt eumdem traderet, nec potuiſſe illos aliter facere: Hanc in Deum blaſphemiam quis lachrymis non proſequatur? Hanc quibus poteſt bonis verbis ſolatur, qua relicta, venit in domum Caluini.

Poſt

Digitized by Google

Poſt ſolitam ſalutationem, quid ſibi cum muliercula illa accidiſſet, narrat. Interrogat num verè, & ex rei veritate Miniſter ille cōcionatus fuiſſet. Reſpondet Caluinus. Verè, & ex rei veritate; quia æternum fuiſſet decretum. Subiungit Saldruchius. En veni huc tui videndi deſiderio: non potui non venire? Non potuiſti, ſubdit Caluinus. Erat in loco ſcamnum cui inerat parua concauitas ad modum foraminis, oppleta ſordibus: purgat ac abſtergit Saldruchius. Sciſcitatur antequam purgaſſet liberum ipſi fuiſſet purgare nec ne? Non liberum fuit, inquit Caluinus. Et hoc mirum, ait Saldruchius. Illo die copioſus erat imber, redibat Ancilla Caluini, horto collectum herbas pulmentarias, accincta, vt fieri aſſolet, ne luteret. Occaſione oblata rurſus Saldruchius quærit. Obſecro Domine Caluine, non potuit hæc ancilla non luto infici? Neque iſtud tandem, ait Caluinus. Subinfert exclamans Saldruchius: ô ſtultam ergo & inſipientem Ancillam, quæ ſeſe accinxit ne ſorderet, cùm ſordere non potuerit. Et ita ſolutum colloquium. Vt velit Caluinus Deum non ſolùm omnia præſciuiſſe, verùm etiam voluiſſe, decreuiſſe. Decretum diuinum impellere homines ad peccandum, ac expuit Catholicorum ſententiam de ſimplici Dei præſcientia. Ita enim in Harmonia ſua, ad hęc D. Ioannis Euangeliſtæ, *Filius quidem hominis vadit ſicut definitum eſt de eo. Sunt* (inquit) *qui vtuntur hîc dictione præſcientiæ, vbi decretum Dei & ordinatio exprimitur: quaſi Deus à longè tantùm futura perſpiceret, & non ea per ſeipſum ex ſententia diſponeret. Verùm Spiritus ſanctus hunc nodum longè aliter diſſoluit. Nam quòd Chriſtus traditus eſt, non tan-*

Digitized by Google

fœdiore impietate in eius diuinitatem innocentiſſimam incurrere? Non ipſe Vincentius apud Proſperum Aquitanicum; non ipſi Gentiles Pagani apud Euſebium lib. 6. de præp. Euangel. cap. 9. *Deteſtanda* (ait Proſper Aquitanicus, vel D. Auguſtinus, vt quidam volunt Reſponſ. 10. & 11.) *& abominanda opinio, quæ Deum cuiuſquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit auctorem: cuius prædeſtinatio numquam extra bonitatem, numquam extra iuſtitiam. Adulteria enim maritatarum, corruptelas virginum non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare; nec diſponere, ſed punire. Quæ enim inſipientia, quáue dementia definitur ad Dei referendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in totum adſcribi poteſt? qui in peccantium flagitijs illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus eſt eſſe generator? Nihil ergo talium negotiorum Deus, vt fieret, prædeſtinauit. Nuſquam in ſcripturis legimus*, inquit D. Auguſt. lib. de ſpiritu & litera cap. 31. *Non eſt voluntas, niſi à Deo, & rectè non ſcriptum eſt, quia verum non eſt. Alioqui etiam peccatorũ, quod abſit, auctor eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab eo, quoniam mala voluntas iam ſola peccatum eſt, etiamſi effectus deſit.* Vnde idẽ D. Auguſt. ad Deum verba dirigens lib 12. confeſſ. cap. 11. *Hoc ſolùm à te non eſt, quod non eſt, motúſque voluntatis à te qui es, ad id quod minus eſt, quia talis motus, delictum atque peccatũ eſt.*

Cæterùm neque eos lauat ab hoc blaſphemiæ ſcelere, quòd dicunt à fine æſtimandam bonitatem vel malitiam actionis. 1. Quia volũt Deum velle malum, eius decreto mala fieri, conijcere in prauas voluntates ac cupiditates, & voluntates rationis compotes. 2. vnde nihil refert, quo fine & animo velit & faciat opus, cui neceſſariò eſt annexa malitia. Et quidem poteſt ab omni opere eſſentialiter non includente malitiam

Digitized by Google

ac deformitatem, hanc deformitatem tollere & auferre, & ita non eſſe mali auctor, neque etiam is, per quem tale opus complebit; ſed ſi velit, decernat, curet & imperet actum, cui eſſentialiter annexa eſt deformitas & malitia, vt Idololatriæ, Blaſphemiæ, Hæreſeos; aut etiam opus cui annexa eſt malitia & deformitas, licet non eſſentialiter, perinde eſt quo animo velit, decernat, curet & imperet fieri; ſic enim auctor mali conſtituitur. Nam vt non ſunt facienda bona vt inde eueniant mala; ita nec mala facienda vt inde eueniant bona. Et eo ipſo quo quis vult actum, cui eſt coniūcta neceſſariò malitia, atque hoc ipſum nouit, vultque fieri à volūtate rationis compote, vult omnia ad eum actum neceſſaria & omnia ex illo, ſine quibus eſſe nequit, reſultantantia; etiam ſi non per ſe & formaliter, ſed tantum implicitè & interpretatiuè intendat: Atque ita ſtatuitur auctor mali. Voluit enim fieri, curauit & imperauit cōmitti, id facinus, cuius eſſentiæ malum annexum erat. Quid quod ſi quia Deus bonum finem intenderet, nec niſi hunc prætendere poteſt, auctor mali non eſſet cenſendus, quamquam illud fieri vellet, curaret, imperaret; vires, potētiam, efficaciam implendi daret, cui neceſſariò adiuncta & ſocia eſt malitia, neque etiam homo eiuſdem illius mali auctor: quia homo non intendit per ſe & ſimpliciter malum, vellet enim non eſſe malum, malitiam odit nec vult, tantùm honorem, opes, voluptatem: quare tantùm implicitè & interpretatiuè. Verumtamen cenſetur auctor mali, quia velit actum, cui neceſſariò annexa eſt malitia. Vnde ipſi improperatur apud diuinum ac regium Vatem:

Digitized by Google

quo vel decipimini, vel auditores veſtros inſigni fraude & malitia fallitis. Dicim⁹ ergo, quòd quemadmodum cùm vrbs Roma imperij ſedes erat, imperium vniuerſale vocabatur imperium Romanùm; ſic ab eo tempore, quo facta eſt ſedes principalis, caput & matrix totius Eccleſiæ vniuerſalis, iuſto titulo Eccleſia vocata eſt Romana. Qui titulus omni homini, qui rationi acquieſcere mauult, quàm ei reſiſtere, extra calumniam eſt. Ita D. Auguſtinus docuit lib. 2. de Orig. peccat. cap. 27.

Sextò probare vos ab hac non defeciſſe, ſed priores vos fuiſſe. Niſi enim hæc iſta oſtenderis, quod facies ad Kalendas Græcas, nonniſi ex mendacio & fraude dictum Tertulliani in nos vſurpare poteris. Quia autem verum eſt Eccleſiam Romanam, id eſt, Catholicam non poſſe ab Eccleſia Apoſtolorum recedere; eſt enim vna & eadem. Vnde nec tempus aſſignari, quando ab ea receſſerit, non vbi Eccleſia Apoſtolorum erat, quando ab ea receſſiſſe mentimini, ſed & negari non poſſit vos ab ea receſſiſſe. *Hinciam deſtinari poteſtis hæretici, qui deſerto quod priùs apud eam eratis, id poſtea elegeritis, quod retro non eratis.*

3. Caluinum, Bezam, Bucerum, *non alia de cauſa ab Eccleſia Romana receßiſſe, quàm quia noſtri Doctores ab Antiquitate Chriſti & Apoſtolorum deſciuerant.* Aſſertio eſt, vt dicitur, ſine ripa, ſine fundo

& *Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo.*

Siquidem ratum perpetuò & à primo Eccleſiæ ſeculo fuit, eos ab vnitate veræ & primæ doctrinæ defeciſſe, qui ſe à corpore Romanę Eccleſiæ ſubduxiſſent. Non ergo iuſtè de vobis ita ſentiamus?

Quâ

Digitized by Google

Quâ porrò viâ hoc mendacium confirmas? Imponere ſat eſt? Ecquis innocens erit?

Non aliter Geticæ, ſi fas eſt credere Phlegræ
Armatum immenſus Briareus ſtetit Aethera contra.

Oſtendam tamen, quamquam mihi negare ſufficeret, vera & quod dicitur, ipſi tactui peruia demonſtratione, ea denique breui, doctores noſtros non deſciuiſſe ab antiquitate Chriſti & Apoſtolorum; & proinde non ea de cauſa, Caluinum, Bezam, Bucerum ab Eccleſia Romana receſſiſſe.

Doctores noſtri auctoritate Chriſti Ioan. 3. Marc. 16. Sine baptiſmo neminem ſaluari poſſe docent. Caluinus, Beza, Bucerus cum Pelagianis hæreticis infantes ab vteris matrũ ſanctificatos volũt, decedẽtes ſine baptiſmo ſaluari mentiuntur. Hanc hæreſim, Chriſti & Apoſtolorum antiquitati contrariam propugnant, cum eiſdem Pelagianis ab Eccleſia receſſerunt.

Doctores noſtri ijſdem Chriſti auctoritatibus, D. Petri Act. 2. D. Pauli Galath. 3. docent baptiſmum gratiam conferre, peccatorum remiſsionem Caluinus, Beza, Bucerus, cum Euchitis, Maſsilianis, Enthuſiaſtis, nullam gratiam conferre autumnant; cum eis ab Eccleſia Romana abierunt.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Corinth. 11. docent Chriſtum corpus ſuum verè & realiter Apoſtolos dediſſe, conuertiſſe panis ſubſtantiam ac vini in ſubſtantiam carnis ſuę ac ſanguinis: Caluinus, Beza, Bucerus, cum Nouatiano & Berengario Chriſtum mentitum volunt; cum eiſdem Eccleſiam Romanam reliquerunt. Guido Carmelita Epiſcop. Barpi.

Docto-

Alphonſus à Caſtro in verba Euchariſtia.

Doctores noſtri iiſdem auctoritatibus & teſtimonio Chriſti Ioan. 6. docent Chriſtum in Euchariſtia non ſolùm realiter dare carnem & ſanguinem ſuum, verumetiam nobis bene & recte diſpoſitis gratiam conferre. Caluinus, Beza, Bucerus, cum Enthuſiaſtis, Maſſilianis Euchariſtiam nullius efficaciæ eſſe aſſerunt, e Romanenſi Eccleſia abierunt.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate Math. 19. Apoſtoli 1. Corinth. 7. matrimonium quo ad vinculum indiſſolubile eſſe docent; Caluinus, Beza, Bucerus, cum Montaniſtis ſolubile eſſe ad hominis liberum arbitrium defendunt, ab Eccleſia Romana cum iiſdem defecerunt.

Doctores noſtri auctoritate Chriſti Ioan 10. Philippenſ. 2. Hebræ. 1. docent Chriſtum eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, æternitatis ac potentiæ cum Patre. Caluinus in c. 10. D. Ioan. cum Arianis hoc loco Patres in Arianos *abuſos fuiſſe* aſſerit. Hanc Chriſti auctoritatem Ioãnis 14. *Pater maior me eſt*, quam noſtri reſtringunt ad humanitatem, cum iiſdem Arianis ad vtramque naturam diuinam & humanam extendit Epiſtola ad Polonos pag. 941. Beza eum ſequutus Epiſt. Theolog. 14. laudat cum Arianis Staniſlaum Sarnicium, Chriſtum ratione officij ſecundùm diuinitatem minorem patre aſſerentem. Cum Arianis & Caluino ab Eccleſia Romana receſſit.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate Matth. 19. D. Pauli 1. Corinth. 7. cœlibatum matrimonio præferunt; Caluinus, Beza, Bucerus, cum Baſilide & Iouiniano, ab Eccleſia Romana deficientes, matrimonio tantùm æquant.

Doctores noſtri, Chriſti & Apoſtolorum infinitis

finitis propè teſtimonijs, quæ hoc loco repetere tædioſum eſſet, docent in homine liberum arbitrium remanſiſſe: Caluinus, Beza, Bucerus, cum Symone Mago, Cerdone, Marcione, Manicheis, Valentinianis, Seleucianis & alijs hæreticis, negant: ab Eccleſia Romana cum eis hanc hæſim propugnaturi receſſerunt.

Doctores noſtri Chriſti auctoritate Matth. 16. & 18. Ioan. 21. D. Petrum cæteris fuiſſe præpoſitum, ſub Chriſto vnum in Eccleſia eſſe debere vicarium ac caput vniuerſale docent; Caluinus, Beza, Bucerus, cum Nouatianis negant: ab Eccleſia Romana ideo receſſerunt, & neſcio quam Anarchiam introduxerunt. Percurre Lector quæ cap. 2. retulimus, & in quibus oſtendimus Caluinum, Bezam, & reliquos huius ſacrilegæ conſpirationis duces, cum ſuperiorum ſeculorum Hereticis conſpirare: ſtatue velut reliquas huius demonſtrationis probandas inſtantias, & manu tange, non Doctores noſtros ab Antiquitate Chriſti & Apoſtolorum receſſiſſe; ſed Caluinum, ſed Bezam, ſed Bucerum, & ſimiles Hereſiarchas, vt hinc videas, eos deſtinari poſſe & deberi *hæreticos, qui relicto quod prius fuerãt in Eccleſia Romanẽſi, poſtea ſibi elegerũt, quæ retrò non erant.* D. Cyprianus Epiſt. 46. 52. & 55.

4. Cæterùm quæ ex Tertulliano Apologet. cap. 6. in nos vſurpas, & quæ ille in Ethnicos & paganos; ſcilicet roſæ illæ ſunt, quas non ſine magna ignominia, toti orbi Chriſtiano inſpergis. *Sic facitis filiabus Iſrael.* Sic quod de Idolis ſcripturæ, quæ de eiſdem Orthodoxi patres intelligunt, ad ſacras imagines adultero ſenſu contumelioſè refertis. Sic hoc loco, quod Ethnicis & Gentibus Tertullianus applicat, tu contra il-

Digitized by Google

lius mentem, Chriſtianæ Reipublicæ adfingis. Sic nimirum tuis

——— *Talis ſeſe halitus atris*
Faucibus effundit.

Hoc ſputum verò quod à Gentibus & paganis ad nos transferre iniquo animo, à mendacio ſtans, contra verum, placuit, reſorbe. Quæ enim vobis hæreticis religio? *Hæreſis non religio eſt, ſed ſuperſtitio*. Ecquæ apud vos maioribus debita veneratio? Chriſto, Apoſtolis, Patribus parcitis? Repete Lector, quæ cap. 5. adduximus; conuitia, quæ in Chriſtum, Apoſtolos & Euangeliſtas euomunt. Iſtis adiunge, quæ in D. Hieronymum in Scuto fidei Dialogo 6. 7. & 8. in quo Miniſtri eum vocant *hominem inconſtantem, furioſum, rapidum, mente captum, ſibi repugnantem, ſacræ Scripturæ euerſorem, ſtultis nitentem atque infelices, & fanaticas adſerere nugas, impium, falſum Chriſtianum, Idololatriæ doctorem, minimè ſanctum, æquè damnatum atque diabolum*. Nempe poſt Caluinum ſuum anteſignanũ, qui in 19. Matth. & annotat. in 23. act. vult *eum ductum fuiſſe in ſcriptis ſuis maligno & peruerſo ſpiritu. Hominem obtrectatorem, maledicum, ſeditioſum, blaſphemum, Apoſtolis iniurium, & impietate plenum*. Adiunge quæ in D. Auguſtinum. Nam Comment. in 1. D. Ioan. verſ. 6. 11. & in 3. v. 15. 20. & l. 3. Inſtitut. c. 20. § 20. Caluinus vocat eum *Theologaſtum, nugaciſſimas blaterantem nugas, quòd* τὸν λόγον, *latinè reddiderit verbum*. Pia eius & erudita commentaria, *falſa, profana, abſurda, pluſquam anilia deliramenta, efficta fabularum ſomnia, allegorias pueriles & frigidas, hominem in omni doctrina varium, inconſtantem, quem decrepita vetulæ deſideria emoueant*. Adiunge quæ in D. Ambroſium, quem in fidei ſuæ Scuto Miniſtri Gene-

D. Auguſtin. lib. 2. contra Gauden. Num. 15.

Digitized by Google

Geneuenſes, *diabolica illuſum malitiâ* dicunt. Quæ in D. Epiphanium, Cyprianum, Damaſcenum, quos in eodem ſcuto dialog. 11. *Dementes, impuros, inanes, ſtolidos, inſulſos acclamãt, indignos quibus fides adhibeatur, ſolitos ſcripturarum corticem delingere, ſacras paginas deprauare, deſipere, delirare, ineptire*. Quæ in D. Gregorium Nazianzenum Dialog. 8. eiuſdem Scuti, vbi *perpetuum Dei inimici defenſorem, ignorantem, quæ propria manu conſignaſſet*, non verentur aſſerere. Quę in D. Ireneum Dialogo eodem. *Numquam* (inquiunt) *ſacras perlegit ſcripturas, nec intellexit Apoſtolorum ſymbolum; ſed & in Chriſtum multa protulit peſtifera, nefaria, & ab omnibus reijcienda, multa temerè commutauit, & à vera Apoſtolicaq; doctrina turpiſſimè deflexit*. Quæ in D. Dyoniſiũ Areopagitam Dialog. 11. *In effingendis* (aiunt) *mendacijs, & vanis ſomniorum portentis, audax & inſolẽs fuit*. Quæ Caluinus in cap. 6. Geneſ. verſ. 13. in 7. verſ. 6. in 9. verſ. 20. in Patriarcham Noe. *Neceſſe erat* (ait) *vt deſperatione confuſus ſalutem ſuam in arcam includeret. Omni conſilio deſtitutus in eam ſe incluſit. In turpem ac pudendum modum ſui oblitus incidit. Fœdam mentis alienationem contraxit. Deus æternam probri maculam ei inuſſit. Non ſatis modeſtè grauiterque ſe geſſit, cùm diras maledictiones in irriſorem filium velut fulmen iaculatus eſt. Nec Moyſes recitare ſuſtinuit, quas contumelias ira & atra bile percitus in eum deſpumarit.* Quę in Abraham & Saram in cap. 2. Geneſ. verſ. 11. *mendaces, peruerſi, fallaces, ſtulti, ſimulati, ingrati, crudeles, Sophiſtæ adulteri, Leones, Idololatræ fuerunt, infideles Deo, contra naturam peccarunt*. Quæ in eoſdem in cap. 16. Geneſ. verſ. 1. 3. 5. 6. Quæ in eoſdem in cap. 20. Geneſ. v. 2. & 15. In c. 8. ad Rom. v. 35. In c. 2. Exod. v. 16. In c. 14. Gen. v. 18. In c. 16. v. 1. 2. 3. In c. 18. v. 12. & 13. In c.

Digitized by Google

20. verſ.2. Quæ in Iſaac & Rebeccam in cap. 26. Geneſ ver. 7. 8. 10. in cap. 27. verſu 4. & 5. Quæ in Iacob, Liam & Rachelem in cap. 27. Geneſ. verſ. 11. 13. 14. 19. In cap. 29. Geneſ. verſ. 27. In cap. Geneſ. 30. verſ. 1. 2. & 3. Quæ qui legit, non poſſunt non tinnire ambæ eius aures. En debitam ſcilicet maioribus venerationem. Quia orthodoxi patres numquam ſecundùm tabulas errorum veſtrorum, ſed veritates pronuntiant; hæc quanto cōtemptu à vobis excipiūtur? Eorum dicta, ſententiæ, hominum ſunt dicta ac ſententiæ, qui errare potuerint, quibus credere non tenemini. Eorum traditiones hominum ſunt inſtituta de ſacrilega mente inuenta. Verùm ſic *ſtultus irridet diſciplinā Patris ſui*. Et vbi apud vos in victu & habitu cum patribus communicatio? Illi auſteritate vitæ ac habitus floruerunt. Auſteritas vitæ ac habitus nō exulat à Caluiniana ſecta? Quam enim carnis mortificationem amplectitur, quę omnem pœnitentiam repudiauit? *Flens dico Chriſti crucis inimicam, cui Deus venter eſt.* Eumdem Apoſtolum lego monentem, *Semper mortificationem Chriſti in corporibus noſtris circumferamus, vt & vita Chriſti appareat in corporibus noſtris.* Eam non ablegaſtis?

Prouerb. 15.

Philippenſ. 3. 2. Cor. 4.

Non igitur vos qui omne iugum Chriſtianæ pietatis ac legis excuſſiſtis à ceruicibus veſtris, qui ieiunia Chriſtianæ auſteritatis, id eſt, omnes caſtigandæ carnis mortificationes, conſcientiarum Tyrannidem, impoſſibilem, ſuperfluam, non neceſſariam oneris impoſitionem eſſe conclamatis, *veſtro hoc ſermone proauis non renunciaſtis?* Fieretis, vt qui

Propoſitis frænis ſæpe repugnat equus?

CAP.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Caluinus, Beza, Bucerus, Caluiniani, cum ſuperioribus ſuperiorum temporum Hæreticis, Deum mali auctorem adſtruunt.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Qvartum flagitium eſt, quod ais Caluinum, Bezam, Bucerum impiam antiquorum hæreticorum doctrinam; nimirum, Simonis Magi, Cerdoniſtarum, Marcionitarum, Priſcilianiſtarum, Manicheorum, & Seleucianorum, qui Deum omnium ſcelerum auctorem eſſe affirmabant, in Deum rurſus euomuiſſe.* &c. 2. *Cur horum Theologorum verba non recitaſti? Ne ſcilicet, apertiſſimum tuum mendacium proderetur. Ex ipſis itaque locis, quos annotaſti, aliquot ſententias proferam, vt quàm falſa ſit iſta tua, nec cuiquam, niſi Monacho impudentiſſimo conueniens accuſatio, omnes perſpiciant.*

ANASTASIVS CARMELITA.

23. §. 1. Quid cenſes Anaſtaſi, non conuerſa numina vides?

Non magnum ſtridens contorta Phalarica venit ſagitta & *It toto turbida cælo?* Quid? hanc libet veritatis Clypeo excipere, & à mendacio contortam, in illud idem retorquere. Non enim orci galea iſtos ab hac in Deum blaſphemia Theomachos teget. Non ſi me *monachum impudentiſſimum* in campo ſuo iniuriarum velitans, Polyander ſcribat. Non ſi quaſdam eorum ſententias totis octo paginis recitet.

Atque vtinam mentitus eſſem, & numquam hanc in Deum blaſphemiam expuiſſent, num-

Digitized by Google

quam eò impietatis veniſſent; cauſa mea cade-rem, vinceret Polyāder, illæſa maneret Dei omnipotentis innocētia. Verùm id fruſtrà optauero. Quid enim ex ſententijs, quas iſte Miniſter ex locis à me citatis reperit, colligis Lector? Has blaſphemias, quas quo potero conciſiùs, ne tibi nauſeam pariant, complectar.

1. *Nihil fieri ſine Dei voluntate, eamque eſſe rerum omnium iuſtiſſimam cauſam.*

2. *Id quod fit contra eius voluntatem, non fieri ſine eiuſdem voluntate.*

3. *Non ſolùm permittere, ſed etiam peccata fieri velle.* Non enim (ait) ſinit nolens, ſed volens.

4. *Ea velle voluntate*, à qua non ſit ſeparanda potentia, id eſt, *efficaci Dei voluntate.*

5. *Deum impiorum opera non tantùm gubernare, dirigere, ſed etiam eorum conſilia & affectus.*

6. *Non tamen non iuſtè damnari, qui iſti Dei voluntati obtemperant, & eam faciunt in ijs quæ decreuit.*

7. *Abſalon vxores patris non conſtupraſſe; Semei Dauidi non maledixiſſe, quàm Dei decreto. Abſalonem, Semei in eiuſmodi factis Dei voluntati obtemperaſſe, eius voluntatem impleuiſſe.*

8. *Deum non ſolùm vniuerſaliter, ſed etiam particulariter mouere, efficaciam quiduis agendi tribuere: vt idem facinus ac flagitium Deo, Satanæ, homini affingi debeat.*

9. *Sententiæ D. Iacobi, quæ dicit tentationes internas nihil aliud eſſe, quàm inordinatos appetitus, qui nos ad peccandum incitant: illorum auctorem Deum eſſe negat, quoniam ex noſtræ carnis corruptione proficiſcantur, & hac de cauſa idem D. Iacobus nos ad proprij reatus confeſſionem vocat: ne Deum ſubſtituamus noſtro loco, ac ſi nos ipſe ad peccandum impelleret, doctrina ſacræ ſcripturæ aduerſari, quæ homines tradit excæcari à Deo, conijci in ſenſum reprobum*

Digitized by Google

bum, &c. *niſi verò inductus fuerit. D. Iacobus, & negaret à Deo nos tentari, quia impij ad captandum colorem, ſcripturæ teſtimonijs ſe armant.*

10. *Deum tamen non eſſe auctorem peccati, quia peccatis non delectetur, velle D. Iacobum.*

11. *Conſpirare Caluinum cum Symone Mago, niſi quòd ea ſit differentia inter opus Dei & impij* (inquit Caluinus) *quòd impius auaritia, ambitione, inuidia, crudelitate incitetur ad ſuum facinus, nec alium finem ſpectet: Deus autem ſolam iuſtitiam. Atque à fine & intentione, operis æſtimanda ſit bonitas, vel malitia operis.*

12. *Bezam, Bucerum, Caluino in his aſſentiri.*

Iudica nunc Lector, an mentitus ſim; an tacuerim verba iſtorum, *ne apertiſsimum meum mendacium proderetur*, quemadmodum in me iniurius, calumniatur Polyãder. Iudica an non ſatius fuiſſet huic miniſtro, tam graueolentes fœtores blaſphemiarum in Deum mecum reticuiſſe, quàm eos toties mouere. Iudica, quàm firmo ſcilicet præſidio Caluinum, Bezam, Bucerum, à ſuſpicione tanti ſceleris ac blaſphemiæ in Deum, voluerit tutatos ac vendicatos. Ad hoc inſtitutum, an vllum.

——— Formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri?

Atque ex tam bene olentibus (ſi dijs placet) violis coronam mecum compone,

Et mecum plenos flore referto ſinus.

Siquidem, ſi vniuerſa quæ hîc referuntur, de Deo verè prædicantur, nihil fiat ſine Dei voluntate, mala autẽ fieri cõtingat, nonne auctor mali conſtituitur? Cùm quidquid contra eius volũtatem fit, non poſſit nõ eſſe peccatũ; non fiat autẽ ſine

 eiuſ-

Digitized by Google

eiuſdem voluntate, nonne auctor peccati adſeritur? Et cùm velint non ſolùm permittere peccata fieri, verumetiam velle: Velle rurſus nõ alia quàm efficaci voluntate; quis non videt in Deo malam eſſe voluntatem, Deum auctorem peccati? Quòd ſi non tantùm gubernat & dirigit impiorum opera, ſed etiam eorum conſilia, affectus; quis idem inde non concludat? Quod ſi damnat eos qui hinc ſuæ voluntati obtemperant, eamque implent, quis dixerit iuſtè & meritò? Eſt aliquis qui poſſit efficaci Dei voluntati reſiſtere? Negat ſcriptura ſacra Geneſ. 50. Heſter 13. Rom. 9. Non igitur immeritò eos damnare, qui ſuæ voluntati, cui non poſſunt, nec debent reſiſtere, obediunt? Abſalon vxores patris conſtuprando, Semei ei maledicendo non peccauerunt? At ſi Dei imperio & decreto fecerint, non eiuſdem voluntate peccarunt? hoc ſi ſtatuitur, non etiam Deus auctor peccati eorum? Si obtemperarunt & eius voluntatem fecerunt, non immunes à peccato recedunt & Deus peccati accuſatur?

Recordor hîc eius colloquij, quod interceſſit inter Saldruchium & Caluinum. Venerat Saldruchius, aliàs Carolus Molinęus Geneuam Caluinum videndi cauſa. Ei ingreſſo occurrit quædam muliercula gemebunda. Sciſcitatur ab ea cauſam triſtitiæ. En redeo (inquit illa) è concione in qua miniſter docuit D. Petrum à Deo fuiſſe impulſum vt Chriſtum negaret: Iudam vt eumdem traderet, nec potuiſſe illos aliter facere: Hanc in Deum blaſphemiam quis lachrymis non proſequatur? Hanc quibus poteſt bonis verbis ſolatur, qua relicta, venit in domum Caluini.

Poſt

Digitized by Google

Poſt ſolitam ſalutationem, quid ſibi cum muliercula illa accidiſſet, narrat. Interrogat num verè, & ex rei veritate Miniſter ille cōcionatus fuiſſet. Reſpondet Caluinus. Verè, & ex rei veritate; quia æternum fuiſſet decretum. Subiungit Saldruchius. En veni huc tui videndi deſiderio: non potui non venire? Non potuiſti, ſubdit Caluinus. Erat in loco ſcamnum cui inerat parua concauitas ad modum foraminis, oppleta ſordibus: purgat ac abſtergit Saldruchius. Sciſcitatur antequam purgaſſet liberum ipſi fuiſſet purgare nec ne? Non liberum fuit, inquit Caluinus. Et hoc mirum, ait Saldruchius. Illo die copioſus erat imber, redibat Ancilla Caluini, ē horto collectum herbas pulmentarias, accincta, vt fieri aſſolet, ne luteret. Occaſione oblata rurſus Saldruchius quærit. Obſecro Domine Caluine, non potuit hæc ancilla non luto infici? Neque iſtud tandem, ait Caluinus. Subinfert exclamans Saldruchius: ô ſtultam ergo & inſipientem Ancillam, quæ ſeſe accinxit ne ſorderet, cùm ſordere non potuerit. Et ita ſolutum colloquium. Vt velit Caluinus Deum non ſolùm omnia præſciuiſſe, verùm etiam voluiſſe, decreuiſſe. Decretum diuinum impellere homines ad peccandum, ac expuit Catholicorum ſententiam de ſimplici Dei præſcientia. Ita enim in Harmonia ſua, ad hęc D. Ioannis Euangeliſtæ, *Filius quidem hominis vadit ſicut definitum eſt de eo. Sunt* (inquit) *qui vtuntur hîc dictione præſcientiæ, vbi decretum Dei & ordinatio exprimitur: quaſi Deus à longè tantùm futura perſpiceret, & non ea per ſeipſum ex ſententia diſponeret. Verùm Spiritus ſanctus hunc nodum longè aliter diſſoluit. Nam quòd Chriſtus traditus eſt, non tantùm*

tùm dixit ſic ſcriptum fuiſſe, ſed etiam determinatum ac definitum: Hinc manifeſtum eſt eos, qui ad ſimplicis praſcientiæ vocabulum refugiunt, nihil ad ſenſum facere, ſed ignaros, & perperam exercitatos fuiſſe. Et lib. 3. Inſtitut. cap. 23. §. 6. *Si hominum euenta Deus dumtaxat præuideret, non etiam diſponeret, & ſuo arbitrio ordinaret, non abs re ageretur quæſtio. Ecquid ad eam neceßitatem valeat prouidentia? ſed cùm non alia ratione præuideat quæ futura ſunt, niſi quia ita fieri decreuit; fruſtrà de præſcientia lis mouetur, vbi conſtat Dei ordinatione, & nutu eius potiùs omnia euenire.* Neque rurſus ſolùm Dei decretum, & determinationem neceſſitatis humanarum actionum cauſam facit, ſed etiam eius motionem efficacem, cui nemo reſiſtere queat. Motionem denuò non tantùm vniuerſalem, ſed etiam particularem, & quiduis agendi efficaciam, lib. 2. Inſtitut. cap. 4. §. 2. Vt ſic idem flagitiium Deo, ſatanæ & homini appingat, & Deum cum Symone Mago, & ſuperiorum ſeculorum hæreticis, auctorem mali non eſſe docet?

Aphoriſ. 6. Non etiam Beza? *Deus* (inquit) *ſine exceptione vlla boni aut mali, virtutis, aut vitij, omnia operatur: alioqui iuxta Epicurei errorem, in otio deliteſceret.* Non denique Bucerus? *Deus dat menti reproba* (ait in 1. ad Rom. p. 72.) *vt ita mereatur perdi. Et apparet cũ ſeducit & indurat, tradit in reprobũ ſenſum, eum immittere efficacem errorem, id facere non tantùm deſerendo ſed etiam animos hominũ, vt errori concedãt, inclinando. Inclinat enim hominũ animos, vt à concupiſcentijs vincãtur. In malas cupiditates pellicit prauis cupiditatibus ſimpliciter dat & peruerſis addicit deſiderijs; nã niſi fateamur eum omnia in omnibus efficere, Deũ eſſe negamus. Et in c. 9.* ieuſdẽ Ep. p. 454. *Indurati faciunt ea, quæ Deus ipſe vult fieri, imò quæ ipſe in eis facit, nec poſſunt aliud quàm perperã agere.* His ita aſſertis, Amabò Lector

ctor Chriſtiane, ſi quis cor tuum, quamquam corruptum, voluntatem tuam, licet vitiatam & deprauatam, tuos impios affectus, tua conſilia, dirigeret, conijceret in fœdas ac prauas cupiditates, his eam proſtitueret, eas imperaret, per te eas vellet fieri, tibi efficaciam præberet implendi, quia ſic impotens ac debilis eſſes vt aliàs implere haud valeres, imperaret implere; adeò vt eius voluntati & decreto ne reſiſtere quidem poſſes, imperāti cedere ac obedire tenereris ſub pœna peccati; vtri veſtrûm criminis cōmiſſi culpam tribueres? Si ſuper commiſſo facinore illo impio, corā iudice ſiſtereris, ad eius tribunal protractus euidētiſſimis ac manifeſtiſſimis argumētis, quę ille nō poſſet non recipere, quorū probationi, nō poſſet nō acquieſcere, oſtēderes alterius te imperio, decreto, voluntate, poteſtate, efficaci motione, directione, coniectione, & cui obtēperare obligabaris, cuius voluntati, imperio determinationi, ne reſiſtere quid valebas, id te flagitium perpetraſſe; nō hūc iuſtiore ratione, quàm te ſupplicio dignum pronuntiaret? Quî ſic? Quoniam per te, licet volentem, illud perpetrari voluit, decreuit, mandauit, in hanc te cupiditatem prauam iniecit, vires, efficaciam, poteſtatem dedit, impotens enim eras perficiēdi, tuis conſilijs ac prauis affectib⁹ adfuit, eos gubernauit, debuiſti obedire, reſiſtere non potuiſti, ſi reſtitiſſes, peccaſſes. Vide mihi nūc, an nō Caluinus, Beza, Bucerus Deum auctorē flagitiorū ſtatuāt, quem ſic peccātibus adeſſe mentiūtur; ſi non cùm Symone Mago, Cerdoniſtis, Manicheis, & pretactis hæreticis in hac in Deum blaſphemia conſpirēt. Nū potuerūt plura in Deū euomere? maiore & fœdio-

fœdiore impietate in eius diuinitatem innocentiſſimam incurrere? Non ipſe Vincentius apud Proſperum Aquitanicum; non ipſi Gentiles Pagani apud Euſebium lib. 6. de præp. Euangel. cap. 9. *Deteſtanda* (ait Proſper Aquitanicus, vel D. Auguſtinus, vt quidam volunt Reſponſ. 10. & 11.) *& abominanda opinio, quæ Deum cuiuſquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit auctorem: cuius prædeſtinatio numquam extra bonitatem, numquam extra iuſtitiam. Adulteria enim maritatarum, corruptelas virginum non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare; nec diſponere, ſed punire. Quæ enim inſipientia, quáue dementia definitur ad Dei referendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in totum adſcribi poteſt? qui in peccantium flagitijs illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus eſt eſſe generator? Nihil ergo talium negotiorum Deus, vt fieret, prædeſtinauit. Nuſquam in ſcripturis legimus*, inquit D. Auguſt. lib. de ſpiritu & litera cap. 31. *Non eſt voluntas, niſi à Deo, & rectè non ſcriptum eſt, quia verum non eſt. Alioqui etiam peccatorũ, quod abſit, auctor eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab eo, quoniam mala voluntas iam ſola peccatum eſt, etiamſi effectus deſit.* Vnde idẽ D. Auguſt. ad Deum verba dirigens lib 12. confeſſ. cap. 11. *Hoc ſolùm à te non eſt, quod non eſt, motúſque voluntatis à te qui es, ad id quod minus eſt, quia talis motus, delictum atque peccatũ eſt.*

Cæterùm neque eos lauat ab hoc blaſphemiæ ſcelere, quòd dicunt à fine æſtimandam bonitatem vel malitiam actionis. 1. Quia volũt Deum velle malum, eius decreto mala fieri, conijcere in prauas voluntates ac cupiditates, & voluntates rationis compotes. 2. vnde nihil refert, quo fine & animo velit & faciat opus, cui neceſſariò eſt annexa malitia. Et quidem poteſt ab omni opere eſſentialiter non includente malitiam

ac

ac deformitatem, hanc deformitatem tollere & auferre, & ita non eſſe mali auctor, neque etiam is, per quem tale opus complebit; ſed ſi velit, decernat, curet & imperet actum, cui eſſentialiter annexa eſt deformitas & malitia, vt Idololatriæ, Blaſphemiæ, Hæreſeos; aut etiam opus cui annexa eſt malitia & deformitas, licet non eſſentialiter, perinde eſt quo animo velit, decernat, curet & imperet fieri; ſic enim auctor mali conſtituitur. Nam vt non ſunt facienda bona vt inde eueniant mala: ita nec mala facienda vt inde eueniant bona. Et eo ipſo quo quis vult actum, cui eſt coniūcta neceſſariò malitia, atque hoc ipſum nouit, vultque fieri à volūtate rationis compote, vult omnia ad eum actum neceſſaria & omnia ex illo, ſine quibus eſſe nequit, reſultantantia; etiam ſi non per ſe & formaliter, ſed tantum implicitè & interpretatiuè intendat: Atque ita ſtatuitur auctor mali. Voluit enim fieri, curauit & imperauit cōmitti, id facinus, cuius eſſentiæ malum annexum erat. Quid quod ſi quia Deus bonum finem intenderet, nec niſi hunc prætendere poteſt, auctor mali non eſſet cenſendus, quamquam illud fieri vellet, curaret, imperaret; vires, potētiam, efficaciam implendi daret, cui neceſſariò adiuncta & ſocia eſt malitia, neque etiam homo eiuſdem illius mali auctor: quia homo non intendit per ſe & ſimpliciter malum, vellet enim non eſſe malum, malitiam odit nec vult, tantùm honorem, opes, voluptatem: quare tantùm implicitè & interpretatiuè. Verumtamen cenſetur auctor mali, quia velit actum, cui neceſſariò annexa eſt malitia. Vnde ipſi improperatur apud diuinum ac regium Va-
tem:

Digitized by Google

ſe armant. Non mecum obſeruas D. Iacobum, licet dubitanter, à Caluino ſuſpectum fuiſſe officioſi mendacij? Non animaduertis Caluinum non ſic ſanctè ac veraciter de ſcripturis exiſtimare, vt velit eorum parte delectari per officioſa mendacia? Cor ſuum præferre veritati, expetere ſibi credi, id agere, vt diuinarum ſcripturarum auctoritati nõ credamus? Et cùm dubitet vtrùm D. Iacobus hac ratione inductus fuerit, an ex rei veritate, vt negaret à Deo nos tẽtari, id eſt Deum auctorem eſſe peccati; non cernis Caluinum eo loci, non expreſsè negare Deum eſſe mali auctorem? ſic mentitum Polyandrum? Cur ergo in margine id curauit adijci, niſi verò ex fraude, & vt legenti fucum ac colorem faceret? Tamquam dominus à Cœmeterio

Quæreret à ſæuis oſſa relicta lupis?

CAPVT X.

Et eius argumentum.

Caluinus, Beza duas in Chriſto perſonas adſtruunt: Caluinus animas annihilari dixit.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *AD quintum flagitium accedo, quo tuam potiùs conſcientiam, quàm indelebile Caluini, Bezæ nomen commaculas, quum contra notitiæ tuæ, & librorum, quos ediderunt teſtificationem affirmas eos Neſtorij hæreſim refricaſſe, qui duas perſonas in Chriſto ponebat, vnam diuinam, alteram mediatoris. lib. 1. Inſtitut. cap. 13. §. 3. 23. 24. Bezam in Opuſc. pag. 523. 638. 639. vbi* (inquis) *ſic ſcribit.* In Chriſto ſunt duæ vniones hypoſtaticæ: vna inter cor & animam: altera inter verbum

Digitized by Google

bum & hominem. *Si bona conſcientia mecum agere voluiſſes, nõne verba Caluini quæ ſilentio occultas, & Bezæ, quæ tua* περικοπῇ *& conciſa recitatione obnubilas, hîc ingenuè adſcripſiſſes? Sed bene habet, quòd has partes me peragere malueris, vt tuas fraudes omnibus patefaciam, ne quis in poſterum calumnijs tuis fidem habeat, ſed lucrum, quod Chryſoſtomus tibi tuiſque ſimilibus pollicetur, ex ijs facias,* Chryſoſt. in 21. Matthæi. *ſi, nimirum mendacia tua* non habent, quem decipiant, quòd ipſa ſibi mentientur, ſicut ait Pſaltes. *Mentita eſt iniquitas ſibi,* &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

24. §. 1. Nouum eſſet, ſi non perpetuò in ſolitum tuum ſtadium improperiorum diffflueres. In eo ſemper ita excellis, vt nemo non tibi brauium decernat. Eſto, per me licet. Si non placet Laurus

Sinciput hamatis tempora cinge rubis.

Contra notitiæ meæ aut librorum, quos illi ediderunt teſtificationem, nihil ſcripſi, non tædas, non fraudem, non calumnias prætendi, nihil ſilentio malo occultaui, obnubilaui. Qui noſtrûm iſta,

Sanguineas edat ille dapes atque ore cruento
Triſtia cùm multo pocula felle bibat.

Verùm quod Caluinianis Miniſtris familiare ac ſolemne eſt, mihi liberaliter imponere voluiſti.

Cõciſa quidem recitatione viſus ſum, ne chartam tot & talium impietatum attactu turparem, ne toties prælo committantur, quas cùm lego, æternùm ſepultas opto. Quàm autem bona fide, conciſis licet verbis, eorum verba retulerim ac ſententiam, quo potero, paucioribus oſtendam. Quod ad Caluinum ſpectat l. 1. Inſtitut. c. 13. citatis ſectionibus inſequitur quidem Neſtorium.

At verbis, non fide & ſenſu; atque in eius errorem grauiter labitur, duáſque perſonas in Chriſto cum Neſtorio ſtatuit, iſtis, quæ tu ex induſtria ſiluiſti. Scribit enim *primùm ſe velle de Chriſto diſſerere, quatenus eſt perſona diuina, nec ſe adhuc mediatoris perſonam attingere*. quid ſentis Lector? non obſeruas Caluinum de duabus perſonis velle loqui primùm de Chriſti perſona diuina, poſtea de mediatoris perſona, quam necdum attigit? *Nondum enim (inquit) nobis ſermo eſt de mediatoris perſona*. Ibidem ſic ſcribit. Chriſtus *non tantùm Dei filius eſt, quatenus ante ſecula à patre genitus fuit, æternus ſermo, ſed quia mediatoris perſonam & munus ſuſcepit*. Cum Neſtorio non ſtatuit in Chriſto duas perſonas? Vnam, quæ æternitate menſuratur; alteram, quę tempore? Perſonarum quarum vna æternitate, altera tempore menſuratur, nonne realis diſtinctio? & ſi filij Dei perſona ſtatuitur in tempore perſonam & munus mediatoris aſſumere; quis non videt perſonam aſſumentem, diſtingui; aliamque eſſe à ſuſcepta? Poteſt perſona, perſonam aſſumere, vt ibi duarum perſonarum non ſit ſermo? Aut poteſt eadem perſona ſeipſam aſſumere? Vna mens, duo in homine oculi adeò cæci vt id non videant? Non hîc repetam, quæ comment. Gallicis Geneuæ impreſſis 1553. pag. 109. Lin. 6. & 7. in 2. D. Ioan. habet: Nempe, hanc dicendi Phraſim. *Deſtruite templum hoc &c. ad tollendam in Ieſu Chriſto perſonarum vnitatem ineptè admodum vſurpari*. Quò loci, duas etiam ad minus perſonas in Chriſto conſtituit. Nam quemadmodum qui diceret naturarum vnitatem, plures naturas in vnum conuenientes afferet, ſic, qui perſonarum vnitatem, plures perſonas

Digitized by Google

ſonas adſtrueret. Non etiam hîc recenſebo quòd quoties perſonæ vocabulum definit, velit ſignificari, modò proprietatem aliquam reſidentem, modò naturam vel ſubſtãtiam. In Chriſto autem ſunt plures naturæ ac ſubſtantiæ, plures proprietates: non igitur in eo plures ſtatuit eſſe perſonas? *Sed quàm bene habuerit, quòd has partes, nimirum* ad longum recitandi verba Caluini *reliquerim* Polyãdro, diſpiciamus. Lubet omninò. Ita enim apparebit, quàm ſit ſtrenuus in defendendo ac tuendo honore Parentis ſui. Certè, & mihi crede, ſatius fuiſſet eius ſordes te tacuiſſe, quàm in medium protuliſſe. Quid ergo Caluinus? Obijcienti; *Si Chriſtus verè eſt filius Dei, abſurdum eſt cenſeri perſonæ filium. Ego vtrumque* (inquit) *verum eſſe reſpondeo.* Ecquæ iſta Theologia? abſurdum ne eſt cenſeri Chriſtum eſſe perſonæ filium, ſi verè filius Dei eſt? contra, non ideo verè filius Dei, quia filius patris? *Eſt* (inquit) *niſi habeamus rationem perſonæ, vt nomen Dei non ſimpliciter, ſed pro patre ſumatur.* At hoc rurſus haud verum. Nam ſi nomen Dei pro patre ſumatur, non pro diuina natura & eſſentia; cùm perſona patris non ſit communicabilis, certè non poterit Chriſtus eſſe filius Dei, non poterit eſſe Deus. Hanc autem poſteriorem impietatem adſtruit ſcribens. *Si aliũ Deum cenſeamus, quàm patrem, non obſcurè filium deijcitur ab hoc gradu.* Quid? ſolus pater Deus, nõ etiã filius, nõ Spiritus ſanctus? *Non abſurdum* (ait) *propter gradũ & ordinẽ.* At altera eſt impietas, gradũ ponere inter perſonas diuinas. Quis enim gradũ ponat inter eos qui eiuſdẽ ſunt ſubſtantię ac eſſentię, eiuſdẽ ac ęqualis potẽtię, & poteſtatis, eiuſdẽ æternitatis? At Pater, Filius, Spiritus ſanctus

 ſunt

Digitized by Google

ſunt vnius & eiuſdem eſſentię, vnius, eiuſdem & æqualis ſibi poteſtatis, potentiæ, eiuſdem æternitatis. Quanta ergo vel ignorantia vel impietas, gradus in diuinis ponere? Negare non potes hic Caluinum hoc facere. Quantus ergo Theologus & non potiùs Theomachus? Non Neſtorij, non Arrij hæreſes refricat?

Alibi porrò, nempe lib. 2. Inſtitut. cap. 14. §. 4. & 5. aliam ſententiam & contrariam ſententiæ Neſtorij induit. Addo & comment. in 1. 6. & 20. D. Ioannis, vbi in Chriſto vnam tantùm agnoſcit perſonam. At non loco à me citato. Semper enim de hæreticis hæc vera Tertulliani aſſertio. *Mentior ſi in ſuis regulis non varient, ac diſſideant.* Non hoc frequens Caluino? Non

Mille trahit varios aduerſo ſole colores?

Quod ad Bezam att net, malã, & impiam fidem, male is defenſum. Negare non potes vehemẽter Neſtorianæ hæreſeos accuſatum fuiſſe à Iacobo Andrea altero in Germania Miniſtro. Negare non potes, quòd purgare ſe coram eo non potuerit. Quando enim, vt ſe purget, ſic ſcribit. *Aliud eſt duas hypoſtaticas vniones, aliud duas hypoſtaſes ponere.* Amabò non nugatur? An non merum effugiũ?

Fuerunt, olim, qui quòd ignorarent habitudinem hypoſtaſis ad perſonam, plures in Chriſto ponerent hypoſtaſes, & vnam perſonam, plures hypoſtaticas vniones, & vnam tantùm perſonalem. Iſtos condemnauit Concilium quintum Conſtantinopolitanum.

Beza autem non diſtinguit hypoſtaſim à perſona, ſed hypoſtaſim pro perſona ſumit, hypoſtaticam vnionem pro perſonali, non vniri hypoſtaticè ab vniri perſonaliter. Vnde quis non videt

Digitized by Google

videt eum nugari, cùm dicit *aliud eſſe duas hypoſta-ticas vniones, aliud duas hypoſtaſes*, ſeu perſonas, *pone-re*? Poteſt coniugatorum vnum ab altero ſepa-rari? Poteſt aliquis alicubi perſonaliter exiſtere, & nō propriâ perſonâ? Erit Beza perſonaliter in inferno, non in propria perſona? Hypoſtaticè, & non in hypoſtaſi? Ad multiplicationē vnius con-iugatorum, non etiam eſt multiplicatio alterius? Vbi duæ erunt hypoſtaticæ vniones, non etiam ibi duæ hypoſtaſes? ſatis perſenſit, cùm rurſus ſcribit. *Quod ſi excipiat quiſpiam, ſic tamen videri Chri-ſtum ex duabus perſonis, non duabus naturis conſtitui. Reſpondeo, hoc quidem ex illo meo dicto non colligi. Ne-que enim quidquid hypoſtatica vnione coaluit, eſt tamen hypoſtaſis, niſi ſeorſim & per ſe ſubſiſtat, ſicut in reliquis humanæ naturæ indiuiduis euenit.* At hęc poſtrema re-ſponſio, aliud commentum eſt, aliæ nugæ, & ire de Caldaria ad Carbonariam. Quid ita? Quo-niam quoties veræ partes, ex quibus in humana natura coaleſcit perſona, in propria & ab alijs diſtincta vnione hypoſtatica ſeu perſonali, per-ſonaliter & hypoſtaticè vniuntur, eo ipſo, quòd ſic vniuntur, non poſſunt, non vniri in eo quod per ſe & ſeorſim exiſtit, non poſsūt, non attigiſ-ſe, id quod ad perfectā rationē & perfectū mo-dum ſubſiſtēdi ſpectat, nempe incōmunicabili-tatem, quæ perſonæ propria eſt. Et niſi iſta vnio hypoſtatica, ſeu perſonalis partiū, quæ veræ ſunt partes, ex quibus humana perſona coaleſcit, ab altera vnione hypoſtatica, ac ſuperioris, dignio-riſque generis præueniatur, neceſſe eſt ex-earum vnione, perſonam coaleſcere. Et quo-ties illa vnio ſic præuenitur ab hac altera, quæ eſt ſuperioris generis, non duæ ſunt vniones,

Digitized by Google

quam eò impietatis veniſſent; cauſa mea caderem, vinceret Polyāder, illæſa maneret Dei omnipotentis innocētia. Verùm id fruſtrà optauero. Quid enim ex ſententijs, quas iſte Miniſter ex locis à me citatis repetit, colligis Lector? Has blaſphemias, quas quo potero conciſiùs, ne tibi nauſeam pariant, complectar.

1. *Nihil fieri ſine Dei voluntate, eamque eſſe rerum omnium iuſtiſſimam cauſam.*

2. *Id quod fit contra eius voluntatem, non fieri ſine eiuſdem voluntate.*

3. *Non ſolùm permittere, ſed etiam peccata fieri velle.* Non enim (ait) ſinit nolens, ſed volens.

4. *Ea velle voluntate*, à qua non ſit ſeparanda potentia, id eſt, *efficaci Dei voluntate.*

5. *Deum impiorum opera non tantùm gubernare, dirigere, ſed etiam eorum conſilia & affectus.*

6. *Non tamen non iuſtè damnari, qui iſti Dei voluntati obtemperant, & eam faciunt in ijs quæ decreuit.*

7. *Abſalon vxores patris non conſtupraſſe; Semei Dauidi non maledixiſſe, quàm Dei decreto. Abſalonem, Semei in eiuſmodi factis Dei voluntati obtemperaſſe, eius voluntatem impleuiſſe.*

8. *Deum non ſolùm vniuerſaliter, ſed etiam particulariter mouere, efficaciam quiduis agendi tribuere: vt idem facinus ac flagitium Deo, Satanæ, homini aſſingi debeat.*

9. *Sententiæ D. Iacobi, quæ dicit tentationes internas nihil aliud eſſe, quàm inordinatos appetitus, qui nos ad peccandum incitant: illorum auctorem Deum eſſe negat, quoniam ex noſtræ carnis corruptione proficiſcantur, & hac de cauſa idem D. Iacobus nos ad proprij reatus confeſſionem vocat: ne Deum ſubſtituamus noſtro loco, ac ſi nos ipſe ad peccandum impelleret, doctrina ſacræ ſcripturæ aduerſari, quæ homines tradit excæcari à Deo, conijci in ſenſum reprobum

bum, &c. *niſi verò inductus fuerit. D. Iacobus, & negaret à Deo nos tentari, quia impij ad captandum colorem, ſcripturæ teſtimonijs ſe armant.*

10. *Deum tamen non eſſe auctorem peccati, quia peccatis non delectetur, velle D. Iacobum.*

11. *Conſpirare Caluinum cum Symone Mago, niſi quòd ea ſit differentia inter opus Dei & impij* (inquit Caluinus) *quòd impius auaritia, ambitione, inuidia, crudelitate incitetur ad ſuum facinus, nec alium finem ſpectet: Deus autem ſolam iuſtitiam. Atque à fine & intentione, operis æſtimanda ſit bonitas, vel malitia operis.*

12. *Bezam, Bucerum, Caluino in his aſſentiri.*

Iudica nunc Lector, an mentitus ſim; an tacuerim verba iſtorum, *ne apertiſſimum meum mendacium proderetur*, quemadmodum in me iniurius, calumniatur Polyãder. Iudica an non ſatius fuiſſet huic miniſtro, tam graueolentes fœtores blaſphemiarum in Deum mecum reticuiſſe, quàm eos toties mouere. Iudica, quàm firmo ſcilicet præſidio Caluinum, Bezam, Bucerum, à ſuſpicione tanti ſceleris ac blaſphemiæ in Deum, voluerit tutatos ac vendicatos. Ad hoc inſtitutum, an vllum.

—— Formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri?

Atque ex tam bene olentibus (ſi dijs placet) violis coronam mecum compone,

Et mecum plenos flore referto ſinus.

Siquidem, ſi vniuerſa quæ hîc referuntur, de Deo verè prædicantur, nihil fiat ſine Dei voluntate, mala autẽ fieri cõtingat, nonne auctor mali conſtituitur? Cùm quidquid contra eius volũtatem fit, non poſſit nõ eſſe peccatũ; non fiat autẽ ſine

 eiuſ-

Digitized by Google

eiuſdem voluntate, nonne auctor peccati aſſeritur? Et cùm velint non ſolùm permittere peccata fieri, verumetiam velle: Velle rurſus nō alia quàm efficaci voluntate; quis non videt in Deo malam eſſe voluntatem, Deum auctorem peccati? Quòd ſi non tantùm gubernat & dirigit impiorum opera, ſed etiam eorum conſilia, affectus; quis idem inde non concludat? Quod ſi damnat eos qui hinc ſuæ voluntati obtemperant, eamque implent, quis dixerit iuſtè & meritò? Eſt aliquis qui poſſit efficaci Dei voluntati reſiſtere? Negat ſcriptura ſacra Geneſ. 50. Heſter 13. Rom. 9. Non igitur immeritò eos damnare, qui ſuæ voluntati, cui non poſſunt, nec debent reſiſtere, obediunt? Abſalon vxores patris conſtuprando, Semei ei maledicendo non peccauerunt? At ſi Dei imperio & decreto fecerint, non eiuſdem voluntate peccarunt? hoc ſi ſtatuitur, non etiam Deus auctor peccati eorum? Si obtemperarunt & eius voluntatem fecerunt, non immunes à peccato recedunt & Deus peccati accuſatur?

Recordor hîc eius colloquij, quod interceſſit inter Saldruchium & Caluinum. Venerat Saldruchius, aliàs Carolus Moſinęus Geneuam Caluinum videndi cauſa. Ei ingreſſo occurrit quædam muliercula gemebunda. Sciſcitatur ab ea cauſam triſtitiæ. En redeo (inquit illa) è concione in qua miniſter docuit D. Petrum à Deo fuiſſe impulſum vt Chriſtum negaret: Iudam vt eumdem traderet, nec potuiſſe illos aliter facere: Hanc in Deum blaſphemiam quis lachrymis non proſequatur? Hanc quibus poteſt bonis verbis ſolatur, qua relicta, venit in domum Caluini.

Poſt

Poſt ſolitam ſalutationem, quid ſibi cum muliercula illa accidiſſet, narrat. Interrogat num verè, & ex rei veritate Miniſter ille cōcionatus fuiſſet. Reſpondet Caluinus. Verè, & ex rei veritate; quia æternum fuiſſet decretum. Subiungit Saldruchius. En veni huc tui videndi deſiderio: non potui non venire? Non potuiſti, ſubdit Caluinus. Erat in loco ſcamnum cui inerat parua concauitas ad modum foraminis, oppleta ſordibus: purgat ac abſtergit Saldruchius. Sciſcitatur antequam purgaſſet liberum ipſi fuiſſet purgare nec ne? Non liberum fuit, inquit Caluinus. Et hoc mirum, ait Saldruchius. Illo die copioſus erat imber, redibat Ancilla Caluini, ex horto collectum herbas pulmentarias, accincta, vt fieri aſſolet, ne luteret. Occaſione oblata rurſus Saldruchius quærit. Obſecro Domine Caluine, non potuit hæc ancilla non luto infici? Neque iſtud tandem, ait Caluinus. Subinfert exclamans Saldruchius: ô ſtultam ergo & inſipientem Ancillam, quæ ſeſe accinxit ne ſorderet, cùm ſordere non potuerit. Et ita ſolutum colloquium. Vt velit Caluinus Deum non ſolùm omnia præſciuiſſe, verùm etiam voluiſſe, decreuiſſe. Decretum diuinum impellere homines ad peccandum, ac expuit Catholicorum ſententiam de ſimplici Dei præſcientia. Ita enim in Harmonia ſua, ad hęc D. Ioannis Euangeliſtæ, *Filius quidem hominis vadit ſicut definitum eſt de eo. Sunt* (inquit) *qui vtuntur hîc dictione præſcientiæ, vbi decretum Dei & ordinatio exprimitur: quaſi Deus à longè tantùm futura perſpiceret, & non ea per ſeipſum ex ſententia diſponeret. Verùm Spiritus ſanctus hunc nodum longè aliter diſſoluit. Nam quòd Chriſtus traditus eſt, non tan-*

tùm dixit ſic ſcriptum fuiſſe, ſed etiam determinatum ac definitum: Hinc manifeſtum eſt eos, qui ad ſimplicis præſcientiæ vocabulum refugiunt, nihil ad ſenſum facere, ſed ignaros, & perperam exercitatos fuiſſe. Et lib. 3. Inſtitut. cap. 23. §. 6. *Si hominum euenta Deus duntaxat præuideret, non etiam diſponeret, & ſuo arbitrio ordinaret, non abs re ageretur quæſtio. Ecquid ad eam neceſſitatem valeat prouidentia? ſed cùm non alia ratione præuideat quæ futura ſunt, niſi quia ita fieri decreuit; fruſtrà de præſcientia lis mouetur, vbi conſtat Dei ordinatione, & nutu eius potiùs omnia euenire.* Neque rurſus ſolùm Dei decretum, & determinationem neceſſitatis humanarum actionum cauſam facit, ſed etiam eius motionem efficacem, cui nemo reſiſtere queat. Motionem denuò non tantùm vniuerſalem, ſed etiam particularem, & quiduis agendi efficaciam, lib. 2. Inſtitut. cap. 4. §. 2. Vt ſic idem flagitiium Deo, ſatanæ & homini appingat, & Deum cum Symone Mago, & ſuperiorum ſeculorum hæreticis, auctorem mali non eſſe docet?

Aphoriſ. 6. Non etiam Beza? *Deus* (inquit) *ſine exceptione vlla boni aut mali, virtutis, aut vitij, omnia operatur: alioqui iuxta Epicurei errorem, in otio deliteſceret.* Non denique Bucerus? *Deus dat menti reprobæ* (ait in 1. ad Rom. p. 72.) *vt ita mereatur perdi. Et apparet cũ ſeducit & indurat, tradit in reprobũ ſenſum, eum immittere efficacem errorem, id facere non tantùm deſerendo ſed etiam animos hominũ, vt errori concedãt, inclinando. Inclinat enim hominũ animos, vt à concupiſcentijs vincãtur. In malas cupiditates pellicit. prauis cupiditatibus ſimpliciter dat & peruerſis addicit deſiderijs; nã niſi fateamur eum omnia in omnibus efficere, Deũ eſſe negamus. Et in c. 9.* ieuſdẽ Ep. p. 454. *Indurati faciunt ea, quæ Deus ipſe vult fieri, imò quæ ipſe in eis facit, nec poſſunt aliud quàm perperã agere.* His ita aſſertis, Amabò Lector

ctor Chriſtiane, ſi quis cor tuum, quamquam corruptum, voluntatem tuam, licet vitiatam & deprauatam, tuos impios affectus, tua conſilia, dirigeret, conijceret in fœdas ac prauas cupiditates, his eam proſtitueret, eas imperaret, per te eas vellet fieri, tibi efficaciam præberet implendi, quia ſic impotens ac debilis eſſes vt alias implere haud valeres, imperaret implere; adeò vt eius voluntati & decreto ne reſiſtere quidem poſſes, imperāti cedere ac obedire tenereris ſub pœna peccati; vtri veſtrûm criminis cōmiſſi culpam tribueres? Si ſuper commiſſo facinore illo impio, corā iudice ſiſtereris, ad eius tribunal protractus euidētiſſimis ac manifeſtiſſimis argumētis, quę ille nō poſſet non recipere, quorū probationi, nō poſſet nō acquieſcere, oſtēderes alterius te imperio, decreto, voluntate, poteſtate, efficaci motione, directione, coniectione, & cui obtēperare obligabaris, cuius voluntati, imperio determinationi, ne reſiſtere quid valebas, id te flagitium perpetraſſe; nō hūc iuſtiore ratione, quàm te ſupplicio dignum pronuntiaret? Quî ſic? Quoniam per te, licet volentem, illud perpetrari voluit, decreuit, mandauit, in hanc te cupiditatem prauam iniecit, vires, efficaciam, poteſtatem dedit, impotens enim eras perficiēdi, tuis conſilijs ac prauis affectib⁹ adfuit, eos gubernauit, debuiſti obedire, reſiſtere non potuiſti, ſi reſtitiſſes, peccaſſes. Vide mihi nūc, an nō Caluinus, Beza, Bucerus Deum auctorē flagitiorū ſtatuāt, quem ſic peccātibus adeſſe mentiūtur; ſi non cùm Symone Mago, Cerdoniſtis, Manichęis, & prętactis hæreticis in hac in Deum blaſphemia conſpirēt. Nū potuerūt plura in Deū euomere? maiore & fœdio-

Digitized by Google

fœdiore impietate in eius diuinitatem innocentiſſimam incurrere? Non ipſe Vincentius apud Proſperum Aquitanicum; non ipſi Gentiles Pagani apud Euſebium lib. 6. de præp. Euangel. cap. 9. *Deteſtanda* (ait Proſper Aquitanicus, vel D. Auguſtinus, vt quidam volunt Reſponſ. 10. & 11.) *& abominanda opinio, quæ Deum cuiuſquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit auctorem: cuius prædeſtinationumquam extra bonitatem, numquam extra iuſtitiam. Adulteria enim maritatarum, corruptelas virginum non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare; nec diſponere, ſed punire. Qua enim inſipientia, quáue dementia definitur ad Dei referendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in totum adſcribi poteſt? qui in peccantium flagitijs illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus eſt eſſe generator? Nihil ergo talium negotiorum Deus, vt fieret, prædeſtinauit. Nuſquam in ſcripturis legimus,* inquit D. Auguſt. lib. de ſpiritu & litera cap. 31. *Non eſt voluntas, niſi à Deo, & rectè non ſcriptum eſt, quia verum non eſt. Alioqui etiam peccatorũ, quod abſit, auctor eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab eo, quoniam mala voluntas iam ſola peccatum eſt, etiamſi effectus deſit.* Vnde idẽ D. Auguſt. ad Deum verba dirigens lib 12. confeſſ. cap. 11. *Hoc ſolùm à te non eſt, quod non eſt, motúſque voluntatis à te qui es, ad id quod minus eſt, quia talis motus, delictum atque peccatũ eſt.*

Cæterùm neque eos lauat ab hoc blaſphemiæ ſcelere, quòd dicunt à fine æſtimandam bonitatem vel malitiam actionis. 1. Quia volũt Deum velle malum, eius decreto mala fieri, conijcere in prauas voluntates ac cupiditates, & voluntates rationis compotes. 2. vnde nihil refert, quo fine & animo velit & faciat opus, cui neceſſariò eſt annexa malitia. Et quidem poteſt ab omni opere eſſentialiter non includente malitiam

Digitized by Google

ac deformitatem, hanc deformitatem tollere & auferre, & ita non eſſe mali auctor, neque etiam is, per quem tale opus complebit; ſed ſi velit, decernat, curet & imperet actum, cui eſſentialiter annexa eſt deformitas & malitia, vt Idololatriæ, Blaſphemiæ, Hæreſeos; aut etiam opus cui annexa eſt malitia & deformitas, licet non eſſentialiter, perinde eſt quo animo velit, decernat, curet & imperet fieri; ſic enim auctor mali conſtituitur. Nam vt non ſunt facienda bona vt inde eueniant mala: ita nec mala facienda vt inde eueniant bona. Et eo ipſo quo quis vult actum, cui eſt coniūcta neceſſariò malitia, atque hoc ipſum nouit, vultque fieri à volūtate rationis compote, vult omnia ad eum actum neceſſaria & omnia ex illo, ſine quibus eſſe nequit, reſultantantia; etiam ſi non per ſe & formaliter, ſed tantum implicitè & interpretatiuè intendat: Atque ita ſtatuitur auctor mali. Voluit enim fieri, curauit & imperauit cōmitti, id facinus, cuius eſſentiæ malum annexum erat. Quid quod ſi quia Deus bonum finem intenderet, nec niſi hunc prætendere poteſt, auctor mali non eſſet cenſendus, quamquam illud fieri vellet, curaret, imperaret; vires, potētiam, efficaciam implendi daret, cui neceſſariò adiuncta & ſocia eſt malitia, neque etiam homo eiuſdem illius mali auctor: quia homo non intendit per ſe & ſimpliciter malum, vellet enim non eſſe malum, malitiam odit nec vult, tantùm honorem, opes, voluptatem: quare tantùm implicitè & interpretatiuè. Verumtamen cenſetur auctor mali, quia velit actum, cui neceſſariò annexa eſt malitia. Vnde ipſi improperatur apud diuinum ac regium Vatem:

ſe armant. Non mecum obſeruas D. Iacobum, licet dubitanter, à Caluino ſuſpectum fuiſſe officioſi mendacij? Non animaduertis Caluinum non ſic ſanctè ac veraciter de ſcripturis exiſtimare, vt velit eorum parte delectari per officioſa mendacia? Cor ſuum præferre veritati, expetere ſibi credi, id agere, vt diuinarum ſcripturarum auctoritati nõ credamus? Et cùm dubitet vtrùm D. Iacobus hac ratione inductus fuerit, an ex rei veritate, vt negaret à Deo nos tẽtari, id eſt Deum auctorem eſſe peccati; non cernis Caluinum eo loci, non expreſsè negare Deum eſſe mali auctorem? ſic mentitum Polyandrum? Cur ergo in margine id curauit adijci, niſi verò ex fraude, & vt legenti fucum ac colorem faceret? Tamquam dominus à Cœmeterio

Quæreret à ſæuis oſſa relicta lupis?

CAPVT X.

Et eius argumentum.

Caluinus, Beza duas in Chriſto perſonas adſtruunt: Caluinus animas annihilari dixit.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *AD quintum flagitium accedo, quo tuam potiùs conſcientiam, quàm indelebile Caluini, Bezæ nomen commaculas, quum contra notitiæ tuæ, & librorum, quos ediderunt teſtificationem affirmas eos Neſtorij hereſim refricaſſe, qui duas perſonas in Chriſto ponebat, vnam diuinam, alteram mediatoris. lib. 1. Inſtitut. cap. 13. §. 3. 23. 24. Bezam in Opuſc. pag. 523. 638. 639. vbi* (inquis) *ſic ſcribit.* In Chriſto ſunt duæ vniones hypoſtaticæ: vna inter cor & animam: altera inter verbum

bum & hominem. *Si bona conſcientia mecum agere voluiſſes, nõne verba Caluini quæ ſilentio occultas, & Bezæ, quæ tua περικοπῇ & conciſa recitatione obnubilas, hîc ingenuè adſcripſiſſes? Sed bene habet, quòd has partes me peragere malueris, vt tuas fraudes omnibus patefaciam, ne quis in poſterum calumnijs tuis fidem habeat, ſed lucrum, quod Chryſoſtomus tibi tuiſque ſimilibus pollicetur, ex ijs facias, ſi, nimirum mendacia tua* non habent, quem decipiant, quòd ipſa ſibi mentientur, ſicut ait Pſaltes. *Mentita eſt iniquitas ſibi*, &c. Chryſoſt. in 21. Matthæi.

ANASTASIVS CARMELITA.

24. §. 1. Nouum eſſet, ſi non perpetuò in ſolitum tuum ſtadium improperiorum diffflueres. In eo ſemper ita excellis, vt nemo non tibi brauium decernat. Eſto, per me licet. Si non placet Laurus

Sinciput hamatis tempora cinge rubis.

Contra notitiæ meæ aut librorum, quos illi ediderunt teſtificationem, nihil ſcripſi, non tædas, non fraudem, non calumnias prætendi, nihil ſilentio malo occultaui, obnubilaui. Qui noſtrûm iſta,

Sanguineas edat ille dapes atque ore cruento
Triſtia cùm multo pocula felle bibat.

Verùm quod Caluinianis Miniſtris familiare ac ſolemne eſt, mihi liberaliter imponere voluiſti.

Cõciſa quidem recitatione vſus ſum, ne chartam tot & talium impietatum attactu turparem, ne toties prælo committantur, quas cùm lego, æternùm ſepultas opto. Quàm autem bona fide, conciſis licet verbis, eorum verba retulerim ac ſententiam, quo potero, paucioribus oſtendam. Quod ad Caluinum ſpectat l. 1. Inſtitut. c. 13. citatis ſectionibus inſequitur quidem Neſtorium.

Digitized by Google

At verbis, non fide & ſenſu; atque in eius errorem grauiter labitur, duáſque perſonas in Chriſto cum Neſtorio ſtatuit, iſtis, quæ tu ex induſtria ſiluiſti. Scribit enim *primùm ſe velle de Chriſto diſſerere, quatenus eſt perſona diuina, nec ſe adhuc mediatoris perſonam attingere*. quid ſentis Lector? non obſeruas Caluinum de duabus perſonis velle loqui primùm de Chriſti perſona diuina, poſtea de mediatoris perſona, quam necdum attigit? *Nondum enim (inquit) nobis ſermo eſt de mediatoris perſona*. Ibidem ſic ſcribit. Chriſtus *non tantùm Dei filius eſt, quatenus ante ſecula à patre genitus fuit, æternus ſermo, ſed quia mediatoris perſonam & munus ſuſcepit*. Cum Neſtorio non ſtatuit in Chriſto duas perſonas? Vnam, quæ æternitate menſuratur; alteram, quę tempore? Perſonarum quarum vna æternitate, altera tempore menſuratur, nonne realis diſtinctio? & ſi filij Dei perſona ſtatuitur in tempore perſonam & munus mediatoris aſſumere; quis non videt perſonam aſſumentem, diſtingui; aliamque eſſe à ſuſcepta? Poteſt perſona, perſonam aſſumere, vt ibi duarum perſonarum non ſit ſermo? Aut poteſt eadem perſona ſeipſam aſſumere? Vna mens, duo in homine oculi adeò cæci vt id non videant? Non hic repetam, quæ comment. Gallicis Geneuæ impreſſis 1553. pag. 109. Lin. 6. & 7. in 2. D. Ioan. habet: Nempe, hanc dicendi Phraſim. *Deſtruite templum hoc &c. ad tollendam in Ieſu Chriſto perſonarum vnitatem ineptè admodum vſurpari*. Quò loci, duas etiam ad minus perſonas in Chriſto conſtituit. Nam quemadmodum qui diceret naturarum vnitatem, plures naturas in vnum conuenientes aſſereret, ſic, qui perſonarum vnitatem, plures perſonas

Digitized by Google

ſonas adſtrueret. Non etiam hîc recenſebo quòd quoties perſonæ vocabulum definit, velit ſignificari, modò proprietatem aliquam reſidentem, modò naturam vel ſubſtãtiam. In Chriſto autem ſunt plures naturæ ac ſubſtantiæ, plures proprietates: non igitur in eo plures ſtatuit eſſe perſonas? *Sed quam bene habuerit, quòd has partes, nimirum* ad longum recitandi verba Caluini *reliquerim* Polyãdro, diſpiciamus. Lubet omninò. Ita enim apparebit, quàm ſit ſtrenuus in defendendo ac tuendo honore Parentis ſui. Certè, & mihi crede, ſatiùs fuiſſet eius ſordes te tacuiſſe, quàm in medium protuliſſe. Quid ergo Caluinus? Obijcienti; *Si Chriſtus verè eſt filius Dei, abſurdum eſt cenſeri perſonæ filium. Ego vtrumque* (inquit) *verum eſſe reſpondeo.* Ecquæ iſta Theologia? abſurdum ne eſt cenſeri Chriſtum eſſe perſonæ filium, ſi verè filius Dei eſt? contra, non ideo verè filius Dei, quia filius patris? *Eſt* (inquit) *niſi habeamus rationem perſonæ, vt nomen Dei non ſimpliciter, ſed pro patre ſumatur.* At hoc rurſus haud verum. Nam ſi nomen Dei pro patre ſumatur, non pro diuina natura & eſſentia; cùm perſona patris non ſit communicabilis, certè non poterit Chriſtus eſſe filius Dei, non poterit eſſe Deus. Hanc autem poſteriorem impietatem adſtruit ſcribens. *Si aliũ Deum cenſeamus, quàm patrem, non obſcurè filiu deijcitur ab hoc gradu.* Quid? ſolus pater Deus, nõ etiã filius, nõ Spiritus ſanctus? *Non abſurdum* (ait) *propter gradũ & ordinẽ.* At altera eſt impietas, gradũ ponere inter perſonas diuinas. Quis enim gradũ ponat inter eos qui eiuſdẽ ſunt ſubſtantię ac eſſentiæ, eiuſdẽ ac ęqualis potẽtię, & poteſtatis, eiuſdẽ æternitatis? At Pater, Filius, Spiritus ſanctus

Digitized by Google

quam eò impietatis veniſſent; cauſa mea cade-rem, vinceret Polyāder, illæſa maneret Dei omnipotentis innocētia. Verùm id fruſtrà optauero. Quid enim ex ſententijs, quas iſte Miniſter ex locis à me citatis repetit, colligis Lector? Has blaſphemias, quas quo potero conciſiùs, ne tibi nauſeam pariant, complectar.

1. *Nihil fieri ſine Dei voluntate, eamque eſſe rerum omnium iuſtiſſimam cauſam.*

2. *Id quod fit contra eius voluntatem, non fieri ſine eiuſdem voluntate.*

3. *Non ſolùm permittere, ſed etiam peccata fieri velle.* Non enim (ait) ſinit nolens, ſed volens.

4. *Ea velle voluntate*, à qua non ſit ſeparanda potentia, id eſt, *efficaci Dei voluntate.*

5. *Deum impiorum opera non tantùm gubernare, dirigere, ſed etiam eorum conſilia & affectus.*

6. *Non tamen non iuſtè damnari, qui iſti Dei voluntati obtemperant, & eam faciunt in ijs quæ decreuit.*

7. *Abſalon vxores patris non conſtupraſſe; Semei Dauidi non maledixiſſe, quàm Dei decreto. Abſalonem, Semei in eiuſmodi factis Dei voluntati obtemperaſſe, eius voluntatem impleuiſſe.*

8. *Deum non ſolùm vniuerſaliter, ſed etiam particulariter mouere, efficaciam quiduis agendi tribuere: vt idem facinus ac flagitium Deo, Satanæ, homini affingi debeat.*

9. *Sententiæ D. Iacobi, quæ dicit tentationes internas nihil aliud eſſe, quàm inordinatos appetitus, qui nos ad peccandum incitant: illorum auctorem Deum eſſe negat, quoniam ex noſtræ carnis corruptione proficiſcantur, & hac de cauſa idem D. Iacobus nos ad proprij reatus confeſſionem vocat: ne Deum ſubſtituamus noſtro loco, ac ſi nos ipſe ad peccandum impelleret, doctrina ſacræ ſcripturæ aduerſari, quæ homines tradit excæcari à Deo, conijci in ſenſum reprobum

bum, &c. *niſi verò inductus fuerit. D. Iacobus, & negaret à Deo nos tentari, quia impij ad captandum colorem, ſcriptura teſtimonijs ſe armant.*

10. *Deum tamen non eſſe auctorem peccati, quia peccatis non delectetur, velle D. Iacobum.*

11. *Conſpirare Caluinum cum Symone Mago, niſi quòd ea ſit differentia inter opus Dei & impij* (inquit Caluinus) *quòd impius auaritia, ambitione, inuidia, crudelitate incitetur ad ſuum facinus; nec alium finem ſpectet: Deus autem ſolam iuſtitiam. Atque à fine & intentione, operis aſtimanda ſit bonitas, vel malitia operis.*

12. *Bezam, Bucerum, Caluino in his aſſentiri.*

Iudica nunc Lector, an mentitus ſim; an tacuerim verba iſtorum, *ne apertiſſimum meum mendacium proderetur*, quemadmodum in me iniurius, calumniatur Polyãder. Iudica an non ſatius fuiſſet huic miniſtro, tam graueolentes fœtores blaſphemiarum in Deum mecum reticuiſſe, quàm eos toties mouere. Iudica, quàm firmo ſcilicet præſidio Caluinum, Bezam, Bucerum, à ſuſpicione tanti ſceleris ac blaſphemiæ in Deum, voluerit tutatos ac vendicatos. Ad hoc inſtitutum, an vllum.

——— Formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri?

Atque ex tam beneolentibus (ſi dijs placet) violis coronam mecum compone,

Et mecum plenos flore referto ſinus.

Siquidem, ſi vniuerſa quæ hîc referuntur, de Deo verè prædicantur, nihil fiat ſine Dei voluntate, mala autẽ fieri cõtingat, nonne auctor mali conſtituitur? Cùm quidquid contra eius volũtatem fit, non poſſit nõ eſſe peccatũ; non fiat autẽ ſine

Digitized by Google

eiuſdem voluntate, nonne auctor peccati aſſeritur? Et cùm velint non ſolùm permittere peccata fieri, verumetiam velle: Velle rurſus nō alia quàm efficaci voluntate; quis non videt in Deo malam eſſe voluntatem, Deum auctorem peccati? Quòd ſi non tantùm gubernat & dirigit impiorum opera, ſed etiam eorum conſilia, affectus; quis idem inde non concludat? Quod ſi damnat eos qui hinc ſuæ voluntati obtemperant, eamque implent, quis dixerit iuſtè & meritò? Eſt aliquis qui poſſit efficaci Dei voluntati reſiſtere? Negat ſcriptura ſacra Geneſ. 50. Heſter 13. Rom. 9. Non igitur immeritò eos damnare, qui ſuæ voluntati, cui non poſſunt, nec debent reſiſtere, obediunt? Abſalon vxores patris conſtuprando, Semei ei maledicendo non peccauerunt? At ſi Dei imperio & decreto fecerint, non eiuſdem voluntate peccarunt? hoc ſi ſtatuitur, non etiam Deus auctor peccati eorum? Si obtemperarunt & eius voluntatem fecerunt, non immunes à peccato recedunt & Deus peccati accuſatur?

Recordor hic eius colloquij, quod interceſſit inter Saldruchium & Caluinum. Venerat Saldruchius, aliàs Carolus Moſinęus Geneuam Caluinum videndi cauſa. Ei ingreſſo occurrit quædam muliercula gemebunda. Sciſcitatur ab ea cauſam triſtitiæ. En redeo (inquit illa) è concione in qua miniſter docuit D. Petrum à Deo fuiſſe impulſum vt Chriſtum negaret: Iudam vt eumdem traderet, nec potuiſſe illos aliter facere: Hanc in Deum blaſphemiam quis lachrymis non proſequatur? Hanc quibus poteſt bonis verbis ſolatur, qua relicta, venit in domum Caluini.

Poſt

Poſt ſolitam ſalutationem, quid ſibi cum muliercula illa accidiſſet, narrat. Interrogat num verè, & ex rei veritate Miniſter ille cócionatus fuiſſet. Reſpondet Caluinus. Verè, & ex rei veritate; quia æternum fuiſſet decretum. Subiungit Saldruchius. En veni huc tui videndi deſiderio: non potui non venire? Non potuiſti, ſubdit Caluinus. Erat in loco ſcamnum cui inerat parua concauitas ad modum foraminis, oppleta ſordibus: purgat ac abſtergit Saldruchius. Sciſcitatur antequam purgaſſet liberum ipſi fuiſſet purgare nec ne? Non liberum fuit, inquit Caluinus. Et hoc mirum, ait Saldruchius. Illo die copioſus erat imber, redibat Ancilla Caluini, ꝟ horto collectum herbas pulmentarias, accincta, vt fieri aſſolet, ne luteret. Occaſione oblata rurſus Saldruchius quærit. Obſecro Domine Caluine, non potuit hæc ancilla non luto infici? Neque iſtud tandem, ait Caluinus. Subinfert exclamans Saldruchius: ô ſtultam ergo & inſipientem Ancillam, quæ ſeſe accinxit ne ſorderet, cùm ſordere non potuerit. Et ita ſolutum colloquium. Vt velit Caluinus Deum non ſolùm omnia præſciuiſſe, verùm etiam voluiſſe, decreuiſſe. Decretum diuinum impellere homines ad peccandum, ac expuit Catholicorum ſententiam de ſimplici Dei præſcientia. Ita enim in Harmonia ſua, ad hęc D. Ioannis Euangeliſtæ, *Filius quidem hominis vadit ſicut definitum eſt de eo. Sunt* (inquit) *qui vtuntur hîc dictione præſcientiæ, vbi decretum Dei & ordinatio exprimitur: quaſi Deus à longè tantùm futura perſpiceret, & non ea per ſeipſum ex ſententia diſponeret. Verùm Spiritus ſanctus hunc nodum longè aliter diſſoluit. Nam quòd Chriſtus traditus eſt, non tan-*

tùm dixit ſic ſcriptum fuiſſe, ſed etiam determinatum ac definitum: Hinc manifeſtum eſt eos, qui ad ſimplicis praſcientia vocabulum refugiunt, nihil ad ſenſum facere, ſed ignaros, & perperam exercitatos fuiſſe. Et lib. 3. Inſtitut. cap. 23. §. 6. *Si hominum euenta Deus duntaxat praui deret, non etiam diſponeret, & ſuo arbitrio ordinaret, non abs re ageretur quaſtio. Ecquid ad eam neceßitatem valeat prouidentia? ſed cùm non alia ratione prauideat qua futura ſunt, niſi quia ita fieri decreuit; fruſtrà de praſcientia lis mouetur, vbi conſtat Dei ordinatione, & nutu eius potiùs omnia euenire*. Neque rurſus ſolùm Dei decretum, & determinationem neceſſitatis humanarum actionum cauſam facit, ſed etiam eius motionem efficacem, cui nemo reſiſtere queat. Motionem denuò non tantùm vniuerſalem, ſed etiam particularem, & quiduis agendi efficaciam, lib. 2. Inſtitut. cap. 4. §. 2. Vt ſic idem flagitiium Deo, ſatanæ & homini appingat, & Deum cum Symone Mago, & ſuperiorum ſeculorum hæreticis, auctorem mali non eſſe docet?

Aphoriſ. 6. Non etiam Beza? *Deus* (inquit) *ſine exceptione vlla boni aut mali, virtutis, aut vitij, omnia operatur: alioqui iuxta Epicurei errorem, in otio deliteſceret*. Non denique Bucerus? *Deus dat menti reprobæ* (ait in 1. ad Rom. p. 72.) *vt ita mereatur perdi. Et apparet cũ ſeducit & indurat, tradit in reprobũ ſenſum, eum immittere efficacem errorem, id facere non tantum deſerendo ſed etiam animos hominũ, vt errori concedãt, inclinando. Inclinat enim hominũ animos, vt à concupiſcentijs vincãtur. In malas cupiditates pellicit pravis cupiditatibus ſimpliciter dat & peruerſis addicit deſiderijs; nã niſi fateamur eum omnia in omnibus efficere, Deũ eſſe negamus. Et in c. 9.* eiuſdẽ Ep. p. 454. *Indurati faciunt ea, quæ Deus ipſe vult fieri, imò quæ ipſe in eis facit, nec poſſunt aliud quàm perperã agere*. His ita aſſertis, Amabò Le-

ctor

ctor Chriſtiane, ſi quis cor tuum, quamquam corruptum, voluntatem tuam, licet vitiatam & deprauatam, tuos impios affectus, tua conſilia, dirigeret, conijceret in fœdas ac prauas cupiditates, his eam proſtitueret, eas imperaret, per te eas vellet fieri, tibi efficaciam præberet implendi, quia ſic impotens ac debilis eſſes vt aliàs implere haud valeres, imperaret implere; adeò vt eius voluntati & decreto ne reſiſtere quidem poſſes, imperãti cedere ac obedire tenereris ſub pœna peccati; vtri veſtrûm criminis cõmiſſi culpam tribueres? Si ſuper commiſſo facinore illo impio, corã iudice ſiſtereris, ad eius tribunal protractus euidẽtiſſimis ac manifeſtiſſimis argumẽtis, quę ille nõ poſſet non recipere, quorũ probationi, nõ poſſet nõ acquieſcere, oſtẽderes alterius te imperio, decreto, voluntate, poteſtate, efficaci motione, directione, coniectione, & cui obtẽperare obligabaris, cuius voluntati, imperio determinationi, ne reſiſtere quid valebas, id te flagitium perpetraſſe; nõ hũc iuſtiore ratione, quàm te ſupplicio dignum pronuntiaret? Quî ſic? Quoniam per te, licet volentem, illud perpetrari voluit, decreuit, mandauit, in hanc te cupiditatem prauam iniecit, vires, efficaciam, poteſtatem dedit, impotens enim eras perficiẽdi, tuis conſilijs ac prauis affectib⁹ adfuit, eos gubernauit, debuiſti obedire, reſiſtere non potuiſti, ſi reſtitiſſes, peccaſſes. Vide mihi nũc, an nõ Caluinus, Beza, Bucerus Deum auctorẽ flagitiorũ ſtatuãt, quem ſic peccãtibus adeſſe mentiũtur; ſi non cùm Symone Mago, Cerdoniſtis, Manichęis, & pręactis hæreticis in hac in Deum blaſphemia conſpirẽt. Nũ potuerũt plura in Deũ euomere? maiore & fœdio-

fœdiore impietate in eius diuinitatem innocentiſſimam incurrere? Non ipſe Vincentius apud Proſperum Aquitanicum; non ipſi Gentiles Pagani apud Euſebium lib. 6. de præp. Euangel. cap. 9. *Deteſtanda* (ait Proſper Aquitanicus, vel D. Auguſtinus, vt quidam volunt Reſponſ. 10. & 11.) *& abominanda opinio, quæ Deum cuiuſquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit auctorem: cuius prædeſtinationumquam extra bonitatem, numquam extra iuſtitiam. Adulteria enim maritatarum, corruptelas virginum non inſtituere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare; nec diſponere, ſed punire. Quæ enim inſipientia, quáue dementia definitur ad Dei referendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in totum adſcribi poteſt? qui in peccantium flagitijs illecebrarum adiutor, non voluntatum credendus eſt eſſe generator? Nihil ergo talium negotiorum Deus, vt fieret, prædeſtinauit. Nuſquam in ſcripturis legimus*, inquit D. Auguſt. lib. de ſpiritu & litera cap. 31. *Non eſt voluntas, niſi à Deo, & rectè non ſcriptum eſt, quia verum non eſt. Alioqui etiam peccatorũ, quod abſit, auctor eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab eo, quoniam mala voluntas iam ſola peccatum eſt, etiamſi effectus deſit.* Vnde idẽ D. Auguſt. ad Deum verba dirigens lib 12. confeſſ. cap. 11. *Hoc ſolùm à te non eſt, quod non eſt, motúſque voluntatis à te qui es, ad id quod minus eſt, quia talis motus, delictum atque peccatũ eſt.*

Cæterùm neque eos lauat ab hoc blaſphemiæ ſcelere, quòd dicunt à fine æſtimandam bonitatem vel malitiam actionis. 1. Quia volũt Deum velle malum, eius decreto mala fieri, conijcere in prauas voluntates ac cupiditates, & voluntates rationis compotes. 2. vnde nihil refert, quo fine & animo velit & faciat opus, cui neceſſariò eſt annexa malitia. Et quidem poteſt ab omni opere eſſentialiter non includente malitiam

ac

Digitized by Google

ac deformitatem, hanc deformitatem tollere & auferre, & ita non eſſe mali auctor, neque etiam is, per quem tale opus complebit; ſed ſi velit, decernat, curet & imperet actum, cui eſſentialiter annexa eſt deformitas & malitia, vt Idololatriæ, Blaſphemiæ, Hæreſeos; aut etiam opus cui annexa eſt malitia & deformitas, licet non eſſentialiter, perinde eſt quo animo velit, decernat, curet & imperet fieri; ſic enim auctor mali conſtituitur. Nam vt non ſunt facienda bona vt inde eueniant mala; ita nec mala facienda vt inde eueniant bona. Et eo ipſo quo quis vult actum, cui eſt coniūcta neceſſariò malitia, atque hoc ipſum nouit, vultque fieri à volūtate rationis compote, vult omnia ad eum actum neceſſaria & omnia ex illo, ſine quibus eſſe nequit, reſultantantia; etiam ſi non per ſe & formaliter, ſed tantum implicitè & interpretatiuè intendat: Atque ita ſtatuitur auctor mali. Voluit enim fieri, curauit & imperauit cōmitti, id facinus, cuius eſſentiæ malum annexum erat. Quid quod ſi quia Deus bonum finem intenderet, nec niſi hunc prætendere poteſt, auctor mali non eſſet cenſendus, quamquam illud fieri vellet, curaret, imperaret; vires, potētiam, efficaciam implendi daret, cui neceſſariò adiuncta & ſocia eſt malitia, neque etiam homo eiuſdem illius mali auctor: quia homo non intendit per ſe & ſimpliciter malum, vellet enim non eſſe malum, malitiam odit nec vult, tantùm honorem, opes, voluptatem: quare tantùm implicitè & interpretatiuè. Verumtamen cenſetur auctor mali, quia velit actum, cui neceſſariò annexa eſt malitia. Vnde ipſi improperatur apud diuinum ac regium Vatem:

Digitized by Google

tem: *Aſtitit omni via non bona, malitiam non odiuit.* id eſt non receſſit ab actu & opere cui malum neceſſariò coniũctum eſt. Quocirca etſi Deus formaliter & per ſe malitiã non vellet, ſi tamẽ actũ cui illa malitia neceſſario comes eſt vellet fieri, curaret, imperaret, ad eum perpetrandum vim efficaciã, & virtutẽ præberet, implicitè & interpretatiuè malitiam intenderet fieri, & eadem ratione, vt homo, ſic auctor peccati eſſet cenſendus. Hinc fit, quòd non tantùm malitiam, ſed etiam facta, quibus illa eſt comes nolit, ſed deteſtetur. *Odi inquit facta Nicolaitarum, quæ & tu odiſti.*
Apoc. 2. At Caluinus, Beza, Bucerus, quemadmodum demonſtratum eſt, aſſeruerunt Deum velle mala fieri, illa decernere, imperare, malas & prauas cupiditates ac voluntates inijcere, ad earum executionem, impiorum cogitationes & prauos affectus dirigere & gubernare, vim, virtutem, & efficaciam impotenti tribuere. Quapropter etiamſi præſupponatur bonum intendere, quod non poteſt non intendere; à Caluino, Beza, Bucero adſtruitur eſſe mali auctor; nec mentitum me fuiſſe niſi ex calumnia potuit ſcribere Polyander. Non enim Symon Magus, non Cerdoniſtæ, non Marcioniſtæ, non Seleuciani, non Manichæi & prætacti hæretici illi in Deum Magis blaſphemi ac iniurij fuerunt.

Neque præteribis, Chriſtiane Lector, fraudem ac mendacium huius Miniſtri,

——— *Sed crimine ab vno*

Diſce omnes.

Iſte enim in margine pag. 96. curauit apponi iſta. *Caluinus expreſſè negat Deum eſſe auctorem peccati.* Mendacium ſiquidem eſt, quia ibi Caluinus, non

Digitized by Google

non ex ſua, ſed diui Iacobi ſententia loquitur Comment. in 1. D. Iacob. verſ. 13. Quin potiùs ſententiæ aduerſatur D. Iacobi, nam D. Iacobus vult, *non eſſe, cùm quis tentatur, quòd dicat, à Deo ſe tentari. Deus enim intentator malorũ eſt: ipſe autem neminem tentat*. Contra Caluinus ſcripturam ſacram reclamare, quæ (inquit) *tradit homines à Deo excæcari, in reprobum ſenſum tradi, proſtitui in fœdas & illicitas cupiditates*. Tantùm abeſt, vt eò loci Caluinus expreſsè neget Deum eſſe auctorem peccati.

Contrarium quoque apparet, ex altera Caluini, ſed & impia, & licet dubitanter tamen affictа D. Iacobo ſententia. Quid enim ſecundò reſpondet Caluinus? *Reſpondeo hac quoque fortaſſis inductum Iacobum fuiſſe vt negaret à Deo nos tentari; quia impij ad captandum colorem, ſcripturæ teſtimonijs ſe armant*. Recordare quæſo Lector verborum D. Auguſtini tom. 2. *Agendum eſt, vt ad cognitionem diuinarum ſcripturarum talis homo accedat, qui de ſanctis libris, tam ſanctè ac veraciter, exiſtimet, vt nolit aliqua eorum parte delectari per officioſa mendacia, potiùſque id quod non intelligit tranſeat, quàm cor ſuum præferat illi veritati. Profectò enim, cùm hîc dicit, credi ſibi expetitit, & id agit, vt diuinarum ſcripturarum auctoritatibus non credamus. Si enim ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint velut officioſa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis obteratur improbitas?* Quæ dum mecum repetis, non vides, quàm appoſitè aduerſus Caluinum D. Auguſtinus hæc iam olim habuerit? Nam ſi D. Iacobus ea ratione inductus credatur vt negaret à Deo nos tentari, fortaſſis, qua impij ad captandum colorem, ſcripturæ teſtimonijs

Epiſt. 8. & 9.

ſe

ſe armant. Non mecum obſeruas D. Iacobum, licet dubitanter, à Caluino ſuſpectum fuiſſe officioſi mendacij? Non animaduertis Caluinum non ſic ſanctè ac veraciter de ſcripturis exiſtimare, vt velit eorum parte delectari per officioſa mendacia? Cor ſuum præferre veritati, expetere ſibi credi, id agere, vt diuinarum ſcripturarum auctoritati nõ credamus? Et cùm dubitet vtrùm D. Iacobus hac ratione inductus fuerit, an ex rei veritate, vt negaret à Deo nos tẽtari, id eſt Deum auctorem eſſe peccati; non cernis Caluinum eo loci, non expreſsè negare Deum eſſe mali auctorem? ſic mentitum Polyandrum? Cur ergo in margine id curauit adijci, niſi verò ex fraude, & vt legenti fucum ac colorem faceret? Tamquam dominus à Cœmeterio

Quæreret à ſæuis oſſa relicta lupis?

CAPVT X.

Et eius argumentum.

Caluinus, Beza duas in Chriſto perſonas adſtruunt: Caluinus animas annihilari dixit.

POLYANDER CALVINISTA.

1\. *AD quintum flagitium accedo, quo tuam potiùs conſcientiam, quàm indelebile Caluini, Bezæ nomen commaculas, quum contra notitiæ tuæ, & librorum, quos ediderunt teſtificationem affirmas eos Neſtorij hæreſim refricaſſe, qui duas perſonas in Chriſto ponebat, vnam diuinam, alteram mediatoris. lib. 1. Inſtitut. cap. 13. §. 3. 23. 24. Bezam in Opuſc. pag. 523. 638. 639. vbi* (inquis) *ſic ſcribit.* In Chriſto ſunt duæ vniones hypoſtaticæ: vna inter cor & animam: altera inter verbum

bum & hominem. *Si bona conſcientia mecum agere voluiſſes, nōne verba Caluini quæ ſilentio occultas, & Bezæ, quæ tua* περικοπῇ *& conciſa recitatione obnubilas, hîc ingenuè adſcripſiſſes? Sed bene habet, quòd has partes me peragere malueris, vt tuas fraudes omnibus patefaciam, ne quis in poſterum calumnijs tuis fidem habeat, ſed lucrum, quod Chryſoſtomus tibi tuiſque ſimilibus pollicetur, ex ijs facias,* Chryſi, *nimirum mendacia tua* non habent, quem decipiant, quòd ipſa ſibi mentientur, ſicut ait Pſaltes. *Mentita eſt iniquitas ſibi,* &c.

Chryſoſt. in 21. Matthæi.

ANASTASIVS CARMELITA.

24. §. 1. Nouum eſſet, ſi non perpetuò in ſolitum tuum ſtadium improperiorum diffflueres. In eo ſemper ita excellis, vt nemo non tibi brauium decernat. Eſto, per me licet. Si non placet Laurus

Sinciput hamatis tempora cinge rubis.

Contra notitiæ meæ aut librorum, quos illi ediderunt teſtificationem, nihil ſcripſi, non tædas, non fraudem, non calumnias prætendi, nihil ſilentio malo occultaui, obnubilaui. Qui noſtrûm iſta,

Sanguineas edat ille dapes atque ore cruento
Triſtia cùm multo pocula felle bibat.

Verùm quod Caluinianis Miniſtris familiare ac ſolemne eſt, mihi liberaliter imponere voluiſti.

Cōciſa quidem recitatione vſus ſum, ne chartam tot & talium impietatum attactu turparem, ne toties prælo committantur, quas cùm lego, æternùm ſepultas opto. Quàm autem bona fide, conciſis licet verbis, eorum verba retulerim ac ſententiam, quo potero, paucioribus oſtendam. Quod ad Caluinum ſpectat l. 1. Inſtitut. c. 13. citatis ſectionibus inſequitur quidem Neſtorium.

At verbis, non fide & ſenſu; atque in eius errorem grauiter labitur, duáſque perſonas in Chriſto cum Neſtorio ſtatuit, iſtis, quæ tu ex induſtria ſiluiſti. Scribit enim *primùm ſe velle de Chriſto differere, quatenus eſt perſona diuina, nec ſe adhuc mediatoris perſonam attingere*. quid ſentis Lector? non obſeruas Caluinum de duabus perſonis velle loqui primùm de Chriſti perſona diuina, poſtea de mediatoris perſona, quam necdum attigit? *Nondum enim (inquit) nobis ſermo eſt de mediatoris perſona*. Ibidem ſic ſcribit. Chriſtus *non tantùm Dei filius eſt, quatenus ante ſecula à patre genitus fuit, æternus ſermo, ſed quia mediatoris perſonam & munus ſuſcepit*. Cum Neſtorio non ſtatuit in Chriſto duas perſonas? Vnam, quæ æternitate menſuratur; alteram, quę tempore? Perſonarum quarum vna æternitate, altera tempore menſuratur, non ne realis diſtinctio? & ſi filij Dei perſona ſtatuitur in tempore perſonam & munus mediatoris aſſumere; quis non videt perſonam aſſumentem, diſtingui; aliamque eſſe à ſuſcepta? Poteſt perſona, perſonam aſſumere, vt ibi duarum perſonarum non ſit ſermo? Aut poteſt eadem perſona ſeipſam aſſumere? Vna mens, duo in homine oculi adeò cæci vt id non videant? Non hîc repetam, quæ comment. Gallicis Geneuæ impreſſis 1553. pag. 109. Lin. 6. & 7. in 2. D. Ioan. habet: Nempe, hanc dicendi Phraſim. *Deſtruite templum hoc &c. ad tollendam in Ieſu Chriſto perſonarum vnitatem ineptè admodum vſurpari*. Quò loci, duas etiam ad minus perſonas in Chriſto conſtituit. Nam quemadmodum qui diceret naturarum vnitatem, plures naturas in vnum conuenientes afferret, ſic, qui perſonarum vnitatem, plures perſonas

Digitized by Google

ſonas adſtrueret. Non etiam hic recenſebo quòd quoties perſonæ vocabulum definit, velit ſignificari, modò proprietatem aliquam reſidentem, modò naturam vel ſubſtātiam. In Chriſto autem ſunt plures naturæ ac ſubſtantiæ, plures proprietates: non igitur in eo plures ſtatuit eſſe perſonas? *Sed quam bene habuerit, quòd has partes, nimirum* ad longum recitandi verba Caluini *reliquerim* Polyādro, diſpiciamus. Lubet omninò. Ita enim apparebit, quàm ſit ſtrenuus in defendendo ac tuendo honore Parentis ſui. Certè, & mihi crede, ſatiùs fuiſſet eius ſordes te tacuiſſe, quàm in medium protuliſſe. Quid ergo Caluinus? Obijcienti; *Si Chriſtus verè eſt filius Dei, abſurdum eſt cenſeri perſonæ filium. Ego vtrumque* (inquit) *verum eſſe reſpondeo.* Ecquæ iſta Theologia? abſurdum ne eſt cenſeri Chriſtum eſſe perſonæ filium, ſi verè filius Dei eſt? contra, non ideo verè filius Dei, quia filius patris? *Eſt* (inquit) *niſi habeamus rationem perſonæ, vt nomen Dei non ſimpliciter, ſed pro patre ſumatur.* At hoc rurſus haud verum. Nam ſi nomen Dei pro patre ſumatur, non pro diuina natura & eſſentia; cùm perſona patris non ſit communicabilis, certè non poterit Chriſtus eſſe filius Dei, non poterit eſſe Deus. Hanc autem poſteriorem impietatem adſtruit ſcribens. *Si aliũ Deum cenſeamus, quàm patrem, non obſcurè filium deijcitur ab hoc gradu.* Quid? ſolus pater Deus, nō etiā filius, nō Spiritus ſanctus? *Non abſurdum* (ait) *propter gradũ & ordinẽ.* At altera eſt impietas, gradũ ponere inter perſonas diuinas. Quis enim gradũ ponat inter eos qui eiuſdẽ ſunt ſubſtantię ac eſſentiæ, eiuſdẽ ac ęqualis potētię, & poteſtatis, eiuſdẽ æternitatis? At Pater, Filius, Spiritus ſanctus

Digitized by Google

ſunt vnius & eiuſdem eſſentię, vnius, eiuſdem & æqualis ſibi poteſtatis, potentiæ, eiuſdem æternitatis. Quanta ergo vel ignorantia vel impietas, gradus in diuinis ponere? Negare non potes hîc Caluinum hoc facere. Quantus ergo Theologus & non potiùs Theomachus? Non Neſtorij, non Arrij hæreſes refricat?

Alibi porrò, nempe lib. 2. Inſtitut. cap. 14. §. 4. & 5. aliam ſententiam & contrariam ſententiæ Neſtorij induit. Addo & comment. in 1. 6. & 20. D. Ioannis, vbi in Chriſto vnam tantùm agnoſcit perſonam. At non loco à me citato. Semper enim de hæreticis hæc vera Tertulliani aſſertio. *Mentior ſi in ſuis regulis non varient, ac diſſideant*. Non hoc frequens Caluino? Non

Mille trahit varios aduerſo ſole colores?

Quod ad Bezam attinet, malã, & impiam fidem, male is defenſum. Negare non potes vehemẽter Neſtorianæ hæreſeos accuſatum fuiſſe à Iacobo Andrea altero in Germania Miniſtro. Negare non potes, quòd purgare ſe coram eo non potuerit. Quando enim, vt ſe purget, ſic ſcribit. *Aliud eſt duas hypoſtaticas vniones, aliud duas hypoſtaſes ponere*. Amabò non nugatur? An non merum effugiũ?

Fuerunt, olim, qui quòd ignorarent habitudinem hypoſtaſis ad perſonam, plures in Chriſto ponerent hypoſtaſes, & vnam perſonam, plures hypoſtaticas vniones, & vnam tantùm perſonalem. Iſtos condemnauit Concilium quintum Conſtantinopolitanum.

Beza autem non diſtinguit hypoſtaſim à perſona, ſed hypoſtaſim pro perſona ſumit, hypoſtaticam vnionem pro perſonali, non vniri hypoſtaticè ab vniri perſonaliter. Vnde quis non videt

Digitized by Google

videt eum nugari, cùm dicit *aliud eſſe duas hypoſtaticas vniones, aliud duas hypoſtaſes*, ſeu perſonas, *ponere*? Poteſt coniugatorum vnum ab altero ſeparari? Poteſt aliquis alicubi perſonaliter exiſtere, & nõ propriâ perſonâ? Erit Beza perſonaliter in inferno, non in propria perſona? Hypoſtaticè, & non in hypoſtaſi? Ad multiplicationẽ vnius coniugatorum, non etiam eſt multiplicatio alterius? Vbi duæ erunt hypoſtaticæ vniones, non etiam ibi duæ hypoſtaſes? ſatis perſenſit, cùm rurſus ſcribit. *Quod ſi excipiat quiſpiam, ſic tamen videri Chriſtum ex duabus perſonis, non duabus naturis conſtitui. Reſpondeo, hoc quidem ex illo meo dicto non colligi. Neque enim quidquid hypoſtatica vnione coaluit, eſt tamen hypoſtaſis, niſi ſeorſim & per ſe ſubſiſtat, ſicut in reliquis humanæ naturæ indiuiduis euenit.* At hęc poſtrema reſponſio, aliud commentum eſt, aliæ nugæ, & ire de Caldaria ad Carbonariam. Quid ita? Quoniam quoties veræ partes, ex quibus in humana natura coaleſcit perſona, in propria & ab alijs diſtincta vnione hypoſtatica ſeu perſonali, perſonaliter & hypoſtaticè vniuntur, eo ipſo, quòd ſic vniuntur, non poſſunt, non vniri in eo quod per ſe & ſeorſim exiſtit, non poſsũt, non attigiſſe, id quod ad perfectã rationẽ & perfectũ modum ſubſiſtẽdi ſpectat, nempe incõmunicabilitatem, quæ perſonæ propria eſt. Et niſi iſta vnio hypoſtatica, ſeu perſonalis partiũ, quæ veræ ſunt partes, ex quibus humana perſona coaleſcit, ab altera vnione hypoſtatica, ac ſuperioris, dignioriſque generis præueniatur, neceſſe eſt ex earum vnione, perſonam coaleſcere. Et quoties illa vnio ſic præuenitur ab hac altera, quæ eſt ſuperioris generis, non duæ ſunt vniones,

ſed vna tantùm vnio. Vnde falſum eſt carnem & animam Chriſti, quæ aliàs fuiſſent verę partes ex quibus humana perſona coaluiſſet, inter ſe hypoſtatica vnione diſtincta & ſibi naturali, vnitas fuiſſe. Hoc autem ſi concedatur (quod tamen falſum eſt) oportet, vt, duas hypoſtaticas vniones, ita duas hypoſtaſes in Chriſto dari. Beza autē duas eſſe hypoſtaticas vniones in Chriſto admittit, ergo neceſſum eſt, vt cum Neſtorio duas in Chriſto hypoſtaſes, ſeu perſonas concedat, & adſtruat. Quid quòd tibi non probatur? Ita enim ſcribis, *Interim non inficior illam animæ & corporis in Chriſto vnionem durè & impropriè vocari hypoſtaticam, cùm in Chriſto non per ſe ſubſiſtant.*

Pag. 108. Quid hîc video? Lectorem in me aduocaſti, hac exclamatione. *Ecquis Lector ſincerus ac religioſus has ſententias luce meridiana clariores intueatur, qui impudentiſſimam tuam aduerſus illarum auctores mentiendi audaciam non execretur, tueſque mecum deploret ſectatores, qui non tantùm hanc quidlibet comminiſcendi licentiam tibi permittunt, ſed huiuſmodi quoque calumniarum præſtigijs ſe faſcinari patiuntur?* Quæſo? hæc quâ gratia? ſi durè & impropriè Beza loquutus, addo & impijſſimè, cur eius ſententiam voluiſti luce meridiana clariorem? Non Lectorem luſiſti? Cur mihi impudentiſſimam mentiendi audaciam iniurioſè adſcribis? Debui probare, quod hîc non inficiaris? ô vices rerum! de tuo curru detractus es. Aliàs prudentior & modeſtior eris, exiſtimo, ſi tamen Caluiniſta Miniſter reſipere tandem valet.

Attamen ſententiam tuam examinemus, qua corripis durã & impropriã Bezæ loquutionem.

Magis

Digitized by Google

Magis placet, vt in Chriſto vnio dicatur hypoſtatica, non quæ eſt in ipſius perſona ſed quæ ſit in vnionem perſonalem, quo pacto vnica tantùm in Chriſto eſt vnio perſonalis. Verum hæc de voce ipſa eſt controuerſia ex qua impiè colligis, duas in Chriſto à Beza perſonas agnoſci, quod & apertè negat, & tam ſolidè refutat, quam qui maximè.

Quinque mendacia illis complecteris.

1. Cum dicis vnionem non *debere dici factam in perſona*. Nam vnio facta eſt in perſona.

2. Cùm ſcribis tibi magis *placere fieri in vnionem perſonalem*. Delirium enim eſt. Si quidem natura humana non veniret in *vnionem*, niſi verè & propriè verbo, & vnione omnium maximà vniretur.

3. Cùm vis *de voce ipſa controuerſiam eſſe*. Falſum enim eſt. Et *de intelligentia eſt hæreſis, non de ſcriptura: & ſenſus, non ſermo fit crimen.* D. Hilarius l. 2. de Trinitat.

4. Cùm ais, *tam ſolide refutare, quàm qui maximè*. Etenim tam leuiter, tam mendosè, quàm qui maximè. Ad duas enim vniones hypoſtaticas coalitas ex partibus veris & naturalibus neceſſariò ſequitur hypoſtaſis per ſe ſubſiſtens, niſi vna iſtarum vnionum vi ſua & dignitate alteram præueniat. Quod ſi præuenit, non duæ vniones hypoſtaticæ, ſed vnà tantùm eſt vnio, vt factum eſt in verbi incarnatione. Etſi *quàm, qui maximè*, qui fieri poteſt vt exiſtimes vnam tantùm in Chriſto aſſeri debere eſſe vnionem hypoſtaticam? Vis dicam tibi ad aurem duo verba? Ad ſcholas. Neque enim hanc doctrinam ſatis intelligis.

Vt verò ſcias hanc eum hæreſim non condemnare, ſed in peius ruere: profitetur in opuſculis, & hæc demum ſunt eius verba,

Digitized by Google

Corpus & anima in Chriſto verè & perſonaliter vniuntur, & perſonam conſtituunt humanam. Et in Colloquio Montpelgartenſi cùm ei Turciſmus objiceretur, reſpondit. *Neſtorianiſmum ferre poſſum, non Alcoraniſmum.* Et hunc præſtantiſſimum Theologum profitere, ego impigrum Theomachum

——— Acremq; Moloſſum.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Sequentes blaſphemiæ tuæ non ſunt præcedentibus abſimiles, quum interrogas num Beza fuerit præſtantiſſimus Theologus, qui libro contra Heshuſsium folio* 284. *& in Concilio Montpelg. fol.* 77. *docet corpus Chriſti non ſolùm per efficaciam & effectum, verùm etiam per eſſentiam & naturam tempore Abrahæ & cæterorum quorundam Patrum veteris teſtamenti extitiſſe. Atque hac de cauſa ab Heshuſio*, ais, *Smindelino Schluſſelburgio, Lutheranæ ſectæ miniſtris blaſphemia arguitur, conuincitur*, &c. *Item num præſtantiſſimus fuerit Theologus, & non potiùs Atheus Caluinus, qui in pſal.* 129. *& lib.*4. *Inſtitut. animas vmbras mortis eſſe, & annihilandas pronunciauit?*

ANASTASIVS CARMELITA.

25. §. 1. Impiorũ blaſphemias, errores detexiſſe, blaſphemia non eſt. Vis dicam? Vt tu, ſic ſolet

——— Culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.

Antequam porrò reſpondeam his, quæ ad iuſtificationem Bezæ & Caluini adducis pag. 109. 110. 111. 112. 113. Lectorem meminiſſe velim eius, quod Patres primitiuæ Eccleſiæ obſeruarunt, ſolemne fuiſſe hæreticis ſui temporis, nimirum multa præclara & vera, falſis ſuis aſſertionibus miſcere. Sabelliani iſtud Chriſti obij-
Ioan. 10. ciebãt. *Ego & pater vnum ſumus*: eo autem fine hanc veri-

veritatem, vt perſonas confunderent, nec à ſe realiter diſtingui oſtenderent. Arriani quoque iſtud, *Pater maior me eſt.* vt Chriſtum ſecundùm diuinitatem minorem patre mentirentur. Idem Bezæ iſtis locis ſolemne eſt, ne à ſuperiorum iſtorum hæreticorum more, vitioque recedat, Ioan. 14.

Ne comites deſint ſedula turba canes.

Nam Patriarcharũ *fidem de Chriſto & noſtrã eamdem debuiſſe eſſe, 2. Totum Chriſtũ ab illis ſicut à nobis comprehendi oportuiſſe, 3. Virtutem Chriſti Dei & hominis non ſeparandam ab vtriuſque naturæ eſſentia. 4. Sine mediatore neminem ſeruatum fuiſſe. 5. Hac fide iuſtificatos Patriarchas eſſe, 6. Chriſti virtutem & efficaciam ad eos vſque dimanaſſe. 7. Non minùs Chriſti membra fuiſſe naſcituros, quàm nos natos*: vniuerſa hęc vera ſunt, quę Beza pręfatis locis, multis deducit. Verùm *Chriſtum eis præſentem fuiſſe, non ſolùm ſecundùm virtutem & efficaciam, 1. ſed etiam ſecundùm eſſentiam & naturam: 2. res à Deo nobis promiſſas, ſecundùm naturam & eſſentiam ſuam fidei præſentiſſimas eſſe: 3. Eandem rem præſentem fuiſſe ſecundùm eſſentiam & naturam: 4. non exhibitam eſſe: 5. actu non extitiſſe.* Cuncta hæc falſiſſima ſunt & ſibi pugnantia. Non enim Chriſtus potuit eſſe præſens ſecundùm eſſentiam & naturam humanam, niſi priùs verbum carnem aſſumpſiſſet. Nec fides facit res abſentes, præſentes eſſe ſecundùm eſſentiam & naturã. Sed & repugnat rem præſentem eſſe, ſecundùm naturam & eſſentiam ſuam & actu non eſſe. Repugnat rem promiſſam, ſecundùm eſſentiam & naturam præſentem eſſe ei cui promiſſa eſt, & non exhibitam. Quis enim cogitauerit Bezam, nunc nobis præſentẽ eſſe ſecũdùm naturam ſuam & eſſentiam, & non priùs ex matre natum? Credat quantũ volet Polyãder

Bezam abſentem ſibi præſentem eſſe, præſens ipſi aderit ſecundùm naturam ſuam & eſſentiam? Somnia, ſomnia mi homo. Et poteſt Polyander præſens eſſe vxori ſuæ ſecundùm ſuam ipſiuſmet naturam, & eſſentiam, & actu non eſſe? Poteſt promiſſus ſuæ vxori, eidem præſens eſſe ſecundùm naturam & eſſentiam ſuam, & non exhibitus eſſe. Quæ ratio hæc pati & admittere poteſt? Adeo vt falſiſſima ſint, quæ ex prioribus veris deducta eſſe voluit Beza. Iſta enim indigna ſunt fide ac Catholica veritate: nec erat, quòd tot verborum ambagibus ſuum nobis mendacium fucaret. Verùm ea eſt hæreſeos induſtria,

——— *Spargere voces in vulgum exiguas.*

Carpis quòd Beza non *Corpus Christi* vt ei, inquis, appinxi, ſed totum Chriſtum Deum & hominem, non tantùm efficaciâ, ſed etiam eſſentiâ dixerit præſentem fuiſſe: Qua de cauſa? An quòd totus Chriſtus, homo & Deus ſine corpore præſens ſecundũ eſſentiam & naturam ſuam, eſſe aliquando potuerit? Aut quòd pars non ſumatur aliquando pro toto? At lego dicentem ſcripturam Geneſ. 6. *Omnis caro corruperat viam ſuam*, id eſt omnis homo: & Eſaiæ 40. *Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri*, id eſt omnis homo videbit Chriſtum ſaluatorem. Sic alibi ſæpe. Itaque

Deſine meque tuis incendere, teque querelis.

2. De Caluino autem, *ſuperuacaneum*, inquis, *eſſet referre, quæ ille de animæ eſſentia immortali, perſpicuè & luculentur tradit* lib. 1. Inſtitut. 15. 26. & 2. 10. 9. Admitto. Nam non ſolùm quid iſtis

Digitized by Google

iſtis locis de animæ immortalitate dixerit, conſtat; ſed etiam in 22. D. Matth. verſ. 23. 32. in 16. verſ. 26. in 27. verſ. 44. & in 7. act. verſ. 54. in 23. verſ. 8. Et ſi tamen ſuperiorum ſeculorum hæretici multa iuxta rei veritatem dixerint; tamen non minùs hæretici crediti fuêre. Quid enim de eorum Theologia, quid de eorum fide iudicandum putamus, qui circa rem eamdem

——— *Animo incerto fluitant, errore vagantur?*

Iſtos ſcilicet Chriſtianos, Catholicos Theologos credas, & ab eo regi ſpiritu, qui

——— *Mente labantem Dirigit & dubium.*

Et non potiùs ex eorum claſſe, quorum *diuiſit linguas*, quorum *in ciuitate contradictio*: in quorum *medio miſcuit ſpiritum vertiginis, qui à fide diſcedentes ſpiritibus attendunt erroris, atque in errore verſantur*; quos ſic *ſpiritum erroris, non autem veritatis habere* dignoſcas, quia *non Deum norunt, non eius Eccleſiam audiunt.* Pſal. 54. Eſa. 29. 1. Tim. 4. 1. Ioã. 4.
Nam quod nunc citatis locis profeſſus eſt, quoties alibi negat? Qua de cauſa lib. 3. Inſtitutionis cap. 25. §. 12. videas illum velle & aſſerere *manu Dei lacerari, ac conteri.* Et cap. 20. animas mortuorum, *vmbras, ſpectra, Phantaſmata, mortuas, Idola* vocitare. In cap. 22. Matth. verſ. 23. & 37. ſic pronuntiantem: *Animæ vita, ſine ſpe reſurrectionis, merum eſt ſomnium. Deus non dicit animas à morte eſſe ſuperſtites, quaſi iam præſenti gloria & ſuâ fruantur beatitudine. Qui reſurrectionem conuellit animas immortalitate ſpoliat:* Quaſi verò animæ ex ſe & ſuâ naturâ non ſint immortales, ſed per accidens, nempe corporum reſurrectione mediante, ſuâ ſpe eiuſdem reſurrectionis mediante, gloriâ & beatitudine. Ergòne mortuæ cum corporibus,

niſi

Digitized by Google

niſi reſurgãt corpora?mortuæ quæ nullam ſpem reſurrectionis, gloriæ & beatitudinis habẽt?Vbi ergo damnatorum animæ ? Non meritò quæro, vbi Caluino infernus ? Contra Protheſes Gent. pag. 46. 47. quid ? In conſiſtorio Geneuenſi nonne propoſitum fuit, *nullum melius compẽdium fore, ad tollenda ſanctorum patrocinia, tollendas pro mortuis preces, purgatorij & ſimilium fidem, quàm ſi animas mortales, & interitui obnoxias eſſe profiterentur?* Quid verò in pſal. 129. de quo nunc quæſtio? non ideo animas vmbras mortis & annihilandas pronuntiauit, vt euerteret fidem Catholicam de animabus detentis in purgatorio? Nónne & Marloratus in eumdem pſalmum ſententiam eius amplectitur ac probat? Non enim potuit negare Caluinus pſalmum hunc 129. *De profundis clamaui ad te Domine*, à Catholica Eccleſia vſurpatum, in hominum demortuorum perſona, & ex hoc loco fidem ſtatuere Purgatorij, ex quo, quæ in eo detinetur anima, ad Deum pro ſua liberatione clamat. Nam licet Caluinus reclamet, iure hæreticis hæreditatorio, *nos in alienum ſenſum hunc trahere, deteſtabili & barbara inſcitia.* Dominus Genebrardus Archiepiſcopus Aquenſis in Hebraica lingua, omniũ ſui temporis facilè Princeps. *Aptè* (ait) *ab Eccleſia, piè in defunctorum perſona vſurpatur, quòd purgatorium ſit locus profundus: nempe vnum ex inferni receptaculis, itemque exilij regio, in qua ad tempus à Dei conſpectu & quaſi ſolo, exulatur. Vt neſciant Hebraiſmum qui interpretantur, è profundis animi ſenſibus, vel anguſtijs, de profundis cordis vel anguſtiarum, ex intimis præcordijs.* Quare ſi Caluinus Hebraiſmum ſciuit, quàm aptè, quàm piè ab Eccleſia ad hunc finem hic pſalmus aſſumeretur, ſatis nouerat, quid igitur

Genebrard. in pſal. 129.

Digitized by Google

tur faciat? ſatius ei viſum in ſyllam, quàm in caribdim incidere, atque hæretica Phreneſi percitus & actus, ad deſtruendam fidem Purgatorij, maluit pronuntiare, iuxta Conſilium Conſiſtorij Geneuen. de quo nunc, *animas vmbras eſſe, & annihilari*, tantùm abeſt vt in purgatorio concludantur. Quocirca rurſus. Vbi Caluino infernus?

Quod adfers, vt eum ab hoc Atheiſmo purges, nempe, *mortuas vmbras dixiſſe cum Virgilio aliiſque poëtis, vt fabulas Ethnicorum de nocturnis animarum inter viuos volantium repræſentationibus, quas* (inquis) *populo decantamus, hac deſcriptione adumbraret*. Hæc tua eſt expoſitio & interpretatio, non Caluini intelligentia; non eius ſenſus. Nam quæſtio eſt, an profundum, de quo pſal. 129. purgatoriũ dicat, & an in eo anima incluſa, hanc ex hoc loco orationẽ ad Deum pro ſua liberatione dirigat: non autem, An animæ circum hanc regionem noſtram, nocturnis horis volitent.

Quo in loco erras & peramplius erras atque caluminaris. Nam mortuorum animas volitare, aut errare circùm hanc regionẽ, minimè decantamus. Nouimus hunc fuiſſe Ethnicorum errorem, quem deteſtamur cum D. Chryſoſtomo. Quid igitur? contra hæreticos & Atheos, aliquando, ſic Deo diſponente, ac volente, ad nos redire, hominibus apparere, apertis ſcripturæ locis confirmamus, vbi & quando opus eſt. Atque eadem auctoritate qua Dæmones, qua Angelos hominibus apparuiſſe, & etiamnum apparere certum eſt. Quod vnum nonniſi ab hæreticis, Atheis, Epicureis negari contingit. Homil. 2. de Lazaro.

Cæterùm conuitia, quibus me etiam hîc aſpergis,

Digitized by Google

pergis, quibus me apud Lectorem toties traducere prætendis, improperia illa non attingo. Non Bezam non Caluinum à ſuis impietatibus lauabunt. E tuo autem Cœmeterio alia ſunt exſpectanda? Perge ergo, & ex eodem audiamus te reiectantem ſputamina. Nihil mea intereſt humine an ſublime putreſcas.

CAPVT XI.

Caluiniſta Miniſter homo eſt & fraude & mendacio compoſitus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *SVpereſt poſtrema tua criminatio, qua Dialecticæ (quam aliquot annos publicè ſum profeſſus) imperitiam mihi exprobras*, &c. 2. *Puerilibus tuis dicterijs & vociferationibus monachalibus iteratu ridiculis (in quibus eloquentiam poſitam eſſe exiſtimas) chartas meas non onerabo, ne hoc volumen in nimiam molem excreſcat*, 3. *Tria tantùm hîc monebo*, 1. *Quòd ſupra aſſumptionis meæ veritatem abunde demonſtrauerim, nimirum*, Cocheletium comminiſci, quod numquam oſtendi à me præſtitum, & negare, quod ſæpius à Mechelmanno factum probaui, 2. *Cocheletium cùm me hoc nomine reprehendit, quòd deſcriptionem hæretici Miniſtri, definitionem appellauerim, non me, ſed ſeipſum ignorationis redarguere artis Dialecticæ, quæ docet vocabulum definitionis latè ſumptum, non tantùm pro deſcriptione, ſed etiam interdum pro interpretatione vſurpari.* 3. *Quòd non meum, ſed ſuum ipſius portentoſum argumētandi modum irrideat, & vitium quo ipſius argumentationem affectam eſſe obiter indicaui, aper-*

Digitized by Google

apertè coarguat, cùm hunc ſyllogiſmum, quem permutato tantùm nomine in ipſum regeſſi.

Hæreticus Miniſter & præſertim Caluiniſta humanæ gloriæ cupidus, vanitatis amans, vt huic ſuæ cupiditati ac libidini ſatisfaciat, multa commiſci ſolet, quæ numquam præſtita ſunt. Anaſtaſius Cocheletius (vt ſupra docui) quò ſuæ cupiditati ac libidini ſatisfaciat, multa comminiſcitur, quæ numquam præſtita fuerunt. Ergo Anaſtaſius eſt Miniſter hæreticus & Caluiniſta.

Similem eſſe (ait) *huic ratiocinationi*. Aurum eſt lucidum; æs eſt lucidum, igitur æs eſt aurum. *Et duabus ſimilibus quas producit lib. ſui pag.* 10 &. 11.

ANASTASIVS CARMELITA.

26. §. 1. Quod ex veritate dicitur ne criminationem dixeris. Imperitiam tibi obieci Dialectices, vel ſi eam publicè profeſſus fueris, ex rei veritate. Neque aliquando purgaueris te ab hac nota & macula.

2. *Puerilia dicteria*, *Monachales vociferationes* noſtra vocato, quoquo voles nomine dignare; nihil moror. Nam nihil præſtiti, quod magni viri non præſtiterint. *Dicta quædam & ioca*, præſertim in hæreticos, *apud quos*, inquit Tertullianus, *multa ſunt, ſic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Vanitati propriè feſtiuitas cedit*. Mihi igitur, cur non licuiſſet. Erubuiſti? ſalua res eſt. Tertull. aduerſus Valentin. cap. 6.

3. Tria attingis, quorum primum, quia & hoc & ſuperiore exploſum abunde, ſua repetitione ac redintegratione non hîc chartam maculabit. Hoc

Digitized by Google

Hoc vnum conſtanter dico. A contradictione, mendacio cõiuncta, hac, numquam te expedies.

Itaque ſecundum attingo, & quia adigis, repeto: ignoraſſe te, quid definitio eſſet, quænam eius leges. Nam etſi definitio latè ſumpta, pro deſcriptione, vel etiam interpretatione apud Dialecticos vſurpetur 1. Interpretationi quis hîc locus? Miniſtri, præſertim Caluiniſtæ, interpretationẽ attigi? ne per ſomnium quidem: 2. Eius quidem diſcriptionem attigi; ſed quia argumento illam in me retorquere parabas, videndum tibi erat, quibus deſcriptio conſtitui ſolet, quibus definitio. Vidẽdum tibi erat ne vel definitionem propriè ſumptam, ne vel deſcriptionem, quæ ex proprio, quod omni, ſoli & ſemper conuenit; vel pro definitione, vel pro deſcriptione late ſumpta aſſumeres, quemadmodum hoc & ſuperiore libro vſurpaſti. Nam ab iſtis non ſimiliter argumentatur, atque illis. Atque deſcriptionem, quæ ex proprio, quod omni, ſoli, & ſemper conuenit, pro latiùs ſumpta, grauiter allucinatus in Dialectica, accepiſti. At poſſunt, mi homo, etiam alij ab hæretico Caluiniſta, eſſe cupidi humanæ gloriæ, amantes vanitatis, aliquid comminiſci; quod numquam præſtitum fuerit. Quare non potuiſti non errare in Dialectica, non ignorare, quid vera definitio, quid vera deſcriptio, quæ eius leges eſſent; quod diſcrimen eſſet inter eas & definitionem vel deſcriptionem latè ſumptam, quæ differentia, inter iſtarum & illarum leges.

Argumentum verò quod produxiſti, eſſe meum conſtantiſſimè nego, ſed ex cerebro tuo natum. Nam, magiſter Ioannes, ne cogitauero

qui-

Digitized by Google

quidem Abſynthiũ, quod amarum eſt, Laurum eſſe, aut Laurum, quæ amara eſt, eſſe Abſynthiũ; quemadmodum imperitiâ Dialecticæ laborans cogitaſti. Numquam cereuiſiam, quæ potantem decipit, eſſe vinum, aut vinum quod etiam decipit potantem, eſſe cereuiſiam, vt producto à te argumento ſomniaſti. Quod

Solùm nec docta verterunt pocula Cyrces.

Quibus tamen longè potentior Polyander. Nam ſi volet, & concedo,

In noua fert animus mutatas dicere formas,
Fit lupus, & veteris ſeruat veſtigia formæ.

POLYANDER CALVINISTA.

1. Imò, eadem manu has quinque ſequentes argumentationes in ſuperiore tua cenſurâ ex puris affirmantibus in ſecunda figura, contra Dialecticorum regulas exſtruxeras, quas tamen nunc euertis, quarum prima fuit.

Hæreticus Miniſter verarum reſponſionum loco iniurias multas eructat.
Ioannes Polyander verarum reſponſionum loco multas iniurias eructat,
Ergo eſt miniſter hæreticus.

Aliæ huic ſunt ſimiles. In quibus argumentationibus, tanquam in ſpeculo pueri qui in ſcholis triuialibus Logicam tantùm à limine ſalutarunt, conſiderare poterunt, quantus ſis, Cocheleti, Dialecticus & quàm acutus diſputator, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

27. §. Quemadmodum ſuperiorem, ſic nec iſtas quinque in ſecunda extruxi figura, ſed tu ex fraude & mendacio. Aperio, 1. hanc concluſionem probatã eſſe volui in ſuperiore mea cẽſura, nempe *Polyandrũ nihil alienũ facere à Miniſtro hæretico.* Ita enim ad D. Mechelmannum ſcripſi, & prudens Lector poteſt legere me ſic ſcribentem. *Le-*

Digitized by Google

& is eiuſmodi literis reperi Polyandrum nihil ab hæretico Miniſtro alienum ſcribendo facere. Probaui hanc concluſionem perpetuâ enumeratione eorum vitiorum, quę Miniſtro hæretico ſolemnia eſſe ſolent; quæ enumeratio probandæ concluſionis, non in ſecunda, ſed in prima figura reducenda erat. 2. Hanc concluſionem, *Ergo Polyander eſt Miniſter hæreticus Caluiniſta*. Quam mihi imponis, probare non intendi; nam aliud eſt ſimpliciter & abſolutè hæreticum eſſe, aliud ei, in quibuſdam vitijs communicare. Quare ſi opus fuiſſet argumentationem, quam Dialectici vocant expoſitoriam, in modo & in figura reducere, in prima figura, non in ſecunda hoc modo relata fuiſſet.

Quicumque verarum reſponſionum loco iniurias multas eructat, is nihil alienum ab hæretico Miniſtro facit,

Ioannes Polyander reſponſionum loco multas eructat iniurias,

Ergo nihil ab hæretico Miniſtro alienum facit.

Eodem modo reliquas. Quid quòd fuit perpetua comparatio Polyandri cum Miniſtro hæretico, per enumerationem facta? Quæ demonſtrandi per comparationem ratio, non ſubijcitur niſi expoſitoriè & reductiuè, ad modos & formas Syllogiſticas. Alioqui, bone vir, hîc & alibi, vbi opus eſt, ſeruatæ à nobis ſunt Dialecticæ leges, nec ſine præcepto ſcribimus. Verùm, niſi ex mendacio & fraude ageres, quid ſcriberes? Qua de cauſa, hominum vaniſſimè, non pueri in ſcholis triuialibus, ſed viri graues, & bene docti, quique iam repoſuerunt, tuam ignorantiam & in Dialectica imperitiam, mendacium & fraudem condemnabunt; dignum iudicabunt,

Digitized by Google

bunt, qui ad ſcholas rurſum mittaris, cum fraudulentis & mendacibus computeris, virgis ac flagris excipiaris. Iubebunt vt te tua

Vrant Lethæo perfuſa papauera ſomno.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Simili ratiocinatione euincam, te nomine & omine eſſe Cocheletium, id eſt.* 2. *vt quidam Gallicum tuum cognomen interpretantur,* Paruum *& vilem* aurigam, *vel, vt, alij ad idem nomen alludunt, Antichriſti de grege* Porcellum *ſic vidilicet argumentando.*

Porcellus cibos ſibi gratos auidè comedit, Cocheletius cibos ſibi gratos auidè comedit, *Ergo* Cocheletius eſt Porcellus. *Item.* Auriga bilioſus & illiteratus litigator voces ſuas cum clamore profundit, Cocheletius voces ſuas cum clamore profundit, Cocheletius ergo eſt auriga Bilioſus atque illiteratus litigator.

3. *Abi iam Cocheleti, & priuſquam feſtucam quæras in meo oculo, trabem, quam in hoc ſpeculo conſpicis, ex oculo tuo eijce, nec in poſterum iudicium tuum in me præcipitato, ne grauiùs à me iudiceris.*

ANASTASIVS CARMELITA.

28. §. 1. Ratiocinatio iſta ex fraude & mendacio inuēta eſt, & mihi gratis affićta. Hãc tu tibi propoſuiſti, vt & tibi riſum moueres, haberes quod ſcriberes, ſpuma eſt, quam excreaſti, qua velut præſidio magnæ alicuius doctrinæ, eruditionis, ac peritiæ, tegereris. Cœnum atrum, quo tuam oblinires in Dialectica imperitiam, & ignorationis maculam à te repelleres. Sed Protogenes Hyaliſium ſuum hoc cœno oblitum videt, & ſubterfugientem vim maculæ huius, probè obſeruat; quamque

——— *Clauſo murmure raucus*

Neſcio quid tecum graue corniceris ineptè.

2. Recorderis Lector ſuperiore lib. pag. 11. dixiſſe me non fuiſſe, quòd quis mihi Ouidianas Metamorphoſes, Cyrces tranſmutationes, Medeæ decoctiones opponeret, referret; Tantùm eſſe quod Polyandrum cõuenimus, qui nullo labore, nullo negotio de aue Æthiopem, ex ære aurũ producere poſſet: & vide mihi quàm verè dixerim. Ex Cocheletio enim, Francis Gallulo gallinaceo, Porcellum, vel ſi mauis paruum aurigam ſeu vilem tibi proferet. Ecquas gratias tibi referam magiſter Ioannes? ô me infelicem & tanto tempore deceptum! Et vnde mihi tantus ingenij ſtupor, vt hactenus hæc nominis mei myſteria comprehendere minimè potuerim? Certè hoc Oedippo, olim *duplici ſcelere cõfuſo* opus mihi erat, hoc Dedalo, qui mihi tam recõditę rei ſinus aperiret. Neque verò putet quis rem parùm arduam, parùm obſcuram fuiſſe. Siquidem quantalibet ingenij dexteritate valeat Polyander, indiguit tamen aliorum ſtudio atque acumine. Alij (inquit) Cocheletium *Aurigam paruum*, & de ſuo addens *vilem*: alij *Porcellum* interpretantur; Imò & *de Antichriſti grege* (ait) pro ſua in me beneuolentia, liberalitate. Quæſo, non ſubtilitate ingenij ſuperfluit? ô ſagacem & dignam Caluiniano cerebro nominis mei Æthymologiam. Amabò vnde petitam putamus? A plauſtro, curru, ab hara, in Macello

Lactant. lib. 6. de vero cultu c. 20.

In triuijs fixum cùm ſe demittit ob aſſem.

Semper rogitabundus ſuper nominis mei alluſione, fortè plauſtrum more patriæ aſcenſurus Aurigam confabulationis gratiâ, linguę Gallicæ

ſe

Digitized by Google

ſe peritiorem interrogat, num ſciret quid Gallis Cocheletius ſignificaret. Huius nominis myſterium explorant. Auriga, qui non niſi de plauſtro ac curru penſitat, interrogatus videre ſibi, niſi verò grauiter allucinaretur, aliud nihil innuere, quàm *paruum Aurigam*. Feliciter omninò ſubiunxit Miniſter noſter, & in tabella hac mea cõſigno; addo tamen vilem, nequis putet ſolertiã ingenij me à te ſuperatũ. Et licet arrideret hæc cum auriga cõſultatio, tamen mens eius, bonę iſtius interpretationis epulis non omnino ſaturata repetit, cogitat, verſatque animo, num aliquod aliud Sacramentũ ſub cognomine hoc noſtro lateret. Forte, ne mentiar, iter habebat ad villam porcis abundantem, vt in ea conſilio & de mandato vxoris vnum atque alterum Domui, ac familiæ ſuæ emeret. Neque porrò, Lector, mireris. Siquidem *apud eos, qui Laicus, Epiſcopus, Presbyter, Diaconus eſt, & qui Epiſcopus, Presbyter, Diaconus idem & Laicus*. Apud eos, qui emptor, venditor, Auriga, Subulcus, Bubulcus, Haringarius, Lanio, Cerdo, Faber ferrarius, ferrarius, Tympaniſta, Teſtudinarius, Fiſtulator, Tibicen, & reliquarum artium, quas cogitare potes, doctus, idem Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus. Itaque eò cùm deſcendiſſet, interemendo occurrit illi cogitatio cognominis noſtri. Ibi Subulcum conuenit, fortè linguæ Gallicæ etiam benè peritum, ab eo ſciſcitatur, num etiam ipſe, indicare illi poſſet, quid Gallis cognomen hoc *Cocheletius* deſignaret. Cui Subulcus, Hui, Magiſter & Domine Miniſter, hoc ignoras, aut diſcipulum tuum rides? Non rideo (inquit Polyander) ſed ſeriò interrogo, tantùm

Tertull. lib. 1. preſcript. 41. cap.

ſi noueris, indica. Cui Subulcus, Viden Porcelloſ iſtos? *Cocheletius* Gallis *Porcellum* ſignificat. Feliciter & hoc, quod etiam tabellis meis inſcribam, ſubiecit Ioannes **Van den Kerck-houe**. Inde petita cognominis noſtri huius vtraque alluſio, & deducta iſta duo argumenta, quæ ad magnam ſui nominis ſcilicet commendationem & laudem, non correcturus ſuam in Dialectica imperitiam, conſtruxit. Nam velis nolis, ſic placet illi argumentari & ex homine Bouem, Cuculumque producere.

Bos fert cornua,
Polyander fert cornua,
Igitur Polyander eſt bos.
Cuculus plumeus eſt; pluma mouetur,
Polyander plumeus eſt, plumaque mouetur,
Igitur Polyander eſt Cuculus.

Aut corrige tuam argumentandi rationem, quam mihi falsò appingis, aut ne velis, ſic argumentando & ratiocinando, ex homine te Bouem ac Cuculum conſtituere.

3. Iubes me abire? Abeo, & tuas has fæces odorandas tibi relinquo.

4. Ecquis enim has ſordes ferret, pateretur? Obiectam oculis meis ac pedibus, non feſtucam vt vis, ſed trabem, non mouiſſem? mi homo, non omnis, qui cornua fert Bos eſt, qui plumas & pennas habet, Cuculus. Non hoc voluero, neque concluſero. Si tibi aliter, habe in quo delecteris, peramplìuſque oblecteris.

Stat grauis Entellus, niſuq; immotus eodem,
Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit.

Atq;, quod dicitur, *Bos laſſus grauiùs figit pedē.* Adeò vili æſtimam* inane & vanū iſtud tuum iudiciū.

Po-

POLYANDER CALVINISTA.

1. *At bona fide, cui hæc bono? Equidem iſthæc, cum à moribus meis abhorreant, penè inuitus adjeci, quamquam tuis prouocatus ineptijs. Tu verò, quum quid iſtiuſmodi protuliſti, mirificè ac feſtiuè te ſperas locutum. Habes igitur, quo te oblectes, & quod dicitur, ſimiles labris lactucas.*

ANASTASIVS CARMELITA.

29. §. 1. Ipſe quæro, quæſo: cui bono hæc? Non ſatius fuerat feſtiuam correptionem excipiendo, tuum erratum aliàs emendare, quàm obſtinatâ & pertinaci voluntate obſiſtere; ex fraude & mendacio aliud erratum, quin etiam tuum mihi appingere? quàm iniqua, imperitia vna atque altera ad cognomen meum mentitâ alluſione, vulnus hoc redintegrare? Sed verè oracula diuina? *Noli arguere deriſorem, ne fortè oderit te. Inſipiens non recipit verba diſciplinæ ac prudentiæ: Nec amat peſtilens eum, qui ſe corripit. Odio habet corripientem, & loquentem perfectè abominatur.* Prouerb. 9. & 18. Prouerb. 16.
2. *A moribus tuis iſthæc abhorrent.* O ſimplicitatem, & pectus niueum Caluiniſtæ Miniſtri! *Malus, vbi bonum ſe ſimulat, tunc eſt peſſimus,* inquit ille. Conſulit alter: Amos 5. Publ.

Subdola famoſæ, moneo, fuge retia Mechæ.

Non enim ſub ſimili verborum paratura, ſub hoc melle

Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas?

Nam ſi ſic abhorrebant, cur tertiò redintegrata voluiſti? Cur tam ſæpe in hoc iſto libro? Quiſquilias iſtas verborum, iſta lenocinia alijs emenda expone. Non enim credimus. Imò non te in iſtis Lautrices, non Haringariæ, Lutetiæ ad par-

uum pontem, ſuperarent, vel ſi integrum ſuum conuitiorum ac iniuriarum calepinum explicare inſtituerent. Vinceres, & palmam in eas referres, tandemque obmuteſcere cogeres. Non mihi nũc minitabaris? teq; grauiùs me exceptúrum gradi ſupercilio? O mutationem, paulò ante cornua habebas, & nunc agnus es, ac balas tantùm. Repugnat cognominis tui proprij omen, omen omnis putidæ carnis ac male olentis dictionis. Diſpiciamus.

CAPVT XII.

Caluiniſta Miniſter errato conuictus, erratum in alios reijcere tentat; & vnde Caluiniani.

POLYANDER CALVINISTA.

1. Ἀσυστολογίας *& inanes tuas argutiolas, quibus hoc caput abundat paucis confutabo.* 2. *Prima conſtat hoc Enthymemate.* Quicquid iniuriæ à Caluiniſta Miniſtro proficiſcitur beneficium, quicquid maledictionis, benedictio, quicquid violentiæ, amicitia, quicquid rapinæ, donatio, quicquid crudelitatis, humanitas, quicquid furoris ac iræ, mititas (vt tecum hoc barbaro vtar vocabulo) quicquid rebellionis, obedientia, *&c.* Ergo vt nec primam aut ſecundam, ſic nec tertiam calumniam in Ioannem Polyandrum reperiar protuliſſe.

Ecquanam eſt in hoc Enthymemate connexio antecedentis cum conſequente? non arctior ſanè, nec minùs ridicula, quàm

quàm ſi ſic argumentaretur. Baculus ſtat in angulo, ergo cras pluet, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

30. §. 1. En quàm à tuis moribus abhorrent conuitiorum, calumniarum, fraudium ac mendaciorum commenta. 2. Certè me mea cauſa excidiſſe crediderim, ſi hîc, vt vbique, Lector, fraudem ac mendacium, aut ignorantiam tuam non notet, ſi nõ obſeruet vera eſſe, quę olim de hæreticis pronũtiauit multis locis Tertullian. & iſthęc tibi quadrare. *Illis ferè mos eſt, ſimplicia quæq; torquere: ſimplicitatem verborum communiũ in quæſtionem vertere, diſponere, interpolare, id eſt* nouam formam dare: *Abruptumq; ampliſſimum ſalire, ingentes ſaltus in Epiſtolis facere, auferẽdo, quæ volunt, eodem, quo volunt tribuẽdo, non quo debent aptiſſime excludẽdo.* Non enim hîc Camelum ſaltantem, Lector Chriſtiane, vides? Noſtra ad inuidiam popularem torquentem & deflectentem? Certè multa ſtolida & vana in hoc ęuo legimus: iſtud verò culmen eſt omnis inſaniæ.

Tertull. lib. præſcript. cap. 17. 38. 39. 40. & aduerſus Hermogenem 19. & 27. & lib. 5. in Marc. cap. 14. lib de Pudicit. cap. 8.

Verarum reſponſionum loco, multas in me iniurias euomuerat iſte Miniſterculus. Oſtenderam, ac refutaueram. Hanc iniuriarum refutationem calumniam eſſe voluit. calumniam non eſſe dixi, hac Ironiâ vſus. *Niſi verò ac fortè aberrem & in ipſo impingam limine. Quî ſic? Quoniam quicquid iniuriæ à Caluiniſta Miniſtro proficiſcitur, beneficium, quicquid maledictionis, benedictio, quicquid violentiæ, amicitia, quicquid rapinæ, donatio,* &c. Quis hîc locus Enthymemati exſtructo fraude & mendacio huius Miniſtri Caluiniſtæ? Non eum

—— Nequitiæ procatiores
Delectant nimium, ſaléſque nudi?

Digitized by Google

Ironia hæc, non hoc à diſiunctis & hypotheſi argumentum includit? Aut id, quod à Miniſtro Caluiniſta iniuriæ, maledictionis, violentiæ, crudelitatis, rapinæ proficiſcitur, eſt beneficium, benedictio, amicitia, donatio, aut non. ſi illud, fateor, calumniam intuli. Si autem iſtud, vt nec primam nec ſecundam, ſic nec tertiam calumniam inuſiſſe inueniar. Quapropter, vt vides, aut

Inguinis & capitis, quæ ſunt diſcrimina neſcit;

aut ex mendacio & fraude compoſitus agnoſcitur. Amabò non operepretium fuerit ſimiles comprimere, & dignis ſupplicijs infra modeſtiæ ac veritatis fines continere? Sed quis Miniſtrum Caluiniſtam continuerit? *Non poteſt Aethiops mutare pellem ſuam, non pardus varietates ſuas*. Non, vt tu, mi homo, ſic ſalto.

Hier. 13.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Secunda hoc exprimi poteſt Syllogiſmo, Quidictum Vlpiani de Magiſtratu ſententiam iniquè pronuntiante, ad priuatos traducit, mutuis contumelijs ſe impetentes, is iuris eſt imperitus. Id facit Polyander. Ergo iuris eſt imperitus.* 2. *Maiorem tuam propoſitionem non eſſe ſimpliciter veram hinc apparet, quòd iuriſperiti ſententiam per iniuriam datam eſſe affirment, quæ iure vacat, ſiue hæc à prætore, aut Iudice, ſiue hæc ab arbitris (qui interdum ſunt priuatæ perſonæ) ſit pronunciata.* 3. *Ad minorem reſpondeo, neminem, niſi fortè ſenſu communi ſit priuatus, tibi conceſſurum, nos omninò in numero hominum priuatorum eſſe reponendos, cùm vterque, publico in Eccleſia noſtra fungamur munere.* 4. *Atque ab ea de aliorum dictis & factis ex iure diuino iudicandi poteſtatem acceperimus.*

ANASTASIVS CARMELITA.

31. 1. Vix credi poteſt quanto ſudore effugium tibi perquiras, quo te immunem ab euidentiſſima

errati

Digitized by Google

errati nota exhibeas. Dolerem vices tuas, ſi ipſe doleres. Quorſum amabò exſtructio hæc argumenti in modo & figura? Quin & agentis & reſpondentis ſimul perſonam ſubis. Argumentum non improbo, ſed nequitiæ ſtudium. Magna hæc inſania non ſolùm non agnoſcere reatum ſuum, verumetiam contra fas omne moliri, vt quis, quamquam innocens, reus putetur, habeatur. Sceleſtum crede facinus.

Monet ſacra Scriptura: *Ne quæras in domo iuſti iniquitatem.* Hæc verò à te fruſtrà intenduntur, &

——— tua te ludit imago
Irrita cùm falſum ſomnia mittit ebur.

Vt autem Lector facile dignoſcat, meminerit queſtus mei. Conqueſtus enim ac meritò, te verarum reſponſionum loco multas in me iniurias, vt vbique ſoles, euomuiſſe. Meminerit te negaſſe, atque hanc ſententiam Vlpiani probandæ negationis tuæ, rationis loco, adduxiſſe. *Iniuriam dicit, qui iniquè & iniuſtè ſententiam dicit.* Meminerit deniq; hanc iniuriam, de qua Vlpianus, non intelligi, quemadmodum ſuperiore libro annotaui, de iniuria, qua ſe mutuò particulares perſonę impetunt, ſed de ea, quam iudex ſententiam iniquè ac iniuſtè pronuncians, facit iuſtæ cauſæ, eique cuius cauſa iuſta eſt. Hanc meam reſponſionem, huc, argumenro reducto ad formam & modo, vt probes te non iuris imperitum, ſed magnum aliquem à iuriſprudẽtia hominem, redintegraſti, refricaſti. Nunc ergo videat Lector, quàm feliciter & feſtiuè. Ad maiorem reſpondes, quòd non ſit ſimpliciter vera. Qua ratione? Ratione, quam tibi omnes negauerint. Nam Arbiter, qua ex parte à litigantibus eligitur,

Digitized by Google

tur, vt de eorum lite pronuntiet ac iudicet, eorum conſideratione perſonam, vices, ac partes ſubit iudicis, aut prætoris, & proinde publicæ perſonæ.

3. Ad minorem reſpondes, quòd tu & neſcio quis alter, publico, in Eccleſia veſtra munere, fungamini.] Hæc reſponſio. 1. Supponit maiorem ſimpliciter eſſe veram. Alioqui, quorſum iſta oſtentatio ficti publici muneris? 2. eam probas, quia alioqui ſenſu communi carere ſit dicendus, qui vos reponendos in numero hominum priuatorum aſſereret.

Quin potiùs, bone vir, vecors & præfractæ frontis, qui non propugnet conſtantiſſimè vos reponendos cum L. Plotio in *bordeariorum* numero. Qui enim eſtis vos, & vnde? Qui? hi de quibus, ſi de quibuſdam iuſtè conqueritur Deus. *Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore meo. Non mittebam eos & ipſi currebant. Non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant in nomine meo mendacium*. Iſta qui negat, negat aliquãdo extitiſſe aut eſſe poſſe falſos prophetas. Auus veſter Lutherus vnde? Originẽ eius paucis deducamus, vt & filiorũ ſciamus. A quo verò meliùs & veriùs, quàm ab eodem & eius diſcipulis? Itaque tom. 7. Operum impreſſ. 1557. apud Thomam Kelug. Wittenbergæ ſic loquitur: *Contigit me ſemel ſub mediam noctem ſubitò expergefieri. Ibi Satan cœpit mecum eiuſmodi diſputationem. Audi Luther doctor perdocte, &c.* Vbi & quinque argumenta laciniosè deducit, quæ dicit Satan ſe docuiſſe contra Miſſæ ſacrificium, quibus ſe fidem adhibuiſſe, quæ ſe publicè concionatum, & alterâ die ſcripſiſſe, fatetur. Ab eo tempore ſe abſti-

Sueton. lib. de cla. orat.
Hier. 23.

Digitized by Google

abſtinuiſſe à celebranda Miſſa, idque per quindecim totos annos; quibus expletis ſe ſui ordinis habitum, quod dicitur, vrticis commiſiſſe, & ductâ moniali apoſtatrice in matrimonium, ex ea tres filios & tres filias, ſuſcepiſſe. Tomo primo Colloquiorum folio decimo octauo. Et alibi. *Valde bene noui Diabolum. Mecum in dormitorio nonnumquam deambulat. Quando cum hominibus ſum, non nocet mihi: cùm verò me ſolùm deprehendit, tum docet me mores.* Tomo ſecundo Ienæ. folio ſeptuageſimo. Addit, *Diabolus frequentiùs mihi condormit, quàm mea Catharina. Aduerſariorum argumenta per otium à Diabolo audiui, & grauiora quidem. Habeo vnum & alterum Diabolum, à quibus diligenter & admodum attentè obſeruor. Sunt enim non vulgares, ſed magni Dæmones: imò inter Diabolos Doctores in Theologia.* Colloquio Menſali ducenteſimo ſeptuageſimo primo, ducenteſimo ſeptuageſimo quinto. Rurſus. *Diabolus interdum per meum cerebrum ita commeat, vt nec ſcribere nec legere poſſim.* Epiſtola ad Electorem Saxoniæ. Poſt tot horrenda, vis plura? *Magis* (inquit) *cupio per Diabolum, quàm per Cæſarem mori. Morior enim per magnanimum, atque potentem Dominum. Satan non ſimpliciter, ſed compoſite agit mecum, multis modis mihi præ cæteris fauet.* Et narrans quomodo cum Satana luderet ſcurriliter & mimicè iocaretur, ſcribit: *Sancte ſatan ora pro n bu. Minimè tamen contra te, clementiſſimè Diabole peccauimus, nec à te creati ſumus, nec noſtra à te rec pimus. In manum ſume crepitum ventris, cum iſto baculo vade Romam.* Libro primo Colloquiorum folio quinto & trigeſimo primo. Libro ſecundo Colloquiorum folio nono centeſimo vigeſimo. En quis, qualis, & vnde Auus veſter Lutherus: neque

Digitized by Google

neque verò calumniæ ſunt, non fictæ fabulæ. Siquidem ex ore eius iſta collecta ſunt per Aurifabrum, Rebenſtokium Germanos eius conuiuas & commenſales, impreſſa Wittenberg. Lipſiæ & Francfurti Lutheranę profeſſionis ciuitatibus.

Quod ſi latebras & effugium capturi dixeritis vos non eſſe eius profeſſionis, ſed ſectatores reformationis, quæ initium à Zuinglio, Oecolampadio in Heluetia, à Farello, Ioanne Caluino Geneuæ; non tamen non originem ab eo ducitis. Nam ab eo didiciſtis vociferari, inuehere in ſacrificium Miſſæ, in purgatorium, in ſanctos, in ſedem Apoſtolicam, quemadmodum didicerat à Satan. Atque quandiu Lutherus vixit, Caluinus in omnibus Dietis imperialibus, in omnibus Colloquijs, quibus adfuit, ſtetit à partibus Lutheri. Poſtea ab eo defecit, velut ab eo, qui nimis multa adſtrueret; arguens autem Zuinglium, qui nimis pauca, ab eodem defecit, tertiam opinionem de Sacramento altaris imaginatus; vt ſic hos & illos deciperet. Verumtamen Caluinus non eum vocat *inſignem Chriſti ſeruum, in doctrina veridicum?* Beza cum eo, *inſtauratorem Chriſtianæ religionis, organum Spiritus Dei; hominem diuinitus inſpiratum?* Quoniam igitur partem Lutheranæ, partem Zuinglianę profeſſionis, præſertim quo ad Sacramentum Euchariſtiæ ſpectat, cœperit, vt tertiam ac mediam vobis infunderet, perſuaderet: negare non poteſtis vos ab eis deſcendere. Videamus, quid Zuinglius de ſuæ doctrinæ origine dicat. Quid Lutherus adſtruat. Itaque Zuinglius de ſeipſo. lib. ſubſid. Euchariſtiæ fol. 249. *Cùm tredecima Aprilis lux appeteret (vera narro, adeóque vera, vt celare volentem conſcientia cogat effun-*

Schluſ. lib. 2. Theol. Caluin. fol. 72.

Admon. contra Vueſp.

effundere) viſus ſum mihi in ſomnio, multo cum tædio contendere cum aduerſario ſcriba, ſicque obmutuiſſe, vt proloqui non poſſem. Ibi apomicanis viſus eſt Monitor adeſſe, ater fuerit, an albus non nemini, qui diceret, interpretare hoc eſt, per hoc ſignificat. Diabolum fuiſſe, qui ei apparuit non dubium. Nam boni Angeli nunquam docent ſacram Scripturam corrũpere. Viſio Angelica in forma digna beatis, nec dubia; in ſpecie lucida numquam atra & obſcura. Nihil faciunt, nihil dicunt contra expreſſum Dei verbum. Itaque clarum eſt à nigro dæmone ſomnijs inſtillatis edoctum fuiſſe.

Schuſſelburg. procœmio de Theolog. Caluin.

Nunc reſtat audire quid Lutherus, à quo ex parte receſſiſtis, cum quo ex parte conuenitis, de vobis dicat. *Satanas haud dubium auctor eſt Sacramentario huius ſacramenti labefactandi & euertendi: contendens ouo epoto nobis relinquere putamina. Hoc eſt, Chriſti corpus & ſanguinem è ſacramento tollere, vt præter ſimplicem panem à piſtore confectum, nihil reliquum nobis remaneat.* At teſtibus Caluino & Beza, inſignis fuit Chriſti ſeruus, in doctrina veridicus, reſtaurator Chriſtianę religionis, organum Spiritus Dei, homo diuinitus inſpiratus. De Zuinglianis, qui ab eodem etiam defecerant, quid? *Malignus dæmon habitat in illis & nunc & ſemper. Habent enim inſatanaſiatum, ſuperſatanaſiatum, perſatanaſiatum, blaſphemumque pectus & animum, oſq; vaniſſimum, cui infuſus, ſiue transfuſus Satanas dominetur.* Et alibi, *mihi ſatis eſt iſta beatitudo. Beatus vir qui non abijt in conſilio ſacramentariorum, nec ſtetit in via Zuinglianorum, nec ſedit in Cathedra Tigurinorum.* En qui, & vnde eſtis. Vis altiùs repetam? nonne in hac de Euchariſtiæ doctrina Berengarium Abauum agnoſcitis? Iſte vnde & à quo doctus? Venerat cum quibuſdam alijs viſu-

Tom. 7. ſerm. de de Euch. pag. 334.

Tract. 3. aduerſ. Lutheri ſupremã confeſſ. Epiſt. ad Iacob Brumenſe.

Digitized by Google

viſurus.S. Fuldebertum moribundum anno 550. virum ſanctitate, eloquentiâ, eruditione, grauitate ac virtute conſpicuum. Ingreditur cubiculum, in quo vir ſanctus ſtatim moriturus, lecto decumbebat. In eum hic oculos intendit, manus, digitos extendit, voce intermortua clamat identidem repetens. *Berengarium educite Berengarium educite.* Ad quem adſtantes. Cur ô ſancte, tam ſeuere, tam vehementer? *quoniam* (inquit) *in eius humero Diabolum video.* Iſtis declarans hanc contra Euchariſtiam, doctrinam à Dæmone hauſiſſe. En vnde originem repetitis. En à quo edocti.

Guiliell. Biblioth. Malmeberi lib. 3. Vincent. Beluacẽſis in ſpeculo.

Priuati homines non eſtis, ais; verùm, vbi *gratia per impoſitionem manus Presbyterij*, ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris, qui in doctrina Apoſtolorum perſeuerarunt? hoc enim modo, qui priuati erant euadunt publicæ perſonæ.

4. *In Eccleſia veſtra*, inquis, *à qua poteſtatem iudicandi de aliorum factis & dictis accepiſtis*. Veriùs dixiſſes *in parte veſtra*, *& à parte veſtra*. Nam non aliter patres Africani hæreticorum conuentus vocabant. Solas illas vocabant Eccleſias, eſſeque credebant, *quæ cum Apoſtolicis & matricibus Eccleſijs in fide conſpirabant: quæ Epiſcoporum ſuorum originem ab Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, quique cum Apoſtolis perſeuerarant, referre poſſent; adeò vt primus earum Epiſcopus aliquem Apoſtolorum, aut Apoſtolicorum virorum, qui cum Apoſtolis perſeueraſſet auctorem agnoſceret: ſolus Eccleſias quæ Romanæ, aliarumq; Eccleſiarum Apoſtolicarum fidem ac doctrinam ſequerentur.* Pars veſtra non conſpirat in fide & doctrina cum Apoſtolis, matricibus Eccleſijs, non poteſt nominare ſuum primum Epiſcopum, qui aliquem ex Apoſtolis aut Apoſtolicis viris agnouerit, cum eis perſeuerarit, qui Roma-

Tertull. lib. præſcript. cap. 3. 20. 21. 22. 32. 35. 36.

Digitized by Google

Romanam fidem & aliarum Apoſtolicarum doctrinam tenuerit, in ea perſeuerarit, ſed Berengarium abauum, Lutherum auum, Zuinglium nepotem, Caluinum parentem, homines qui à Romana Eccleſia & omnium matrice diſceſſerunt, ab eius fide receſſerunt. Caluinum, inquam, parentem mortuum. 1564. 14. Calend. Iunij animam è teterrimo & fœdiſſimo, vt ipſe Beza narrat, cadauere. Quare, *etſi de damnatitijs nihil participaret, de ætate ſola præiudicaretur, tanquam magis adultera, & ab Apoſtolis non nominata*. Nullam ergo vobis poteſtatem iudicadi de aliorum dictis & factis non dare potuit. Daret quod nō habet? haberet quod accepit? Accepiſſet à Caluino apoſtata auctore, quo duce ab Eccleſia receſſit? Quæ cùm ita ſint ſenſu communi priuatus eſt, qui vos alio in numero reponit quàm hominum priuatorum.

Beza præfat. Com. ment. Caluini in Ioſue & in eius vita.

Tertull. lib præſcript. cap. 34.

Et licet concederemus iſtud, quod tamen haud admittimus; quæſo, quam in me poteſtatem habes? Nónne reſpectu ac conſideratione mei, priuata es perſona? Non falſum ebur tibi irrita hæc ſomnia miſit? potuiſti in me iniurijs incurrere alius quàm priuata perſona? Iuris igitur imperitus es tuo argumēto in modo & figura diſpoſito, qui iniuriam à Iudice iniquè & iniuſtè ſentētiam pronuntiante ad priuatas priuatorum hominum iniurias traduxeris.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tertiam hac euerto replicatione, quemlibet hæreticum, vt quod ab alio ſibi obiectum eſt, eleuet, quæcumque hîc tibi arrogas*, 2. *ſimili confidentia ſibi quoque poſſe arripere, quòd ſcilicet*, ſit Chriſti ſeruus, quòd recordetur ſeruum non eſſe maiorem Domino, & ſi malè locutus, teſtimonium de ſua maledicētia. 3. *tametſi*

huius vitij toties à ſuo aduerſario, quoties tu à me, fuerit conuictus, ſibi perhiberi cupiat.

ANASTASIVS CARMELITA.

32. §. 1. Admitto, Magiſter Ioannes, neque aliquando hoc vobis hæreticis eſſe ſolemne negaui; & cum Ieſu meo, *de ore tuo te iudico ſerue nequam*. ſciebas enim olim Ebionem Cherintum, Marcionem & reliquos, ſeruos ſe Chriſti profeſſos fuiſſe, *Sectam*, vt cum Tertulliano dicam, *mentitos Chriſtianam, Chriſtianum nomen fruſtrà ſibi impoſuiſſe, Chriſtum in eius ſeruis perſequutos fuiſſe: affectaſſe vocari, quod operum ſimulatione mentiebantur. ſub nomine, nomen impugnaſſe, legem ſub lege debellaſſe; Nomen eorum Chriſtianum ſonaſſe, licet facta Antichriſtum demonſtrarent & fidem perſequerentur, quam ſe profiteri ſimulabant*. Et tu vnus ex illis es. Mirum ſi quod ſibi Catholici iuſtè vſurpant atque arrogant, iniuſtè arripias? Mirum ſi te *ſeruum Chriſti* dicas ipſi inimicus, ſi in mentem tibi iſtud redeat, *Non eſt ſeruus maior Domino*; de mentita maledicentia, *teſtimonium tibi perhiberi* cupias, iſtis ouium veſtimentis, ad fraudem & fallaciam emendicatis, veſtitus incedas? non *veniunt falſi Prophetæ in veſtimentis ouium*? Non ſolent meretrices, quamquam propudioſiſſimæ caſtiſsimarum ac pudicarum virginum veſtes, geſtus, gratias imitari? ad earum ſeſe extrinſecus ſpeciem, quantum poſſunt componere?

Tertull. lib. ad Scapul. cap. 4. D. Chryſoſt. homil. 11. in diuerſ. Matth. loc.

Math. 7.

Virginis os, habitumque gerunt & virginis arma

2. *Simili*, inquis, *confidentia*. Ecce aliam impietatem

Nec ſola hæc ad nos iniuria venit ab iſto.

Nam ſi confidẽtiam pro præſumptione vſurpas falſum eſt Catholicos ex præſũptione Chriſtianos titulos ſibi arrogare. Nõ enim præſumimus m

mi homo, ſed Chriſti gratiâ nobis inditos, quãta poſſumus animi delectione, recipimus. Si autem pro virtute, quæ ex fide & ſpe Chriſtiana proficiſcitur, ſi pro ſimili cauſæ iuſtitia & æquitate, negamus hæreticum hominem *pari confidentia* ſibi poſſe arrogare titulos Chriſtianos, quã eos Catholici vſurpamus, nobis appingimus.

3. *Quoties ab aduerſario, vt ego à te, conuictus fuerit.* Ergo ne (inquit D. Auguſtinus) *oues propterea ſuas veſtes deponere debent, ſi aliquando illis ſeſe lupi contegant?* Lepide omninò. Ecquod, amabò, argumentum mihi exprobrandi nactus es, ſi me Chriſti ſeruum dixero? *Non omnia illi ſeruiunt? Ab ipſo ſalutare meum, non ſubiecta ei* debet eſſe *anima mea:* Ecquod, ſi Chriſti verborum me memorem aſſeruero, & aduerſus maledicentias tuas eius exemplo, patientiâ me armauero? ſi denique de maledicentia tua *teſtimonium mihi perhiberi* poſtulauero? Non hîc incredibilem exprobrandi ac conuitiandi libidinem tuam manifeſtas? Aut ſanum eſt tibi cerebrum, vt elleboro non opus habeas?

D. Auguſtinus lib. 2. ſerm. de verbis Domini in monte cap. 19. Tom. 4.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Ex quarta exceptione liquet te cerebri vertigine laborare, quum ais, te alibi* 2. *quidem aliquando, nunc verò nulla ratione conceſſurum, ictus iniuriarum grauiùs ferire, quàm manus percutientis. Qui ſic Anaſtaſi? Ne,* inquis, me grauiùs à te læſum aliquãdo cogitẽ, quàm fuit Ieſus noſter ab impio illo Miniſtro ipſum percutiẽte. 3. *Non iniurijs, mi Anaſtaſi, ſed iuſtis reprehẽſionibus animũ tuum perculi. Verùm vt quod imaginaris, tibi largiar, quis mecum ex iſta tua monachali cogitatione,* 4. *quod iniurijs non magis lædaris quàm Chriſtus Ieſus fuit manu ſatellitis ipſum percutientis, te alio ſpiritu agitari non arguat, quàm actus fuerit Ieſus Chriſtus, qui impijs Scribarum &*

Phariſeorum blaſphemijs multò grauius fuit 5. percuſſus, quàm bacillo iſtius apparitoris, aut typus Chriſti, Rex & Propheta Dauid, qui conqueritur Pſalmo 57. verſ. 5. quòd dentes maledicorum ſint arma & ſagittæ, ac lingua eorum gladius acutus. Et Pſal. 120. Quod verba ipſorum ſunt ſimilia ſagittis acutis, comparanda carbonibus iuniperorum, qui, teſte Hieronymo, viuaciſſimi ſunt & ardentiſſimi?

ANASTASIVS CARMELITA.

Act. 26. 33. §. 1. Cerebri vertigine non laboro, Domine Miniſter, *non inſanio, ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor*, Scit enim Chriſtianus Lector, non eſſe quòd magnitudinem ac grauitatem iniuriarum nobis factarum conferamus, vel cum minima earum, quas Chriſtus pertulit. Itaque hic, vt alibi, prome quicquid potes calumniarum & maledicentiæ,

Quin huc inanes ſi potes ——— minas

verte; non erit quòd cogitem grauiùs me aut æquè grauiter læſum, quàm fuit Ieſus noſter vel minimâ contumeliâ. Hac cerebri vertigine ſemper laborare optem.

2. Alibi, vbi nulla eſt collatio iniuriarum nobis illatarum cum iniurijs Chriſto illatis, ſcripſi me conceſſurum, non ſemper, ſed aliquando, *ictus iniuriarum grauius ferire, quàm manus percutientis.* Non ſemper, quia poſſit contingere vt tanta ſit percuſſio, quæ omnem excedat iniuriam, quæque atrociſſimam includat contumeliam. Poſſit contingere vt iniuria leuis ſit, nec ad grauitatem percuſſionis, quamquam non ita grauis, attingat. Hinc experimur Iudices non ita grauiter ſolere animaduertere in iniurios, vt in percuſſores. Quà rurſus cerebri vertigine laborare non iniquè fero.

3. Non

3. 1. *Non iniurijs, ſed iuſtis reprehenſionibus animum meum, 2. perculiſti*. 1. Tu candide, nec iniurijs, qui me calumnijs & mendacijs vbique oneras? qui ex profeſſo in toto illo & hoc iſto ſcripto, aliam mihi ſententiam adfingis, nonniſi iniurijs, fallacijs cauſam tuam defendis. ô germen reliquum priſcæ nobilitatis ac probitatis! Næuius iam de te iſtud olim:

Non hercule Apluda eſt hodie, quàm tu nequior.

2. Quòd enim *iniurijs, non iuſtis reprehenſionibus* proſequutus ſis, ſat ſcio; quòd autem perculeris, nego. Non enim tuis moueor conuitijs. Tela quædam in cælum emiſſa ire eò videntur, non eunt; ſic me tuæ calumniæ petunt, non tangunt. ſuber natat, non mergitur.

4. Hîc me dixiſſe *iniurijs non me magis lædi, quàm Chriſtus læſus fuerit manu ſatellitis ipſum percutientis*, euidentiſſima calumnia eſt. Hoc non ſcripſi, imò nec cogitaui, ſed ex mendacio addidiſti. Quum contra nolim iniuriarum mihi illatarum comparationem fieri cum contumelia vel leuiſſima Chriſto facta, ſi tamen illata ei, leuis eſſe potuit, & non grauiſſima. Nolim conſtantiâ & animi fortitudine (abſit vt id cogitē vel ſomniem aliquando) me Chriſto conferre & componere. *Quis enim iuſtificabitur comparatus Deo?* Ecquæ iſthæc foret inſania, quis tumor inſanus? Per ſomnium non cogitaui. Lector, lege ſcriptum meum, in quo, ne panſam, ne gry quidem huius arrogantiæ inuenies: tantùm cogita Miniſtrum Caluiniſtam hominem ex fraude & mendacio compoſitum. Iniurias ſiquidem mihi ab iſto Miniſtro factas, neque cum blaſphemijs Scribarum & Phariſæorum, neque cum percuſſione illius ſatellitis Iob 9. & 22. & 25.

tellitis, ipſi Chriſto inflicta, contuli.

Quod addit *Chriſtum blaſphemijs Scribarum & Phariſæorum multò grauius fuiſſe perculſum, quàm bacillo iſtius apparitoris*, diſceptatio hæc nō huius loci eſt. Poſſent enim multa adduci ad hanc illuſtrandam. Tantùm hoc voluerim nullâ ratione iniurias mihi illatas cum iniurijs ipſi Chriſto illatis, verbis vel percuſſionibus, comparandas. Bacillo Chriſtum ab iſto apparitore fuiſſe percuſſum non legi, non alius à me, ſolus Polyander.

5. Nolim cæterùm intactam prætererire blaſphemiam, quam in Chriſtum hoc loco euomit vel ex ſcientia, vel ex ignorantia, quum dicit Chriſtum fuiſſe perculſum. Repugnat enim conſtantiæ Chriſti & eius fortitudini. Atque aliter loquuntur Patres.

Origenes tract. 35. in Matth. Origines ad hæc Pilati ad Chriſtum. *Non reſpondes ad ea, quæ tibi obijciuntur? Non vides quanta aduerſum te teſtimonia?* At Ieſus nihil reſpondebat, ita vt miraretur præſes. *Quid* (inquit Origines) *mirabatur? Conſtantiam, grauitatem, tranquillitatem animi, & quietam eius ſapientiæ rationem. Magno enim ei miraculo videbatur, quòd ad iudicium protractus criminale, imperturbabilis ante mortem, quæ apud homines terribilis eſt, maneret ac ſtaret. Erat enim* (ait D. Chryſoſtomus) *admiratione digniſſimum, tanta cum humilitate ac taciturnitate, videre aſtantem illum, qui innumera & ea quidem manifeſtiſſima ſuæ innocentiæ probandæ ac demonſtrandæ haberet argumenta.*

D. Chryſoſt. homil. 87. in Matthæum.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Ad quintam tuam reclamationem, quòd nullas videris probationes, quibus tua in noſtros Theologos conuicia deterſerim, ſed tantùm effugia & latebras. Reſpondeo me hoc ſiue*

ſiue cæco tuo præiudicio, ſiue peruicacia, id, cuius manifeſtam cernis veritatem, pernegando, minimè moueri, ſed Lectorem pium ac candidum vnicè rogare, vt loca, ex quibus demonſtraui Caluinum, Bucerum, Bezam ac Zachariam Vrſinum credidiſſe alicubi eſſe infernum, cum iudicio perlegat, nec dubitare quin, his diligenter expenſis, tuam profligatiſſimam idipſum negandi audaciam ſit damnaturus.

ANASTASIVS CARMELITA.

34. §. 1. Hîc nihil aliud, tantùm in campo oſtentationis, calumniarum & conuitiorum velitas. Velim, & diligēter Lector candidus & pius perlegat, cerebrum in capite, non in calcaneis habet. Tantùm hoc velim, ſciat mihi nullam fuiſſe de Zacharia Vrſino controuerſiam.

Cæterùm obſeruabit nihil te pre manibus habuiſſe, quo cauſam Caluini, Bezæ, Buceri defendere poſſes; quin potiùs, quę produxiſti multùm conferre ad eorum condemnationem. Quid quod poſtea redintegraturus es? Ergo de his aliàs audiemus te.

POLYANDER CALVINISTA.

1. Ad reliquas tuas exprobrationes, quas arreptâ extra diſputationis noſtræ carceres occaſione mihi obtrudis, nihil aliud regero, quàm quod ijs te non ſolùm artis bene diſſerendi probas imperitum, ſed etiam iræ impotentiſſimum, quæ animum tuum ad tragicos & inſanos clamores ſic præcipitat, vt pudoris & modeſtiæ terminos, quos ſupra tibi cōſtitueras, prorſus egrediaris, quo nomine verſus hi Virgiliani tibi ritè poſſunt accommodari,

Fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

2. *Me, ſiquidem quoniam nihil ad loca ſacræ paginæ ſolidi adferre poteras, tanquam ſi ſuteres ſic inclamas.* Quo iure Bacche, Menippe, Aſine Cumane, iſtorum Leonum Chriſti ſcilicet & Ioannis Baptiſtæ, exuuijs indutus procedis? Exuuiæ iſtæ non Miniſtrum Caluiniſtam, ſed Catholicum Dei præconem verbi decent, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

35. §. 1. Non ſine tædio pergis in contumelias prorumpere; atque duas integras paginas conuitijs maculas. Habes adhuc domi quod effundas? Effunde, & ne tandem medius crepes, conſulo tuum

Exoneraturas ventrem mihi vellica maluas.

Tertull. lib. de pudicitia cap. 7. Ex vitijs tibi familiaribus, digreſſione ſolitâ, imperitiâ in arte bene diſſerẽdi, iræ impotentiâ ſcilicet, hæretico Miniſtro, vt ex Tertulliano aliquoties iam vidimus ſolemni, me metiris. *Ira enim*, inquit, *tumore, æmulatione, quod denique ſæpe fit, dedignatione caſtigationis, abrumpitur.* Hinc factum vt maiorem ac meliorem partem ſcripti tui, nonniſi calumnijs, conuitijs, maledicentijs, oſtentationibus, ac vanis gloriationibus repleueris. Et iuxta id quod dici ſolet, *qui in multis obæratus mihi manes, à me multa repopoſceris.*

Tertull. præſcript. cap. 15. 37. & 38. 1. 2. *Hæreticis ſolemne eſt*, ait idem Tertullianus, *ſcripturas ſacras obtendere hac ſua audacia aliquos mouere, quamquam ad eos ſacræ ſcripturæ non ſpectent; quia Chriſtiani non ſint nullum ius capiant Chriſtianarum ſcripturarum. Quare ad eos dicendum, Qui eſtis vos, quando, & vnde veniſtis?* Iſtis tam veris fultus, meritò in te hæreticum & Caluiniſtam Miniſtrũ, quas aduerſum nos vſurpaueras, non tui iuris ſcripturas, retor-

retorſi. Quo iure enim noſtris nos armis iniuſtiſſime impetes: quo iure veſtimẽtis noſtris indutus incedes, Cumani Aſini inſtar, adoratum te voles? quo iure, more illius Menippi alienis exuuijs tectus, tui timorem alijs iniectum vaniſſime cupies? Sed ne hic plura, tantùm ſi de quoquam, de te meritò monuit nos, qui cecinit:

Quid facias illi? auritum ſine rudere Aſellum,
Quem procul à ſacris rebus abeſſe decet.
Accedant capiti cornua, Bacchus erit.

3. Feſtiuè verò, progeniem viperarum nos, hypocritas, cæcos, fatuos, iniuſte emendicatis Chriſti & Baptiſtæ verbis, appellabis, idque ex iniuria; & nobis non licebit, eadem, ex veritate in te & in tuos ſymmiſtas retorquere? Negare ne poteſt ipſamet impudentia Caluinum, Bezam, Bucerum, & ſimiles ab Eccleſia matre Apoſtatas receſſiſſe, non læſo, non corroſo eius ſinu? At iſtâ viâ viperę e matris ventre prodeũt, exeunt. Neq; verò eſt, quod eorum Apoſtaſiam, hoc mendacio velatam putes, *quia doctores noſtri ab Antiquitate Chriſti & Apoſtolorum deſciuiſſent*, ſiquidem, *etſi de damnatijs non participaſſent, de ætate ſola præiudicarentur, tamquam magis adulteri, & ab Apoſtolis non nominati.* Licet (inquit D. Auguſtinus) *videntur eſſe Zizania in Eccleſia, non tamen debet fides impediri, aut charitas noſtra, vt quoniam Zizania in Eccleſia Dei cernimus, ipſi de Eccleſia recedamus, nec cum Zizanijs triticum eradicemus.* Qui hoc faxit, non alius ab illo cenſendus, de quo Salomõ. *Qui vult recedere ab amico quærit occaſiones.* Non alienus ab illis, de quorũ numero ne ſit, rogat vates Regius canens. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.* Si quando enim ſcriptura recedendum ab impijs, qui ſunt

Pag. 92. Tertull. lib. præſcipt. 34. cap. D. Auguſtinus poſt collat. Donatiſt. contra Donatiſtas c. 27. & ſerm. & 247. de tempore. Prou. 18. Pſa. 140.

in Eccleſia, mādat, receſſus ille non eſt corporalis, ſed ſpiritualis. Nempe vt ab eorum impietate & malitia recedas, ne eos imiteris. Si etiam aliquando corporalis, vt cùm ſocietas, contubernium prauorum, vel excommunicatorum prohibetur: non tamen à toto corpore, quod eſt Eccleſia. Nam, vt doctè D. idem Auguſtinus locis nunc citatis, non aliter prophetæ, qui recedere ab impijs, qui ſunt in Eccleſia, monent, ab eiſdem receſſerunt. Sic enim receſſerunt, vt tamen ab Eccleſia non recederent.

4. *Impete*, ais, *artis tuæ peritum, quoniam ad tuum morem tumultuari non didici*. O animi tui candorem; ô virum bonū & Thucytide rotundiorem, quàm ſimpliciter & candidè ponis inimicitias! Verba, mi homo, & fucati candoris medicamenta. Illa

Compoſitis ſua ſic linit ora venenis.

Qui hoc & ſuperius ſcriptum tuum legent, non concedent, quòd hîc intectus mentiris. Sed in eo ſumus æuo, in quo neceſſum videtur eſſe debere, qui Achabi Regis Iſraël vanam & mendacem aduerſus Heliam exprobrationem imitentur. Quorum tyrannide licet Eccleſia & pij quique opprimantur, effrænata tamen audacia, in
3. Regum. 18. iſtos omnes tumultus, eorumque cauſas reijciant. Qui quamquam belli tubæ, faceſque, fronte pluſquam meretriciâ, excitatos à ſe & ſuis tumultus fuiſſe negent. Non ſic Areopagitæ apud Demoſthenem, ſed Brantoniam damnarunt, qui cùm quiſpiam alterū occideret, impellebat, hortabatur. Non ſic iudicat ac ſentit Vlpianus L. 11. de iniurijs. L. 15. ad L. Corneliam de ſicarijs.

5. *Multa de Theologorum noſtrorum prauitate effutis, nihil verò probas*, inquis. Quid? Rudera, & adhuc in-

innocentum ſanguine madidæ eorum ſicæ non ſatis probant? Aut in ipſa die cæcutire nos putas? Non adhuc eorum vigent fornicationes, eorum in vobis veneficia ſpiritualia? Vtinā ſeriò ab iſtis Principes cauerēt. Mahumeti, & aliorum hæreticorum iſtis ſimilia, Turcę imperia, in Chriſtianorū Principū, Regum, Imperatorum, & totius Eccleſiæ damnum peperere. Eſt, aut fuit res aliqua, à qua maius periculum imperijs aut ſceptris immineret, quàm ab innouata, aut inſidioſe ſimulata religione? Eunus olim in Sicilia cōditione ſeruus fanatico furore ſimulato, dum Syriæ Deæ ceremonias iactat, non ad libertatem & arma ſeruos quaſi Numinum imperio concitauit, & ſexaginta ampliùs millium exercitu coacto, palàm ſe Regem ferens Siciliam totam ſubegiſſet, niſi ęgrè, ęgre arma Romana coërcuiſſet? Flor. l. 3. cap. 19. Diod. Siculus in fragmēt.

Extitit, referente Ioſepho, quidam Pſeudopropheta Ægyptius ſub Claudio imperatore, qui in Iudæa per hanc ipſam ſpeciem pietatis triginta hominum millia ſibi adiunxerat. Cum ijs Hieroſolymam petierat, arcem illam & regni ſedem habiturus, niſi à Floro præſide, acie victus cæſuſque fuiſſet. Non domeſtica & recentia huius rei exempla habemus? Ioannes ille Leydenſis, illé nobilis vibex & macula ſuæ vrbis, opificio ſartor, regna & ſceptra ſomniarat. Adeptus erat capta Monaſterio vrbe, niſi potenti exercitu, Principes imperij obſediſſent, recepiſſent, ipſum & aſſeclas condignis ſupplicijs affeciſſent. Non ſimili prætextu Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Beza & Apoſtatæ ſimiles, totum orbem Chriſtianum mouerunt, incenderunt? *Nihil* (inquit Liuius) Ioſeph. lib. 11. de bello Iudaic. cap. 12.

in ſpe-

Titus Liuius lib. 39. Decad. *in ſpeciem fallacius, quàm eſt praua religio, vbi deorum numen ſceleribus prætenditur.*

Placet hic, Lector, adducere, quod refert Nicephorus Gregoras, vt quo in periculo verſemur perſpicias? Quid enim Græcis contigit in pari hæreticorum contra Catholicos diſceptatione eius, quæ Caluiniſtis contra nos eſt? *Factionum principes inter ſe digladiabantur, & linguas contra ſe mutuo armabant, non zelo diuino, ſed iracundiæ impetu ducti. Nam qui ſecundũ Deum zelus eſt, à ſuperna potentia dependet, & diuina ac moderata quadam, concinnáque ratione gubernatur. Qui verò mentis ſuæ fores ambitioni aperiunt, ij non vident zelum ſuum in æmulationem & odium conuerti, & pro frumento vuáque, cæteriſque boni fructibus, ſpinas & tribulos in hoc agro produci. Hæc autem ſunt lites ab animo non ſatis benè inſtituto profecta & aduerſariorum certamina.* Ita ille. Quando? Cùm paulò pòſt ruit. Nos quid aliud exſpectemus, ſi perpetuò hæreticis litigare in Catholicos conceditur? Quid enim? nullum periculum tale hodie? Non Iacobus magnæ Britanniæ Rex in ſuo Baſilico Doro, id ſatis vidit in Puritanis vobis Caluiniſtis. O ſi poſſetis! Non omnem Monarchiam in exilium mitteretis, vbique Anarchiam introduceretis? Sed quia *imbecillia latent vitia veſtra, non minùs auſura tamen ſunt, ſi ſemel ſuæ vires adfuerint,* vt cum Liuio ſentiam. Hæc ſunt veſtræ partis conſilia & ſtudia, ad quæ vos tubæ faceſque belli inſolentium hominum inſolentes adfectus excitatis, & tumultuari non didiciſti? *Ad morem meum,* inquis, Nego; neque enim hæc mea, non noſtrorum Chriſto militantium cupiditas, ſed vnanimis veritatis defendendæ, & è tyrannide veſtra eripiendæ, inque libertatem aſſerendæ vo-

Niceph. Greg. lib. 21.

Lib. 2. pag 41. & 42. & præfat. ad Monarchas cap. 39.

Liuius lib. 39.

dæ voluntas. Nec aliter tumultuari noui ſoleo, norunt, ſolent noſtri.

6 Pag. 124. & 126. Si (inquis) *mecum extra noſtri certaminis aream ſpatiari velles, ex Gregorij Caſſandri, Richardi de villa. Eraſmi, quem Leo X. filium ſuum nuncupauit, ex Ioannis VVolphij ſcriptis, Epiſtolis, Lectionibus, meliore iure poſſes hos aculeos in me & collegas meos Monachos retorquere, nempe iſtis nouiſsimis temporibus eſſe nequiſsimos,* &c.

Extra ſtadium ſpaciatus non ſum. Iſtud in nos obtruſeras. *Familiare eſt prauis hominibus nimiùm ſibi blandiri, omnia ſibi ignoſcere, nihil alijs remittere.* Hoc iniuriæ telum in te, & in tuos retorſi. Quare ſi extra aream excurri, prior excurreras.

Nolim negare, multa monaſteria à prima ſua origine degeneraſſe; in multis Cœnobijs vitæ ſanctitatem valde imminutam eſſe. Nemo etiam negauerit Monachos vel ſanctiſſimos ſuos oſores omnibus fermè ſeculis habuiſſe, qui quicquid dici ac ſcribi, quicquid de nequiſſimis hominibus comminiſci poteſt, in eos non excogitarint, dixerint, ſcripſerint.

Inter eos præſertim Eraſmum nouimus, Cothurnicum illum, Velim Leonem X. eum filium ſuum vocaſſe; propterea à nobis amplectandus & probandus? Et Ieſus noſter Iudam in ipſo proditionis actu *amicum* dixit, vt Iudam ad ſaniorem & meliorem mentem reuocaret: aut ſi non reſipiſceret, ad maiorem ſui condemnationem. Eo erga Eraſmum Leo X. animo. Iudam in peccato pertinacem non probamus, non amplectimur; non etiam Eraſmum marem & femellam perpetuò alternantem. In iſtum & ſimiles lego D. Auguſtinum in pſal. 99.

ſic

ſic loquentem, ex Cantic. 2. Sicut Lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. *Audit homo, conſiderat, placet illi Lilium intrat, adhæret lilio, tolerat ſpinas, merebitur eſſe in laude & in oculis ſponſi, qui dicit.* Sicut Lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. *Sic & in illa vita communi fratrum, quæ eſt in Monaſterio magni viri & ſancti: inueniuntur & ibi mali, ſed vera mala malorum toleranda ſunt, propter bonorum ſocietatem. O male, quare taces bonos? Nemo vos fallat fratres; ſi non vultis falli & vultu amare fratres; ſcitote omnem in Eccleſia profeßionem habere fictos. Non dixi omnem hominem eſſe fictum, ſed omnem profeßionem habere fictas perſonas. Sunt Chriſtiani boni, ſunt & mali.* Adeò vt non nouum Monachos ſuos obtrectatores & oſores habere. Et tu vnus ex illis es, vt & poſtea lacinioſo ſcripto oſtendis. Quamquam hîc pag. 127. conuitia *in eos mihi reponere animum non eſſe tibi ſcribas, ne* (ais) *imitatus videare, quod in me reprehendis*, adeò verax es.

Quid quod ne ipſa impudentia inficias ibit ſacrilegum ſchiſma veſtrum ex Apoſtatis Monachis velut Principibus conſtitutum, in cauſa eſſe & fuiſſe, cur Monachorũ multi animos laxarint, & à ſeueritate pauliſper ad liberiorẽ ac ſolutiorem viuendi modum defecerint? Quid? an non in hoc auſteræ ac grauis vitæ genus virulentas linguas veſtras, calamoſque acuiſtis? Cur hîc in Monachis arguis licentiorem & profaniorem viuendi rationem, quam alibi probas, auſteriorem autem ac ſeueriorem condemnas? Alibi eos ad libertatem & pileum vocas, ſi faxint, laudas; hîc autem eadem de cauſa vituperas atque condemnas.

Neque prætermittam, quod eadem pag. 127. habes,

habes, *poſſe te adferre grauiſsimas eorum de Monachis querelas, qui ante Eccleſiarum reformationem vixerunt.* Non inficior. Producere potes. Achabũ Regem Iſrael in Monachum Heliam, hunc enim turba regni accuſabat. Rechabitas. D. Baptiſtam in ipſa Herodis aula, quem næniarũ Herodias arguebat. Hilarionem, Paulum, Anthoniũ, Macharios, Baſilium, Ephrem, Benedictũ, Gregorium, Bernardum, Dominicũ, Frãciſcum inſignes illos ac ſanctiſſimos heremitas & monachos, quibus nõ defuerunt ſui vituperatores, & magnorum ac grauium criminum accuſatores. Quid ni etiam habuerint, qui in ſanctitate eis æquales minimè fuerunt, ſed à ſeueritate pauliſper ad liberiorem & laxiorem vitæ rationem defecerunt? Antequam prodiiſſent *Eccleſiæ reformatæ*. Hoc iſtud eſt, quod pro coronide iſtius capitis attingo. Lector? veritas non erumpit ab inuitis pectoribus? Non hic reum confitentem habes? Fateor, bone vir, atque adferre potes grauiſſimas querelas de monachis, eorum qui Eccleſiarum reformationem præceſſerunt. Nam adeò nupera eſt, vt *nec nomita ab Apoſtolis ſit, ſed adultera & de ætate ſola præiudicata, etiam ſi de damnaticijs non participaret.* Non vides è tuo Cœmeterio, quomodo Tertull. præſcipt. cap. 34.

Surgentem ad Zephyrum paleæ iactentur inanes?

CAP.

CAPVT XIII.

Falſè effugia obijcit. Non adoramus falſa & mortua numina. Coloſſ. 2. *Apoſtolus non damnat ſeueram corporis vexationem.*

POLYANDER CALVINISTA.

1. *AD poſteriorem itaque aſſertionem progredior, quam, quoniam rationibus non potes, vociferationibus confirmare ſatagis. Sex enim reperio effugia, quibus fruſtra ex manifeſtiſſima mēdacij tui redargutione elabi conaris. Primum adeò dubium eſt ac tenebroſum, vt enigma potiùs, quàm aperta animi tui declaratio eſſe videatur, quum ais,* Negaſti, fateor, Caluinum ſcilicet vllum inferni ſpeculum edidiſſe. Toties nego, vt vt ſit. *Suſpenſum ſiquidem detines Lectorem his verbis, quodnam horum velis.*

Secundum effugium ſub hac latet interrogatione. Si fruſtra ſinceram ac certam iſtius codicis demonſtrationem à me expectas, cur ergo poſtulas?

Tertium valdè eſt ridiculum, cur non, *inquis*, vt huius ſic aliorum codicum à Caluino profectorum, quos in medium adduxi, circumſtantias illas poſtulas? Cur non quando, vbi, à quo Typographo illos imprimendos curauerit, aut cui, aut quibus dedicauerit? &c.

Quartum hac nititur excuſatione. quòd duabus de cauſis rem ſæpe impoßibilem à te poſtulem. 1. quia Eccleſia Catholica quibuſdam ſelectis viris permittit lecturam (vt barbarè loqueris) impurorum illorum librorum: ea autem lege, vt excerptis ijs, quæ quiſque pro ſuo tempore & pro iudicio ſuo

ſue ad rem facere videat illos igni tradat, ne, ſi ſeruentur, in talium manus incidant, qui ijs peruerti & abuti poſſent 2. quoniam hominis memoria labilis eſt, &c.

Quinto effugio effrænatam tuam ſibiq; præſidentem prodis ignorantiam, qua diſsimilia pro ſimilibus, remque extra quæſtionem poſitam, pro re inter nos controuerſa, mihi audaciſsimè obtrudis, &c.

Poſtremum quod adijcis, vos nimirum aliquoties ementitum auctoris ac typographi nomen vidiſſe, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

36. §. 1. Decem totis ac integris paginis dici non poteſt, quàm magnificè ac ſumptuosè in omnis inſolentiæ ſolitum tuum campum feraris. Hoc ornamentum ac firmamentum totius huius tui ſcripti. Qua in re plura poſſis necne, neſcio. Quare, his omiſſis progredior tantùm ad refutanda effugia, quæ mihi falsò adſcribis. Ad primum; adeò ne dubium ac obſcurum iſtud, quod negaueris quidem Caluinum vllum edidiſſe ſpeculum inferni, ſed *non toties, quoties te negaſſe dixeras?* Iſtud quoque, quod addidi, *vt vt ſit* adeò ne tenebroſum vt Oedipo vel Dedalo opus haberet? aut volui me

Defenſum tenebris & dono noctis opacæ?

Negaueris toties quoties, perinde mihi eſſe, hac phraſi, *vt vt ſit*, ſignificatum eſſe volui. Cæterùm ſi adeò dubium & tenebroſum, vt ſatis nō comprehenderes, quæ cauſa ſubfuit, vt argueres priuſquam comprehēderes? Quod animi ſtupore, ingenij imbecillitate non aſſequeris, & proinde tibi dubium ac obſcurum, propterea condemnandum? Verùm, morem Miniſtri hæretici noluiſti præterire. Voluiſti *legis doctor eſſe, non intelligens quid loquereris, neque de quibus affirmares, ſed qua-*

1. Tim. 1. *cumque ignorares, blaſphemares*. Mirum ſi in ſacratioribus myſterijs, in blaſphemias iſtas erumpatis? *Deus non poteſt facere, Deus non poteſt velle, non poſſet intelligere corpus filij ſui ſimul, & ſemel eſſe in diuerſis locis*. An non ideo, quia nimiâ animi imbecillitate preſſi, eadem illa mentientes, omnia obſcura, tenebroſa putetis? Noctuæ ad ſolem & lucem caligant. Et tamen *illi Deum negant*, ait Tertullianus, *qui eius magnitudini contradicunt*. At digrederis Anaſtaſi, non longè, mi homo; ad propoſitum tamen, & ſobrietatis verba ad tuas calumnias loquor.

Iud. 5. verſ. 10.

Tertull. lib. 2. in Marcionem.

2. Ad ſecundum; Animi tui fraudem, ſimultatem ac amaritudinem Lectori aperis. Si enim quo animo, qua intentione ſciſcitemur, cur ſpeculi inferni demonſtrationem exigas: reſpondes; *vt ex ficta illius atque incerta, quam à me expectabas, probatione, me falſi conuinceres, huiuſque criminis apud æquos iudices reum perageres*. Et Miniſtrum hæreticum Caluiniſtam ex fraude & malitia compoſitum ſua ipſius confeſſione non habemus? Sic, *conſiderat peccator iuſtum & quærit mortificare eum*. Sic, *fraudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnat ad perdendos mites in ſermone mendacij*.

Pſal. 36.
Eſa. 32.

3. Ad 3. Non ego ſed tu effugia, & latebras perquiris. Quæ enim ratio extitit, cur iſtius Codicis circumſtantias poſtulares & non aliorum? Imò *effugium ridiculum*, ais, *cauſam iſtius poſtulati ſciſcitari*. Quâ viâ probas? *Quia alia ratio eorum codicum, de quibus nihil dubij eſt, alia eorum de quibus aliquid dubij eſt*. Atqui petitio eſt principij. Nam quæſtio eſt, an Caluinus hunc codicem curarit in lucem venire. Dico curaſſe. Reſpondes incertum

Digitized by Google

certum eſſe. Non petis principium? Iſtud enim non erat tibi probandum? Dico æquè certum, atque de alijs; Non tuum erat contrarium oſtendere? Quod ſi reſpondens dicas incertum eſſe, nonne per eamdem lineam ſerram ſemper reciprocas? Porrò ſi maximè dubium & incertum, quemadmodum hîc fateris, cur abſolute negas? Si autem certum & haud dubium; non igitur res certiſſimas cum maxime dubijs & incertis contuli; parque fuit dubitatio de vtriſque.

Neque ſtolida hæc mea expoſtulatio. *Num quia Polyander hoc Caluini ſcriptum non vidit aut tenuit, propterea illud Caluinus imprimi non curauit?* quin potiùs omnes iudicauerint tuam, ad hanc inuectionem ſtolidiſſimam eſſe, niſi verò credere teneamur, nulla Caluini ſcripta Polyandrum ſubterfugere. At quis ad hanc credentiam nos obligari, iuſtè voluerit.

Tuam, inquis, à me neglectam argumentationem opponis ac fuſius exponis. A me neglectum quod numquam exhibitum, numquam viſum?

Codex iſte non eſt viſus Typographis veſtris, non notis viris doctiſſimis, & in augenda ſupellectile libraria induſtrijs: non etiam Catalogis Bibliothecarum, quas viri præſtantiſſimi reliquerunt, non Bellarmino, &c. Refutatio hæc, non etiam vt negationi meæ, ſic tuæ ſubiacet probationi? Itaque dico Polyandrum non omnes Typographos hæreticos conſuluiſſe; non omnes notos viros & in ſupellectili libraria augenda induſtrios. Iſtud niſi probet atque oſtendat, quid inde retulerit? oſtendet? ad Kalendas Græcas. Quid ſi ſui, hoc Caluini ſcriptum ſepultum curauerint? deque eo

 nul-

nullam velint mentionem haberi? Hoc ſtudium, hoc deſiderium illis incognitũ? At Audio Oecolampadium coram Lantgrauio Heſſ. ſic loquentem. *Vtinam, Princeps illuſtriſſime abſciſſa mihi fuiſſet manus hæc dextera, cùm primùm inciperem de negotio Cœnæ Dominicæ quicquam ſcribere.* Audio & Bezam. *Fateor me multa ſcripſiſſe, quæ vellem à me numquam ſcripta eſſe. Fateor à me multa ſcripta, quæ vellem minimè ſcripta. Vtinam horum omnium, conſenſu omnium, memoria aboleretur.* Adeò potens veritas, vt etiam ſuis inimicis, neſcio quid ruboris ac verecundiæ inſtillet.

Epiſt. ad Lantgra. Heſſ. 1529.

Beza in Colloquio Montpel. pag. 150, 268. & 388.

4. Ad 4. Neque effugium eſt. Non enim probas, non impoſſibile eſſe, quod poſtulabas. 2. Non probas hominis memoriam non labilem eſſe: tantùm ad ſolitum hæreticorum præſidium ac velum confugis, atque obijcis *me pro argumentis ponere, quæ ſunt in diſquiſitione poſita*. Quid enim hæretici? vel rem ſimplicem in quæſtionem ac diſquiſitionem vocant. An noſtri igni hoc ſcriptum tradiderint; an aliquod reſeruarint. An meminerint, quãdo, vbi, & à quo Typographo impreſsũ, an exuſtũ fuerit, nõ meum eſt, ſed tuum perquirere, & totum orbem Chriſtianum, vt huic tuo deſiderio ſatisfacias, meque malæ fidei hominem demonſtres, percurrere. Hoc ſolùm habui docere, has circumſtantias, *vbi, quando, à quo Typographo, quibus dedicatus, codex fuerit, non eſſe certa, indubitata argumenta rei probandæ, & quibus animus tandem acquieſcat*. Docui, nihilque habuiſti, quo rationes refutares noſtras.

Ad. 5. Reſpondeo, *non ineffrænatam, non in præſidentem ignorantiam*, vt criminaris, pro innata tibi modeſtiæ gratia, prodij, *non diſsimilia pro ſimilibus*, vt effugij gratia comminiſceris, *non rem extra quæſtionem*

ſtionem poſitam, pro re inter nos non controuerſa obtruſi. Sed demonſtratione euidentiſſima oſtendi has circumſtantias, *Quando vbi, à quo Typographo* cuſus liber aliquis erit, non eſſe certa & indubitata rei probandę argumenta, & quibus animus tandem neceſſariò acquieſcat. Nempe, quia ſileri ac taceri poſſint. Exemplo illuſtraui eius libri cui Titulus, *Diſſertatio de Idolo Hallęi* &c. In quo ne vnam harum circumſtantiarum reperias. Vbi diſſimilitudo? Contrà vbi non ſimilitudo?

Opponis, *magnam eſſe diſcrepantiam inter ſcriptum cum nomine auctoris editum & librum auctoris* ἀνωνύμου. Non hoc effugium? non inuentum, quo videaris aliquid dixiſſe? Non enim auctorem, auctori contuli: neque hoc mihi ex officio incumbebat; tantùm poſtulatas à te circumſtantias, tamquam indubitatæ aſſeuerationis teſtimonia, ſinceram, certam, euidentem, perſpicuam demonſtrationem probandæ rei, *quando, vbi, à quo Typographo*, ſimilibus circumſtantijs conferre: Atque ex iſtarum reticentia vel fictione, quæ nonnumquam contingit, demõſtrare, non eſſe eius generis, cuius eſſe volueras. Iſtud verò extra rem propoſitam? Quis tam mentis impos, vt hoc dicat ac iudicet?

Quod addis *me pede ſtabili in iſta opinione non permanere, quando, quod antea pro certo affirmaui, nunc in incertum reuocem*. Fruſtrà inconſtantiæ vitium mihi affingere obtendis. Nam conſtanter dico me vidiſſe Calu. ſpecul. inferni cap. 9. Præterea Chriſtophorum Ireneum, alijs Ienæum hunc codicem ſibi vendicare, nec velle me hoc diſſimulare. Quæ hìc inconſtantia? Si mihi excurrere liceret, & numerando recenſere ea,

Digitized by Google

quæ Caluinus & Beza & veſtri adſtruunt & ſimul negant, an non hoc vobis vitium cognatum eſſe ampliſſime demonſtrarem? non aura ipſa inconſtantior, non Prothæus in tot formas, non chameleon in tot colores, non denique ſic

——— Suos arcus per nubila circinat Iris.

Vnde non mirũ ſi alios veſtro pede metiamini.

Sed lites noſtras *ad vos remitto*, inquis, *quod eſt maximum prauitatis & leuis mentis indicium.* Allucinaris, Magiſter Ioannes, atque erras. Non enim lites noſtræ iſtæ ſunt, ſed veſtræ. Quare compoſuerit Caluinus; eum imitatus ſit Chriſtophorus Ireneus; de primatu in impietate certent, eorum hic ſit ludus, mihi ac noſtris perinde eſt. Iudicium meum ac noſtrum poſtulas? Iſtud eſt, quòd vnum altero non meliorem, non religioſiorem faciamus, habeamus. Quæ hic prauitas, quæ mentis leuitas?

Sed & lepidum iſtud eſt, *inter nos numquam diſputatũ de iſtius codicis auctore*, p. 130. Siquidem ſi diſputatum non eſt, cur in dubium ergo reuocas? cur tantum tibi ſtudium vt neges? Sic videlicet

Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis;
Exutas variam faciem per ſecula gentes.

6. Ad 6. Non igitur effugium fuit, cùm fatearis ac concedas lubens aliquoties ementitum auctoris ac typographi nomen; nec circumſtantiæ illæ *ſunt indubitata teſtimonia aſſeuerationis demonſtrandæ, ſincera, certa, euidens, perſpicua demonſtratio probandæ rei*, quemadmodum præſumpſeras. Reliqua iſtius mentiti ac poſtremi effugia, cùm meræ ſint calumniæ, & ſolita conuitia, mendacia, quæ in horto veſtro creſcere ſolent, quæ ex eo proferre didiciſtis,

Et

Digitized by Google

Et dare puniceis plena caniſtra rubis

ea non attingo, ſed exſuffio atque expuo.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Si rurſum ex noſtra diſputatione tecum vellem excurrere, facilè probarem vobis adaptari poſſe Eliæ Prophetæ irriſionem, quâ Baalis Sacerdotes olim ludificabatur dicens.* Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit vt excitetur, 2. *Vobis, inquam, qui falſa, ſurdáq; numina inuocatis,* 3. *ac ſeueram corporis vexationem, quam nullius pretij eſſe ab Apoſtolo Paulo didicimus, pro ſapientia æſtimatis. Sed abſurdas & blaſphemas tuas illuſiones radicitus excutiendo, melioribus curis, atque occupationibus locum eriperem, &c.*

ANASTASIVS CARMELITA.

37. §. 1. Omnia voras, omnia potes, quamquam importuna, perpetuaque hac tua oſtẽtatione nihil mendacius, nihil vanius. Omnia Therſitæ ſimilis. Pſetas has tuas, mi homo, iam olim Antimachus Lyricus audiuit, atque identidem exſpuit.

2. *Falſa, ſurdáque nomina inuocamus*, ais. Ac mendacium eſt Caluiniſticum, calumnia Caluiniana, Hæreſis Vigilantij bene antiqua & vetus à vobis redintegrata. Viuunt Angeli; viuũt ſancti cum Deo, qui *viuentium non mortuorum Deus*. Mar. 12. Luc. 20, Angeli non ſunt falſa, non ſurda numina. Sãcti non falſa, nõ ſurda numina. Sunt enim *in regno cælorum ſimiles Angelis*. Math. 22. Quid dico? Similes Angelis? Non etiam Deo? Aut mentitur qui dicit? *Scimus quoniã cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniã videbimus ſicuti eſt.* Deus falſum ac ſurdũ numen, vt Angeli, vt Sãcti ei ſimiles falſi, ſurdi ſint?

D. Hier. Epiſt. ad Ripariũ. contra Vigilantium.

1. Ioan. 3.

Digitized by Google

4.Reg 5. forte quia non altiore ac certiore medio videant,
1. Regum 10. audiant, quàm vel Helyſeus, vel ante eum Samuel, qui res longè diſtantes videbant, audiebant. Forte quia non altiore ac certiore, quàm D. Petrus, qui Act. 5. licet abſens vidit & audiuit quid Ananiæ, quid Saphiræ contigiſſet cum emptore domus à ſe venditæ. Non altiore ac certiore, quàm D. Paulus, qui in ſpiritu dixit *ſe videre & audire abſentes* Coloſſ. 2. qui tamen alitore ac certiore modo, quàm olim Heliſæus, quàm Samuel & reliqui Prophetæ res abſentes & ſemotas videbant & audiebant. Ita enim D. Ambro-

D. Ambroſius in 2. ad Coloſſ. ſius in 2. ad Coloſſ. *Apoſtolis maiores gratia data ſunt, quàm vnquàm Prophetis veteris teſtamenti.* Imò Angeli & Sancti in cælo in altiorem & certiorem modum videndi & audiendi, res abſentes & diſſitas prouehuntur, ne quis obſtrepere audeat, niſi Vigilantianus & hęreticus haberi velit.

Tertull. lib. præſcript. cap. 38. 3. *Seueram corporis vexationem* nullius pretij eſſe, ab Apoſtolo te didiciſſe Coloſſ. 2. falſum eſt; Atque quod hæreticis ſolemne eſt *adulteras, corrumpiſq́; eius ſenſum* & intelligentiam: Apoſtolus non eſt ſibi contrarius aut pugnans. At Coloſſ. 3. v. 5. ad corporum & membrorum mortificationem

2. Cor. 4. inuitat & inducit. Nullo pretio? Imò alibi, *ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corporibus noſtris circumferentes, vt & vita Chriſti appareat in corporibus noſtris.* Cùm itaque non ſibi repugnet, quid igitur vult iſtis Coloſſ. 2. v. 23. *Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis, quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſecundùm præcepta & doctrinas hominum, quæ ſunt rationem quidem ſapientiæ habentia in ſuperſtitione & humilitate, non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis?*

Lector

Digitized by Google

Lector, ſi breuitati ſtudere voluiſſem, ſufficiebat mihi negare, iſtis verbis D. Paulum corporis ſeueram vexationem non improbare: ſed quoniam hæretici vno atque altero teſtimonio ſacræ ſcripturæ ſoliti ſint mouere auditorem, vt olim docuit Tertullianus, propterea ne putes hunc Miniſtrum non corrumpere Apoſtoli intelligentiam ac ſenſum, placet non meâ, ſed Orthodoxorum Patrum interpretatione, verum Apoſtoli ſenſum in hunc iſtum, 2. ad Coloſſ. locum aperire.

1. Itaque recordaberis diſcretionem cibi & potus quandam à Deo præceptam Iudeis fuiſſe. Hoc prætextu, hac ratione, quæ videbatur eſſe ſapientiæ ac prudentiæ, erant, qui hanc Iudaicam cibi & potus obſeruationem contemptâ Chriſtianâ religione, ſeu fide in Chriſtum, ad ſalutem valere aſſerebant. Quin etiam ad hanc diſcretionem ciborum & corporis vexationem multa addiderant minimè præcepta. Atque horum obſeruationem præferebant præceptæ diſcretioni cibi & potus à Deo, non ſine magna oſtentatione, quaſi nihil non ſubirent promouendæ hominum ſalutis cauſa, cùm tamen hoc obtextu, hac ſpecie nihil niſi lucrum, dignitates & honores ambirent. In iſtos Apoſtolus ad Coloſſ. 2. inuehitur poſt Chriſtum, qui Matth. 15. eiſdem dixerat. *Sine cauſa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum.* oſtendens iſtam Leuiticam ciborum diſcretionem, & ei additam aliam corporis vexationem, Chriſti aduentu damnatam eſſe, etiamſi à Deo olim imperata fuiſſet. Ita D. Chryſoſtomus explicat hunc Apoſtoli locum. ***Etiamſi* (inquit) *legem obijcias, ea tamen ipſa, iam dein-***

D. Hier. ad Algaſiam. cap. 10.

D. Auguſtinus Epiſt. ad Paulinũ 59. quæſt. 7.

D. Chryſoſt. homil. 7. in Epiſt. ad Coloſſ.

Digitized by Google

ceps humana doctrina eſt, elapſo videlicet temporis ſui præſcripto. Ita Gloſſa ordinaria. *Lex enim* (ait) *poſt exhibitam veritatem per Chriſtum, iam non eſt traditio Dei, ſed hominum.* Conſpirat, D. Hieronymus, ad hæc. Nemo vos iudicet in cibo & potu. *Nullum enim,* Scribit, *hoc iudicium quod vmbra eſt & ceſſauit corpore veniente: quia imagine non opus, veritate præſente.* Quare ſi quis eam obſeruat, *ipſo vſu in interitum* obſeruat, id eſt, peccat.

Gloſſa ord. in 2. ad Col. ll. T & D. Hier. ibidem.

2. Arguit Philoſophorum quorundam Græcorum ſuperſtitionem, qui quoſdam cibos damnabant. Vnde & tempore Apoſtolorum orti Simoniani, Ebionitæ, Menandriani, Saturniani, qui ſe à quibuſdam cibis & potibus abſtinebant, quia dicerent naturâ eſſe immundos. Verba D. Hieronymi ſunt. *Græci iſti natura docente, tradiderant mundum quidem aliquando eſſe ſoluendum, & ideo Deo, quem ſolum æternum intellexerant, licet ſuperſtitioſè, tamen humiliter ſeruiebant, nec parcendum corpori duxerant; carnem ſaturitate non honorandam, vt pote morituram.* Hanc corporis ſeueram vexationem eâ occaſione, eoque fine ſeruatam nullius pretij eſſe docet Apoſtolus. *Totum enim,* inquit D. Chryſoſtomus, *humanum dogma eſt.* Quocirca, *ne tetigeritis, ne guſtaueritis, ne contrectaueritis* eo vſu cibos, potus. Id eſt, inquit D. Hieronymus ibidem, *non vos ſeducat Philoſophia ad humanam doctrinam, quæ ſapientiæ & abſtinentiæ nomine ſubornatur. In qua tam vana eſt corporis afflictatio; tam ſtulta meditationis intentio, cuius bonum ad capiendas & infirmandas mentes, quaſi quidam laqueus Diabolo aucupante prætenditur, quo faciliùs malum ſuum ſequens inducat.*

D. Hier. in 2. ad Coloſſ.

D Chryſoſt. in 2. ad Coloſ.

3. Erant qui temporalia æternis præponerent, eoſdem perſtringit Apoſtolus, docente eo-

dem

Digitized by Google

dem D. Hieronymo ibidem. *Netetigeritis, ne guſtaueris, nec contrectaueritis*, nempe, ait *eo tactu, & guſtu & contrectatu, quo ij, qui in concupiſcentijs abutuntur, & terrena diligunt præ æternis, quæ omnia ducum in interitum. Ex partibus enim mundi, ipſius conditionem aduertimus. Cui namque membra componuntur & ſoluuntur, neceſſe eſt, vt totus ſit aliquando compoſitus, vt quandoque ſoluatur. Non ergo mortalia, præ immortalibus & æternis diligi debent.*

4. Erant qui in ſtellarum motu & influentia ſpem collocabant, quáſque Angelos vocabant, qui ſingulis elementis diuerſitatem diuinitatis & culturam deputabant, Aerem Iunonem, mare Neptunum appellabant, eis velut dijs cultum exhibebant, ſeque ſapientiæ rationem habere, cùm tamen traditioni humanæ nomen religionis applicarent, putabant. Hos etiam D. Paulus perſtringit dicens, *ne tetigeritis, ne guſtaueritis, ne contrectaueritis, quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu*, id eſt, interprete D. Ambroſio, *ne colatis, ne aſſentiatis, cogitetis. Vſus enim creaturæ ipſorum interitum generat, quia præcepta & doctrinæ non ſunt Dei, ſed hominum; & in ipſis vana ſpes: quippe cùm aduerſus creatorem error humanus hæc inuenerit, vt prohibens & auocans ab vnius Dei fide, multorum Deorum ſuperſtitionem inducat, & religio appelletur, quod eſt ſacrilegium: quia quod contra creatorem eſt, ſacrilega mente ſit inuentum.* D. Ambroſius in 2. ad Coloſſ.

5. Erant, qui Dei facta, & etiamnum ſunt, qui ratione humanâ & carnali, metiũtur: verbi gratiâ, hominem de virgine naſci non poſſe; hominem poſt mortem non poſſe reſurgere, & id genus cætera. Eoſdem reprehendit D. Paulus, vt docet idem D. Ambroſius & Gloſſa ordinaria

D. Chryſoſt. & D. Hier. D. Ambroſius Gloſſa in 2. Coloſſ. naria ibidem, quia *in interitum ipſo vſu ſunt omnia*, id eſt, fidei aduerſantur, etiamſi rationem ſcietię ac ſapientiæ habere videãtur. Quapropter, *per doctrinas & præcepta* quas Apoſtolus attingit, Orthodoxi Patres docẽt eas doctrinas, & præcepta intelligi.

1. Ea quæ dicuntur & inſtituuntur humanâ imbecillitate contra Deum, eiuſque potentiam, quaſi nihil poſſit aliud, quàm quod carnalis & humana dictat ratio.

2. Ea, quæ carnalis ſagina, carnalis prudentia ac ſenſus tradit.

3. Ea, quæ contra creatorem ſacrilegâ mente inueniũtur, quibus nomen religionis applicatur.

4. Ea, quæ poſt præſcriptum à Deo tempus contra eius voluntatem obſeruantur.

Non igitur dedicisti ab Apoſtolo ſeueram vexationem corporis nullius eſſe pretij. Imò cum 1. Tim. 4. pietate coniũctam, *ad omnia vtilem eſſe, promiſſionem habere vitæ, quæ futura eſt*, parùm & ad modicum vtilem, ſi ab ea ſeiungatur, quemadmodum docet D. Ambroſius in 4. prioris ad Timotheum. D. Epiphanius orat. de Cath. fide. Ita enim fit, inquit D. Epiphanius, *vt communicemus dominicæ afflictioni; vt ſicut ille mortuus eſt ſimilitudini carnis peccati, ſic nos concupiſcentiam mortificemus, & vt de præteritis Dominum placeamus, eique læſo & in nos iuſtè irato ſatisfaciamus.*

Rom. 8. Siquidem, *Si filij & hæredes, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Hęc ſunt, hæc eſt ſeuera corporis vexatio, quam pro ſapientia æſtimamus.

D. Ambroſ. in 2. ad Coloſſ. *Vera ſapientia eſt cognoſcere id, quod prodeſt, & id, deſpicere, quod non prodeſt, ſed obeſt: obeſt autem, quod impedit animam, ne ſui curam gerat.* Sapiens, Pſal. 34. qui canendo dicebat. *Hæc mihi cùm moleſta eſſent induebar*

Digitized by Google

ebar cilicio, & in ieiunio humiliabam animam meam. uid autem animam impedit magis, quid animæ omini moleſtius, quàm carnalis ſagina? Hanc coarctemus, refrenemus, ſeueram corporis xationem amplectimur, mandatam obſeruaus. Hâc & peccata nobis relaxantur, non pro pientia æſtimaremus? *Et quia ſinguli quique cœtus reticorum ſe potiſsimùm Chriſtianos, & ſuam Catholi-n Eccleſiam putant, ſciendum eſt*, inquit Lactantius, *am eſſe veram, in qua eſt confeſsio, & pœnitentia, quæ cata & vulnera, quibus ſubiecta eſt imbecillitas carnis, lubriter curat.* Quid igitur cenſes? Inſipientes ſuus, qui ſeueram corporis vexationem hac intione ac conſilio ſeruamus? Cætus veſter, à io exulat, vera Eccleſia eſt? Itaque Eliæ irriſioem quantacumque valeas ingenij dexteritate currendo nonniſi ſacrilegâ mente in nos torere poſſes. Lactant. lib. 4. de vera Sap. 30.

Vis paucis videre, & pro huius capitis corolla dire, quàm verè & appoſitè vobis adaptetur? . Sacerdotes Baal altaria ſacra deſtruebant; on deſtruxiſtis, non euertiſtis? 2. Veros Sacerotes ac Prophetas Domini occidebant, eoſdem erſequebantur; non occidiſtis, non perſequiniſ? 3. Nullum miraculum ad ſui erroris conrmationem facere poterant; Quodnam ad hæeſis veſtræ inſtitutionem aliquando feciſtis? 4. Miracula facta a veris Prophetis irridebant, maiæ tribuebant: Miracula facta in Catholica Eccleſia nõ irridetis, magiæ nõ appingitis? 5. Veram loctrinam ſibi vendicabant; non vobis falsò endicatis? 6. Nouam ſtabilire conabantur: non onamini? 7. Ad arma populum incitabant: quid ros aliud? 8. Suæ ſectæ principes perdebant:

Digitized by Google

non Principibus ſectæ veſtræ, cauſa ruinæ eſtis? 9. Vix dici poteſt quàm grandi ſupercilio ac faſtu incederent: quanto vos? 10. fauore, & auctoritate Principum præſidium ſibi ſtatuebant, ei innitebantur: non vos? *Maledictus tamen, qui fidit in homine, & qui ponit fortitudinem carnem brachij ſui*, inquit Vates. 11. Baals ſe ſacrificaſſe, eundem ſe fruſtrà & ſine fructu inuocaſſe experti ſunt: non ſemel idem experiemini? Quid enim illa fide, quam in cœna veſtra comminiſcimini, vanius, inanius? in ſcripturis non pro fabella narratur? Ne peramplius vaneſcat, eam in tuo reclude Cœmeterio,

Et refer ad matrem, ſocioque impone ſepulchro.

CAPVT XIIII.

Elias Thesbites Propheta & anteſignanus Carmelitarum.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Vana imaginatione deceptus Eliam Prophetam, qui fuit Thesbites, atteſtante ſacra ſcripturâ Carmelitam, veſtrúmque anteſignanum appellas. Si excipis propterea à te Carmelitam vocari, quòd in monte Carmelo Deo Iſraelis ſacrificium ſuum obtulerit, Reſpondeo Baalis ſacerdotes ſuo quoque Idolo Iuuencum ibidem immolaſſe, eadémque ratione hinc poſſe concludi, illos Baalis ſacrificulos Carmelitas veſtriſque anteſignanos eſſe nuncupandos.*

ANASTASIVS CARMELITA.

38. § 1. Eliam, Thesbitem fuiſſe à natalium loco ſacra Scriptura atteſtatur: Carmelitam ab incolatus loco non negat, ſed inibi meliorem temporis partem tranſegiſſe ſolitariè viuendo, virginitatem ac paupertatem colendo, Heremiticam

Digitized by Google

am vitam ducendo, commemorat. Eius vitæ prima rudimenta & exempla alijs præbuiſſe ac tradidiſſe. Eã ad nos vſque per ſucceſſionem perlatã, eidem referimus. Non vana imaginatio, non vana fides, ſed eſt ——— *proteſte vetuſtas.* Iam, vt D. Hieronymus ſcribit, *Habet vnumquodque propoſitum duces ſuos. Epiſcopi, Presbyteri, Apoſtolos & Apoſtolicos viros.* De ſe autem & ſuis loquens *nos* *autem Paulum, Anthonium, Iulianum*, &c. *Et vt ad ſcripturarum auctoritatem veniam; noſter Princeps eſt Elias, Eliſæus & filij prophetarum, qui habitabant in agris in ſolitudine, & ædificabãt ſibi tabernacula iuxta fluenta Iordanis.* Vt velit D. Hieron. nullũ Monachorũ inſtitutũ eſſe, quod originẽ ſuam non repetat ab Elia, Elyſeo & filijs prophetarũ, id eſt interprete Lyrano, *viris religioſis ſimul collegiatis, orationi & contemplationi vacantibus, Eliæ & Heliſei diſcipulis, quorũ alij in Galgala, alij in Carmelo, alij iuxta Iordanem, alij in Bettel, alij in Iericho, alij in Samaria morabantur, & ad quos Eliſeus poſt Eliæ tranſlationem, receptionem eius pallij, ſe recepit.* Monachos zona præcingi, paupertatis ſtudium colere, abiecto & vili habitu & veſtitu incedere videris: vnde illis hæc defluxit conuerſatio? ab Elia & Elyſeo, filijs prophetarũ. *Monachum Chriſti militem in bello ſemper poſitum, accinctis lumbis iugiter incedere oportet. Hoc enim habitu illos ambulaſſe etiam hi qui in veteri teſtamento profeſſionis huius primordia fundauerunt, Eliam & Eliſeum diuinarum ſcripturarum auctoritate monſtratur. Vterque montis Carmeli accola fuit. Vterque hîc filios prophetarum habuit.* Neque verò mirum, hunc inter cæteros montem colerent. Siquidem quàm florens, quàm fertilis, quàm amœnus eſſet ſacra pagina teſtatur. Ex ſolitudine nim ſua, quietem & ſilentium miniſtrabat;

D. Hier. Reg. Monach. cap. 8.

Lyranus in 2. cap. quarti Regum.

Ioan. Caſsian. de inſtit. cœnob. lib. 1. c. 2.

Digitized by Google

Suis antris congruam manſionem, ſuo ſaltu iucunditatem, ſuo eminenti ſitu aërem ſalubrem, fructibus & herbis ſuis vberem paſtum, ſuo fonte aquæ viuæ dulcem potum. Quare non abs re ille cecinit;

Vida

Cæſariæ mons eſt in finibus æquora propter
Vertice ſublimi ſurgens in ſydera ſiluis,
Vndique crinitus, ſtatio placidiſſima ſemper:
Nam cùm friget hyems & ſolis & æquoris æſtum
Accipit, æſtatem frigenti temperat aura.

Chriſtum D. Ioannem Baptiſtam dixiſſe Eliam non ſolùm ratione ſanctitatis vitæ, victus, & habitus, ſed etiam incolatus, teſtes ſunt D. Gregorius, Niſſenus, D. Chryſoſtomus & Theophylactus. D. Gregorius Nyſſenus iſtis. *Quoniam Elias Carmelum incolebat, clarus autem mons propter virtutem inhabitantis & famam celebratus eſt: Ioannes autem Baptiſta in ſpiritu Eliæ reſplendens Iordanem ſanctificabat: idcirco Propheta vaticinatur honorem Carmeli illi fluuio datum iri, atque etiam gloriam Libani. Ex ſimilitudine procerarum arborum tranſtulit ad amnem. Vt enim Libanus ille ſatis magnam cauſam admirationis ipſas arbores habet, quas producit & alit: ita Iordanis celebratur, quòd homines regeneraret & in paradyſo Dei plantaret.* Et lib. exhortatorio ad virginitat. cap. 6. *Comparantur, non ſolùm in victu, quia Elias herbis, & cibo Angelico, Ioannes locuſtis, non tantùm in potu, quia vtrique aqua communis; non tantùm in veſtitu vtrique auſtero quia Elias pellibus caprinis, Ioannes pilis cameli amiciretur; non modò in magnitudine, dum Elias cælũ tenuerit, Baptiſta nemo maior inter natos mulierum ſurrexerit: non modò in paupertate, cùm vterque à quibuſuis occurrentibus res neceſſarias peterent & acciperent, non ſolùm in zelo, qui maximus fuit vtrique ad Principes & plebem, ſed etiam loco, cùm Elias montis Carmeli*

D. Greg. Niſſen. de ſancto baptiſm.

incola fuiſſet, & Ioannes ad Carmelum in Iordane ...taret. Idem D. Chryſoſtomus homil. 46. in ...thæū, qui etiam vult Eliam *mirabilem extitiſſe,* ...*pudiatione poſſeſſionum*. *Vterque*, inquit Theo...lactus in Ioan. 1. cap. *eodem viuendi inſtituto flo-* ...*à mundo ſeiunctus, vt tunc Eſſæi, & antea filij pro-* ...*rum in montibus, in ſpeluncis, & cauernis terræ.* Non ...ir vanā imaginatione deceptus Eliam Theſ...n Carmelitam dixi, & anteſignanum no...n. Et miramur æmulos noſtros hanc nobis ...quitatem non ſolū inuidere, ſed etiam præ...re velle. Nam ſi Monachorum inſtitutum ...e iuxta D. Hieronymi ſententiam, ſuum ...um ad Eliam, Eliſeum, filios prophetarum ...rt; cur non etiam Carmelitarum?

Elias, Eliſeus incolæ fuerunt præſertim ...tis Carmeli, vt ex ſcriptura ſacra tenet Io...s Caſsianus, D. Gregorius Niſſenus, D. ...yſoſtomus, Theophylactus. *Inibi filij Prophet-* ...*Collegiati*, vt Lyranus adſerit, & quòd con...ent ſatis declaret ſcriptura ſacra 4. Re... 4. verſ. 38. 39. 40. 41. & propterea à loco ...latus Carmelitæ dici potuerint: ab ijs vſque ...tius Chriſtianæ religionis ex Paleſtina & ...i expulſionem perpetuā ſerie, non tamen ...interſtitijs & intermedijs aliquot perſecu...bus, & ex eo loco exilijs, deſcenderimus. ...nim Ioſephus Antiochenus c. 12. ſpeculi mi...i primitiuę Eccleſię ſcriptū reliquit. *Perfecto-* ...*nilitum Chriſti Apoſtolorum coadiutores ſurrexerunt* ...*iſsimi viri, ſolitarij, contemplationi dediti: ſanctorum* ...*etarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de Carmelo de-* ...*ntes per Galilæam & Samariam, Iudæam fidem Chri-* ...*ſtantiſsimè ſparſerunt*. *Quique in virginis Mariæ ho-* Ioſephus Antioch. in ſpecul. militum primit. Eccleſ. cap. 12.

Digitized by Google

rem in montis Carmeli decliuio oratorium fabricantes Seruatoris matri ſpecialiſſimè ſeruierunt. Cur inquam, ad eos iuſte ac meritò originem noſtram non retulerimus, eos noſtros Anteſignanos non dixerimus? Fateor cum D. Hieronymo, *non æquè audiunt inimici & amici. Qui inimicus eſt, etiam in ſcirpo quærit nodum, amicus praua quoque recta iudicat*. Quid igitur Æmuli noſtri? præcipua eorum in nos argumenta obiter perſtringam. Non enim mihi inſtitui hic ſpecialem aliquem de ordinis noſtri antiquitate tractatum edere, alius, ſi ipſi vacabit, poterit.

Epiſt. 61. ad Pammachium cap. 1.

Baronius tom. 6.

Itaque dicunt, primò D. *Hieronymum, Palladium, Euagrium, Caſſianum Theodoretum, Cyrillum Monachum, qui probati ſunt auctores, & qui res geſtas diligenter proſequuti ſunt, nullam facere mentionem de cultu Carmelo à Monachis*. *Secundo* eodem argumento *ſe exſufflare dicunt figmentum illud, quo tradimus Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum montis Carmeli Monachum extitiſſe*.

Quantæ ſit virtutis argumentum ab auctoritate negatiuè ſumptũ omnes vel parùm in Ariſtotele verſati norunt. Quare hanc eorum exſufflationem in eos exſufflando retorquere ſufficeret: Verumtamen reſpondemus eoſdem auctores de multis Palæſtinæ & Syriæ locis, à Monachis cultis nullam ſpecialem mentionem feciſſe, in quibus tamen magna Monachorum frequentia erat; ſed in genere de Monachis loquutos. Monachorum nomine Cœnobitas; Eremitas, Anachoretas complexos fuiſſe.

Carmelitas tunc Eremitas fuiſſe, habitaſſe ſeparatim, nec collegiatim in cauernis ac antris Carme-

Carmeli montis. Carmelitas, tunc temporis non eo nomine vocatos.

Qua de cauſa, ſi nullos Carmelitas fuiſſe velint colligere, quia expreſſam non fecerint mentionem de cultu Carmelo à Monachis, eadem colligere licebit, nullos tunc Monachos extitiſſe, cùm ipſi iidem nullam faciant expreſſam mentionem de locis alijs à Monachis cultis. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3. D. Ioannes Chryſoſtomus, D. Ioannem Baptiſtam *Monachorum Principem vocant*. Quorum locorum Monachorum Principem, non explicant. In genere tantum loquuntur. Ioannes Caſſianus Anachoretarum originem alteram aſſignans ſic loquitur. Homil. 3. De Ioanne Baptiſta.

Ex illa quam diximus Apoſtolica diſciplina proceſſit aliud genus perfectionis, cuius ſectatores Anachoretæ, id eſt ſeceſſores meritò nuncupantur, eò quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas inſidias diaboli calcauerunt, aperto certamine, & manifeſto conflictu Dæmonibus congredi cupientes, vaſtos Eremi receſſus penetrare non timeant, ad imitationem ſcilicet Ioannis Baptiſtæ, qui in eremo tota ætate permanſit. Eliæ quoque & Eliſæi & illorum, de quibus ita Apoſtolus commemorat: Circuierunt in melotis in pellibus Caprinis. Ioannes Caſſ. collat 18. cap. 6.

Nullam hîc ſpecialem determinationem loci, quo illi habitarent, ſed tantùm in genere loquitur. Quis dubitet non etiam in antris carmelitici montis, cùm locus eſſet remotiſſimus, & vitæ ſolitariæ degendæ commodiſſimus, & olim Prophetis ideo cultus?

Diuus Baſilius non etiam eum commemorat, attingens eius loci commoditatem in quo Epiſt. 181. ad ad Chilon.

L 2 mona-

Digitized by Google

monaſticam vitam, antequam ad magnæ Eccleſiæ moderationem delectus fuiſſet, duxerat? *In hac ſolitudine* (ait) *dego, in qua Dominus verſatus eſt. Hic eſt quercus Mambre illa. Hic ad cælum ferens ſcala. Hic Angelorum caſtra à Iacob conſpecta. Hîc ſolitudo, in qua populus purificatus legem accepit, & ſic in promiſsionis terra vidit Deum. Hîc mons Carmeli, in quo Elias commorans Deo placuit*, &c. Remanſiſſet ergo à Monachis incultus mons Carmeli tam commodus contemplationi, tam commendatus ac clarus ob virtutem & famam Eliæ & Eliſei? Apage, Apage mihi iſtas nugas.

Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum Carmeli montis Monachum fuiſſe narrat Trithemius. Reſpondent Æmuli, *huic aſſertioni nimis leuiter Trithemium fidem adhibuiſſe*. Atqui conuitium eſt, quod ipſi aſpergitur. Reuiuiſcat & ab hoc ſe vitio leuitatis purget. Monachum fuiſſe patet ex eodem Cyrillo. Nam in titulo, quem præficit Epiſtolæ primæ ex triginta nouem, fatetur ſe Monachum eſſe. Cuius loci nō aperit. Non etiam D. Hieronymus, non alij ei contemporanei. Fatemur: non enim erat neceſſe; & vt dixi multi erant Monachi, de quibus iſti in genere, ſine tamen expreſsione loci, ab eis culti. Satis eſſe exiſtimarunt, ſi quæ ab eo facta fuerunt, ex quo creatus fuit Epiſcopus Alexādrinæ Eccleſiæ, narrarent ac commemorarēt. Trithemium non ita ſtupidum fuiſſe credendum, quin, quæ poſteris voluit nota eſſe, auctoritate probare poſſet. Quid enim alioqui Trithemio vtilitatis ac lucri accreſcere potuit, ſcribere Cyrillum Carmeli montis Monachum extitiſſe; ſi pro veritate mendacium poſteris relinqueret?

Volun-

Voluntas mentiendi & fingendi, eorum eſt, qui opes appetunt, qui lucra deſiderant, ait Lactantius. Ergo ne conuitium aliquid firmamenti habebit? Ecquis ſanus volet? Lactant. lib. 1. de falſa religion. c. 4.

Porrò de cultu à Monachis Carmelo monte, extat liber de Inſtitut. Monachorum Ioannis Hieroſolymitani ad Capraſiū Monachum carmeli montis accolam. Ioannem hunc multùm celebrat Anaſtaſius Papa Epiſtola ad eundem D. Auguſt. l. 2. c. 51. cōtra literas Petilian. Item D. Epiphanius, Catholicum hominem vocat. D. Auguſtin. *Quid* (ait) *Cathedra tibi fecit Romanæ Eccleſiæ, in qua Petrus ſedit, in qua hodie Anaſtaſius ſedet? Vel Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Cathedra, in qua Iacobus ſedit, in qua Ioannes ſedet, quos nos in Catholica vnitate complectimur, & à quibus vos nefario ſcelere ſeparaſtis?* Caſſiodorus *eum mirabilem vocat* lib. 11. cap. 25. hiſt. Tripart. Hunc tamen ſuſpectum errorum Origenis habet D. Hieronymus. Huius liber ad Capraſium exijt in lucem non ita pridem operâ valdè docti & multæ lectionis viri. D. Margarini de la Bigne Doctoris Theologi. Legerunt, approbarunt magni illi viri D. Genebrardus Archiepiſcopus Aquenſis: Frāciſcus Feuardentius, Dadræus pœnitentiarius Eccleſię Rothomagenſis in Normania ſeu Neuſtria. Poſt eos vniuerſitas ac facultas Theologiæ Pariſienſis. Quid ad hæc æmuli? librū iſtum negant eſſe Ioannis. 44. Epiſcopi Hieroſolymitani, ſed Latini cuiuſdam Auctoris, quem non nominant. Atque ideo quia eius ſtylus ſit potiùs Latini, quàm Græci. Quaſi verò non multa à Græcis prodierint, quæ in linguam Latinam tranſlata, non Græci ſed Latini interpretis ſtylum redoleant. Quid rurſus iſti?

Digitized by Google

Falſitatis ac Ambitionis patres Societatis ac inſtituti noſtri accuſāt & arguūt, doli item ac fraudis, qui dum ſui ſodalitij Antiquitatem ſtatuere cupiunt, hunc librum Ioanni Hieroſolymitano 44. ſtudio & induſtriâ affinxerint : *Adeò* (inquiunt) *flagrans auitæ nobilitatis cupido homines interdum delirare cogit*. Mira hæc propoſitio, quâ efficient vt nemo ſit, qui hac trutina & bilance examinatus, non auitæ nobilitatis dignitate ruat. Nam ſi ſufficit conuitiando refutare & refutando hæc crimina comminiſci, appingere, quis non à claritudine & generis antiqui nobilitate facile cadat, deprimatur?

Verùm ſi patribus noſtris ambitionis gratia, placuit mentiri, & librum, de quo quæſtio, Ioanni Hieroſolymitano falsò adſcribere. Amabò, cur non Iuſtum, Zacheum, Thobiam, Beniamin, Ioannem, Matthiam, Beniamin, Philippum, Senecam, Iuſtum, Leui, Ephrem, Iudam, Marcum, Caſſianum, Publium, Maximum, Iulianum, Gaianum, Capitonem, Maximum, Anthonium, Valentem, Dolichianum, Narciſſum, Æliam, Germaniū, Gordium, Narciſſum, Hermonem, ſeu Thermonem, Machariū, Maximū, aliquem iſtorum, quorū melior & maior pars Monaſticæ fuit profeſſionis, potiùs quàm iſtū 44. huius libri auctorem dixerunt? Potiùs, inquam, quàm hunc ſuſpectum errorum Origenis? Si ex Græcis aliquem; cur non Grægorium Neocæſarienſem, vel Baſilium, vel Grægorium Nazianzenum, Niſſenum, Epiphanium, Machariórum vnum, Climacum, Ioānem Damaſcenum, vel eius præceptorem; aut aliquem Græcorum, cuius non fuiſſet auctoritas contemnenda?

Non

Non enim ignorare poterant Patres noſtri hunc Ioannem 44. a D. Hieronymo & Epiphanio grauiter accuſatum errorum Origenis. Hunc paulò ante in ſede Hieroſolymitana præceſſerant Cyrillus, Eutichius, Ireneus, Cyrillus alter, Hilarius, qui etiam non parum ſuſpecti eorundem errorum eiuſdem Origenis: ſi ſuſpectum aliquem placebat accipere, cur non vnum ex iſtis, ſed hunc potiùs elegerunt & retinendum ſibi ſtatuerunt? Nemo tam rudis & hebes qui neget ſubfuiſſe aliquam cauſam. Dicant quamnam habuerint. Sed, tantùm abeſt, vt ambitione iſta, ac deſiderio auitæ nobilitatis id fecerint, cùm potiùs, & adigunt, vt fatear & dicam, aut eorum negligẽtia & incuriâ, aut neſcio quo fato factum, vt non plura auitæ nobilitatis noſtræ teſtimonia habeamus.

Rem tantùm à quingentis annis auſpicemur, & ab eo tempore quo Paleſtinâ & Syriâ, ex toto fermè pulſi ſunt. Legantur hiſtoriographi, qui deſolationem terræ ſanctę & Chriſtianorum inde expulſionem ſcripſerunt. Quis Carmelita, quis hiſtoriographorum Carmelitarum meminit? ô Raras ſegetes. Pulſi ſunt Græciâ, Conſtantinopolitanâ vrbe, quis Carmelitarum illius temporis meminit? Quis hiſtoriographorum?

Ante trecentos & quadraginta annos D. Ludouicus Francorum Rex Carmelitas è Carmelo monte Lutetiam adduxit, quis Carmelitarum, quis hiſtoriographorum, meminit? ô rurſus raras ſegetes. Angliâ, Scotiâ, Hiberniâ furore hæreticorum vnà cum alijs pulſi ſunt. Quis Carmelita, quis Hiſtoriographus meminit? Et eos

auitæ nobilitatis flagrans cupido delirare facit? Somnia, ſomnia. Quis enim adeò cupidus, & obdormit? & non ſatagit, non omnem diligentiam adhibet, vt ſuæ cupidini tandem ſatisfiat? Aut dormit ambitio?

Sed feliciore, forſitan, mentis ſucceſſu iſtud, quo originem noſtram ſub Alexandro tertio ſummo Pontifice volunt petendam. Quoto autem anno eius Pontificatus neſciri dicunt. Originem ex diſperſis occiduis hominibus, qui Eremiticæ vitæ gratia in terram ſanctam venerint, quos in vnum collectos Aimericus Patriarcha Antiochenus in montem Carmeli duxerit, ibique ſtatuerit. Huius autem commenti, quem auctorem adducũt? nullũ & neminem; eſtque pro veritate, dictũ, ſcriptũm ve. Si potuiſſet Æmulatio, nouiſſimũ antiquitatis locũ aſsignaſſet etiam inter mendicantes; non potuit tamen, quia ſub eodem Pontifice, qui præfuit Eccleſiæ viginti annis, minùs ſeptem diebus, natus D. Dominicus princeps ſodalitij Dominicanorum anno 1170. vndecimo autem Alexandri. 3. D. Franciſcus à quo Franciſcanorum anno 1182. anno Pontificatus Lucij Papę 3. vt D. Baronius tom. 12. ſupputat. Si Aimericum Patriarcham Antiochenum diſperſos hinc inde vi perſecutionis, & velut palantes, in vnum collegiſſe, & in priſtinum locum repoſuiſſe dixiſſet, verùm ſcripſiſſet. Nam legimus apud Petrum Præmonſtratenſem in ſuis Chronicis iſta, *Tempore Benedicti noni, qui floruit anno Domini milleſimo trigeſimo,* Alij 32, alij 34. legunt, *Gerardus Ordinis Carmelitarum Patriarcha Antiochenus, in Vngaria ſuper bigam ligatus, de altiſſimo monte præcipitatus, martyrio coronatus eſt.* Venerat hic

hic ad ſummum Pontificem, vt mala, quæ iam à Sarracenis Chriſtiani in Paleſtina & Syria patiebantur exponeret, & eo nomine auxilium poſtularet. Alexander autem tertius floruit tantum anno 1159. Et cùm iam Carmelitæ Bertholdum à Maleſaida, primum ex occiduis Generalem ſui inſtituti agnoſcerent, quique poſtquam illis præfuiſſet annis plus minus viginti quinque, obierat anno Domini 1146. taceat maleuola æmulatio.

2. Cæterùm ſi ideo quòd *Elias in Carmelo monte ſacrificauit Deo Iſrael, noſtrum anteſignanũ eſſe voluero & Baalis ſacerdotes ibidem Idolo iuuencũ obtulerint, eadem ratione concludi poſſe Baalis ſacerdotes Carmelitas, anteſignanos eſſe nuncupãdos.* Non hoc volui magiſt. Ioannes, non hoc excepi. Et quamquã feciſſem, nõ proinde tamen cõcludi poſſet, quod colligi poſſe ſcribis. Aut ſtatue omnes nos, qui Chriſtiani ſumus, Anteſignanos habuiſſe Idololatras. Nam eſt locus in toto orbe, in quo non litatum eſt Idolis? At his in locis nos ſucceſsimus, ſucceſsit Chriſtiana Religio: ſtolidæ huius Ironiæ tuæ, ſtolida & barda eſt collectio. Neque ex ſacrificio fidem ſed ex fide ſacrificiũ metimur, probamus. Altera Eliæ in monte Carmelo ſacrificantis; altera Baalis ſacerdotum fides. Ille fide quæ in Deum verum, iſti, quæ in Dæmones eſt, litabant.

CAPVT XV.

Verenda in plurali numero non ſemper accipi pro pudendis hominis partibus. Fides res abſentes, non facit re ipſa præſentes. Fides Caluiniana iuſtè confertur cum Baaliſtarum fide.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *INani quoque perſuaſione correptus iſtam Eliæ Prophetæ ironiam, in qua nulla eſt ſermonis impuritas te*, 2. *Scurrili tua ludificatione, qua Caluini dogmata verendis æqui paras, imitatum fuiſſe opinaris*, 3. *Ne ex confeſſione nequitiæ atque inſcitiæ tuæ hac excuſatione elaberis*, quòd ſacra Scriptura, qua nihil caſtius, hac dictione vtatur, & verendum ſit, quod dici aut fieri nefas, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

39. §. 1. Olim impudica & impura Putipharis vxor, quaſi caſta & integra eſſet, Ioſephum caſtiſſimum & fideliſſimum coram marito, mentita ſibi illatam abeo vim, detulit, infamauit. Cogita qua verborum dicacitate turpitudinem ſuam obtenderit, ſummamque impuritatem, fidei, ac integritatis ſimulatione texerit: quantis verborum lenocinijs maritum induxerit, vt crederet, & ſibi perſuaderet Ioſephum reum huius flagitij. Ecquàm huic tuæ conſobrinæ ſimilis es? Cur me, hominũ turpiſſime, apud tuos turpitudi-

nis

nis ac impuritatis accuſando, traducere moliris? Non ouum ouo, quàm tu illi, ſimilius, cognatius. Quouſque conuitiorum tuorum ſtrepitu caſtitatem ac puritatem mentiente, (*Eſt enim*, inquit Cicero; *qui vt bene audiat erubeſcit & pudet impudica loqui, licet omnium non bipedum ſolùm, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus*) ſordes ac turpitudines tuas tectas eſſe voles? nulla fidei integritas, nulla in meretrice caſtitas, pudicitia:

Nil tua Cydippe facta ruboris habent.

Alioqui, quid toties verẽda replicas & explicas, ad quæ, vt ſcripſi, nulla mihi fuerat cogitatio? Si tua ab ijs pura mens, cur toties diſcoperis tegenda? aut cur impurus vis videri purus? *Nouum ſcripturis ſacris figuratè vti tranſlatione nominum ex comparatione criminum?* Negat Tertullianus. Caluini dogmata verendis cõtuli, ſcelus, crimẽ? Nego. Tam impura & turpia dogmata poſsũt ſermone ſatis turpi, nominum tranſlatione ſatis impurâ exprimi? Eius generis dogmata *ſic digna reuinci, ne adorentur.* Cur adoras? tecta eſſe volumus, cur detegis? ſupreſſa & abraſa, cur tam turpi repetitione exagitas? Sed paludes ranis placent, in illis viuunt ac coaxant.

Tertull. lib. aduerſus Iudæos. cap. 3.

Idem Tertull. lib. contra Valent. c. 7.

2. *Scurrilis non eſt ludificatio*, quę ſeria & iuſta, & quâ animi impia pertinacia ludificatur & contemnitur.

3. Non *nequitiæ non inſcitiæ confeſsio*, æquitatis demonſtratio ac oſtenſio.

4. *Non Chamica irriſio*, Caluini dogmatum vera refutatio. Quid quòd parẽs iſte tuus vino ſuarum proſtitutionum ebrius, omni diuinarum gratiarum veſtimento exſpoliatus, numquam mihi parens extitit?

5. Non

Digitized by Google

5. *Non fœda, nõ obſcœna aut ſcenica irriſio aut dicacitas*, quã quod fœdum eſt, ac obſcœnum exploditur.

6. *Non Canaanitis*, nõ etiam Catholicis noſtris, *riſum moueo*, ſed contemptum dogmatum Caluini impreſſum cupio. Ipſis, vt olim illi liberis ſuis ſeruos, ita Caluinum ebrium Calice proſtitutionum meretricis illius magnæ propono & exhibeo, vt impudicæ impudentiæ ac fornicationis numquam ſatis fugiendæ horrido aſpectu exterriti, tam flagitioſi ac ſcelerati hominis doctrinam auerſentur, fugiant.

7. *Egregium autem me ignorantiæ meæ ſpecimen exhibere, quum verendum pro pudendo tam in ſingulari, quàm in plurali numero accipio, quia nemo ex literatis adeò rudis ſit atque in Grammatica oratione peregrinus, qui non legerit apud probatos auctores, verendum in ſingulari numero idem ſignificare, quod venerandũ, in plurali verò & genere neutro (in quo hâc voce abuſus es) ſemper pudendas hominis partes denotare.* Ad hæc ego, quid? quod olim vere Cicero, *homines eſſe, quos infamiæ ſuæ neque pudeat, neque tedeat*, te vnũ ex eorũ claſſe eſſe. Nam lego apud probatos auctores verendũ in propria ſignificatione, idem quod metuendũ, timendũ, per tranſlationẽ autem idem quod venerandũ interpretari. Apud probatos auctores lego pudendum id eſſe quod non ſine verecũdia dici aut fieri oporteat. Apud probatos auctores lego pudorẽ & verecundiã ſimul confundi: ideo non eſſe incõueniẽs, verecundũ & pudendũ ſimul cõfundi. Itaque dixi & repeto, *id verendũ ac pudendũ, quod dici, quod ſcribi, quod fieri nefas.* Dixi, non eſſe neceſſe, *vt quoties de repudẽda eſt ſermo, toties de partibus illis hominis verẽdis, cogitemus.* Quid tu carpis? cur tã iniquè? *Tam in plurali, quàm in ſingulari numero, verendum ac pudendũ accipio,*

pio, iniquis. Videat Lector & iudicet. Neque enim reperiet. Huic mendacio alterum adijcis, quum ſcribis *verendum in plurali numero & neutro genere, ſemper pudendas hominu partes denotare*. Falſum enim eſt. Aut non probatus auctor, qui cecinit? Atque ad te ſimul conuertatur oratio.

Iſidis effigiem tardus geſtabat aſellus,
Pando verenda dorſo habens myſteria.

En magiſter Ioannes verenda in plurali & in neutro genere, apud probatum auctorem. Vis me in tui gratiam aliquid addere? Eadem ſaliua, in tanti beneficij memoriã, ſi gratus eris, à conuitijs de cętero abſtinebis. Quodnam illud verò? Verenda in plurali numero, ſubſtantiuè in neutro genere accepta, nonniſi hominis partes pudendas denotare. Et vide an huius rei ignarus eram. Sciui crede, ſed, vt ſuperiore libro & hoc repeto, nulla mihi cogitatio ad partes illas hominis pudendas fuit; Alluſi tantùm & quo potui caſtiùs. Aut numquam alluſio ad ſimilia? Imò, *& latè ſecundũ præſentis rei ſenſum explicari*. Et de verbis, an de re diſceptamus? *ſenſus non ſermo fit crimen*. Tertull. deſpectacul. c. 3.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Irrationabilis denique blaſphemiæ virus hæc ſpirat ludificatio*. Si tanta eſt virtus veſtræ fidei, vt corpus Chriſti in cælo abſens, in Euchariſtiæ ſacramento præſens adſit, crede ſolùm, & codex, quem non habes, præſens tibi aderit. *Phi, Anaſtaſi, à te, qui Theologum te apud tuos perhiberi cupis, huiuſmodi orationem proficiſci, in laicis caſtigatione, imò in pueris quoque flagris digniſſimam. Abſurdum enim eſt ea, quæ toto genere differunt, certam ſcilicet fiduciam promiſſionibus Euangelicis innitentem, quòd corpus Ieſu Chriſti eodem modo, quo in ſacra cæna nobis exhibetur, nimirum ſpiritnali, max-* D. Hilar. lib. 2. de Trinitat.

li, manducemus : & ſtolidam credulitatem, qua quis librum ſibi numquam exhibitum ſe habere imaginatur, quaſi benè conueniant in vna ſede collocare. Irreligioſioſum enim eſt, ad codicis humani & aſpectabilis contemplationem, in qua ſalus noſtra non conſiſtit, nec ſine ſenſuum noſtrorum comprobatione acquieſcere tenemur, eandem fidem exigere, quam ad theſaurorum cæleſtium, inuiſibilium atque in Chriſto reconditorum perceptionem, nobis tantummodo neceſſariam eſſe oſtendit Apoſtolus quum fidem definit. τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασιν, καὶ ἔλεγχον οὐ βλεπομένων, *id eſt, exiſtentiam eorum quæ ſperantur, & demonſtrationem eorum, quæ non cernuntur.*

ANASTASIVS CARMELITA.

40. §. 1. Si vera eſt fides veſtra, hanc meam ludificationem irrationabilis blaſphemiæ virus ſpirare fatebor. Sed quia fides veſtra falſa eſt; & proinde indigna fidei nomine, hinc eſt quod nullum virus irrationabilis blaſphemiæ ſpiret. Falſam verò eſſe probat abunde iſtud, nempe quòd licet fides magnæ ſit virtutis, non tamen tantæ, vt rem abſentem, re ipſa præſentem reddat. Nam quantacumque quis polleat fide, & credat rem abſentem, eſſe præſentem, non tamen re ipſa præſens aderit. Credimus futuram reſurrectionem, vitam venturi ſeculi. Eadem fide, abſentem crede tibi eſſe præſentem, re ipſa præſens tibi aderit? Somnia, mi homo.

Falſam eſſe oſtendunt iſta tuorum impia dogmata. Eccleſia Catholica credit potentiâ Dei abſolutâ fieri, vt corpus vnum & idem Chriſti poſſit ſimul & ſemel exiſtere in diuerſis locis.

Caluinus in 23. Quid tuus Caluinus? *Commentum de Dei abſoluta poten-*

potentia quod ſcholaſtici inuexerunt, execranda blaſphemia eſt. Oecolampadius libro de verbis Domini. *Id à Deo tribui non poteſt*. Petrus martyr contra Brentium. *Nulla vi fieri poteſt*. Beza in Creophagia, quia ſciebat ac nouerat nos Chriſti corpus ponere in ſacramento Euchariſtiæ, non per mutationem localem & phyſicalem, ſed mutationem ſubſtantialem, nimirum ſubſtantiæ panis in corpus Chriſti conuerſionem, quid? *Deus nec vult, nec poteſt ea mutare*. Et contra Selnecerum Lutheranum. *Concludimus Chriſtum non modò nolle, verumetiam non poſſe velle, corpus illud ſuum multis ſimul in locis ſiſtere*. Lambertus Danæus contra eundem Selnecerum. *Nec quidem Chriſtus velle poteſt vt corpus ſuum ſit in Cæna, in multis ſimul perſonis*. Lector? non horreſcis audiens? Ego horreſco referens ipſe. Vide enim qualem nobis Deum faciunt. Vide quàm impotentem. Hæc vera fides? Sureus & Spineus in Conferentia illa, ſuorum nomine Lutetiæ habita cum D D. Vigore & Claudio Sanctio. *Non modò*, inquiunt, *Deus non poteſt facere, aut poteſt velle, ſed etiam nec intelligere*. En fidem veſtram, bone vir. Nunc mecum collige. Si Deus id non poteſt efficere, imò nec velle, nec intelligere, ſi ab eo tribui non poteſt, nulla vi fieri; poteſt fides? Ei à Deo tribuitur, quod ipſe non poteſt? imò nec velle, nec intelligere? Itaque falſa cænæ veſtræ fides. Falſum, iuxta ipſammet fidem veſtram hanc, efficere vt corpus Chriſti abſens, ſit re ipſa præſens. Non igitur ludificatio mea virus vllum blaſphemiæ irrationabilis ſapit; non digna oratio, quæ in laicis caſtigatione, pueris flagris, excipiatur.

Eſaiæ.

Falſam

Falſam denique demonſtrat, quòd eam fiduciam certam eſſe velitis: quaſi verò fiducia & fides vnum & idem ſint: quaſi fiducia non ſit fidei ipſius & ſpei effectus.

Falſam, quia non tantùm ſpirituali modo per fidem manducari debeat corpus Chriſti, ſed etiam re ipſa. *Caro* (inquit) *mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* — Ioan. 6.

Falſam, quia cùm manducatio ſpiritualis per veram fidem, ſit ipſius gratiæ participatio, quæ æquè ei, qui ſic comedit communicatur (ſi tamen realem manducationem non ſpernat vbi tempus & ratio exigit) ac ei, qui re ipſa corpus comedit: gratia autem hæc, nulli extra veram Eccleſiam peregrinanti communicetur, exhibeatur. *Qui enim extra hanc domum agnum comedit profanus eſt*: vos autem extra veram Eccleſiam verſemini, non igitur ſpiritualiter manducatis. — D. Hier. ad Damaſum. Epiſt. 57.

Falſam, quum hæc ipſa fides veſtra neget Sacramentum hoc gratiam conferre; Chriſtus autem ex oppoſito, *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam: in me manet & ego in eo: ipſe viuet propter me.* Iſti effectus huius manducationis, non tot gratiæ ſunt? Quis negauerit, niſi inſanus? Quibus ita conſtitutis; Quis iure non rideat? Quis fidem hanc veſtram cum fide Baaliſtarum non meritò conferat? — Ioan. 6.

In hac veſtra cæna tantùm panis & vinum: panis, vinum nullâ benedictione ſacrata; quare non maiore reuerentia digna, quàm panis communis, quàm vinum commune, non maiore, quàm codex aliquis; quo iure ſacram Cænam vocas, in qua nihil ſacri?

Ab hac cęna veſtra, verum Chriſti corpus abeſt,

eſt, quantum ſummum cælorum à terra. Ab eâdem, gratia exulat. Neque enim ſacramentum hoc vllam, vt eſt dogma veſtrum, gratiam confert. Sed & extra Eccleſiam veram nulli confertur: cur ſacram Cænam vocas, in qua nihil quicquam ſacri? Bona fide, Lector, fides hæc Caluiniana non Abdirum lapidem pro Ioue? Non

—— petit illa dapes ſub imagine ſomni,
Oráque vana mouet, dentemque in dente fatigat,
Exercétque cibo deluſum guttur inani?

Quid cauſæ igitur ſubfuerit, cur eam pluris facias, quàm ſtolidam credulitatem, quâ quis librum ſibi numquam exhibitum, ſe habere imaginatur? Aut fidei re ipſa exhiberi poteſt, quod ei minime præſens eſt? Ad populum phaleras.

Irreligioſum ne dixeris, quod non religionem, ſed impiam & vanam ſuperſtitionem perſtringit. *Hæreſis non religio eſt, ſed ſuperſtitio.* Atque tantum Baalis Sacerdotes obijcere potuiſſent Eliæ anteſignano noſtro.

Apoſtolum Heb. 11. *velle fidem tantummodo eſſe neceſſariam, ad theſaurorum cæleſtium, inuiſibilium, atque in Chriſto reconditorum perceptionem:* aliud mendacium eſt ſi perceptionem ſumas pro receptione. Perceptio enim æquiuocum eſt, & pro ſimplici cognitione poteſt vſurpari: poteſt & pro receptione. Sed D. Paulus (ais) ita pronuntiat. *Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum rerum non apparentium.* Quis tamen inde concludat tantummodo neceſſariam ad perceptionem id eſt receptionem rerum inuiſibilium, theſaurorum in Chriſto reconditorum? Quin potiùs ſpem fidei connectit. Audiamus D. Ioannem Chryſoſtomum ad hæc Apoſtoli verba. *O quàm*

Digitized by Google

D. Chryſoſt. tom. 4. homil. 21. in Epiſt. ad Hebræ.

mirabili verbo vſus eſt dicens, Argumentum eorum, quæ non videntur. Argumentum quippe eſt, in rebus admodum maniſeſtis. Fides igitur viſio eſt non apparentium, & ad eamdem certitudinem ducit, ad quam etiam quæ videntur. Proinde neque circa ea, quæ videntur credulitas vel incredulitas dici poteſt: neque iterum fides dici poteſt, niſi cum circa ea, quæ non videntur, amplius, quàm circa ea quæ videntur certitudinem quis habuerit. Quoniam enim ea, quæ ſunt in ſpe, ſine ſubſtantia eſſe putantur, fides eis tribuit ſubſtantiam, magis autem eis non tribuit, ſed ipſa eſt eorum eſſentia. Vt puta reſurrectio necdum facta eſt, & necdum eſt ſubſtantia, ſed fides facit eam ſubſiſtere in anima noſtra, hoc eſt quod dixit ſubſtantia. Quibus, quid Apoſtolus faciat, docet. Primùm quòd declarat fidem res ſibi obiectas, ſpei quaſi ſubſiſtentes exhibere. 2. Earum cognitionem non minùs certam, quàm eſt eorum, quæ videntur, facere. Quid iſtud cum Caluiniana cæna? Quid iſtud ad realem exhibitionem corporis Chriſti, realem exhibitionem rerum inuiſibilium ac cæleſtiũ & Theſaurorum in Chriſto abſconditorũ? Aliud cognoſcere & ſcire, aliud recipere & habere. Aliud Deum cognoſcere, aliud eumdem in ſe manentem habere: aliud cognitionem habere Theſaurorũ in Chriſto abſconditorum, aliud autem illos poſſidere, atque illis frui. Non ſi quis Polyandrum cognoſcit, eo vtitur & eum manducat.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XVI.

Caluiniani meritò dicũtur nepotes Valentiniani & Marcionis Hæreſiarcharũ. Non profitẽtur veritatem Propheticæ ac Apoſtolicæ doctrinæ. Eorum ortus non ante ſexaginta annos. Catholici non arguũt ſcripturam obſcuritatis accuſãdo, ſed admirando; libros Apocryphos pro Canonicis nonrecipiunt; non adminiſtrãt ſacramenta linguâ peregrinâ. Hæretici teſtimonia quibus reuincuntur non agnoſcunt. Ea præpoſtero ordine adferre, mentiri ſolent.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Solidæ frigidorum delumbiumq́; tuorum argumentorũ 2. refutatione 3. ad iram prouocat⁹, præ impatientia & ſplendidæ tuæ bilis intemperie, me meoſq́; collegas iniquiſſimis cõtumelijs priùs inſequeris, quàm ad inanem cauſæ tuæ defenſionem accedas 4. De contumeliarũ tuarum iniquitate, quibus adſtruis me Valentinianũ eſſe ac Marcionitam, 5. noſtros verò primæ fidei deſertores, ac proinde 6. pepone inſulſiores, æquo Lectori, noſtræq́; doctrinæ bene conſcio iudiciam deſero. Hic enim nouit, vt Valentinianorũ ac Marcionitarum errores deteſtemur, ideoq́; ex hac manifeſta tua calumnia te de eorũ numero eſſe colliget, qui in ſuos Antagoniſtas odio veritatis aliena falſiſſimaq́; opprobria contra propriæ ſuæ conſcientiæ teſtimoniũ effundere non dubitant, &c.*

ANASTASIVS CARMELITA.

41. §. 1. Frigida, delumbiaque tibi argumenta mea ſunto. Coges me, te

Rogare longo putidum ſeculo
Vires quid eneruas meas?

2. *Refutationes tuas ſolidas* eſſe magnificè mentito. Ariſtonymum audio dicentem, *permultos eſſe qui cùm ſe ſapere putant, deſipiunt*. Olim Aſtydamas hiſtrio laudes ipſe ſuas ſtatuæ quam meruerat inſcribi volebat. Narciſſus

——— Liquidis formam ſpeculatus ab vndis
Contemnens alios, arſit amore ſui.

Non, hic effrænata eſt atque cæca tui admiratio? Cum Traſylao, quotquot naues in pyræum appellabunt tuas eſſe credito, ſanæ mentis non iudicaberis, qui plura tibi, quàm habeas, arroges. Hactenus tuas refutationes non dicam ſolidas à me viſas, quin potiùs valde remiſſas fuiſſe,

Inualidáſque manus & inanes crede lacertos.

3. Et quia placet, in campo conuitiorum inſolentiùs bacchare; appinge mihi, quæ te vitia dedecorant, iram, impatientiam, intemperiem ſplendidæ bilis, &c. Nihil aut parùm moror.

Nam & Aſinum rudentem audire cogimur. Hæc tua & bene vetus cantio, non me terret. Iſte tuus in criminando luxus, non ingloriùm me reddit.

4. Quòd verò te tuóſque Collegas Valentiniani ac Marcionis nepotes ſcripſi, non iniquè, vt criminaris. Oſtendo paucis. 1. Valentinianus apud Theodoretum, *ſolam fidem ad ſalutem eſſe neceſſariam mentiebatur*: Non hoc dogma veſtrum? 2. Valentinianus, Marcion apud Tertullianum liberum arbitrium in homine negabant: quid vos? non inficiamini? Oſtendi cap. 2. 3. Valentiniani, Marcioniſtæ, non omnes libros Bibliorum recipiebant: non cum eis, hac etiam in parte conſpiratis?

Theodoret. lib. 1. de hæret. fab. c. 9. Tertull. lib. de anima cap. 21. & lib. 2. in Mar. cap. 5.

conſpiratis? Nolim plura hîc cenſendo numerare breuitatis ſtudio. Iudicet nunc Lector, quia lubet, num iure vos eorum nepotes, num non ſine contumelia & iniquitate aſſeruerim. An contra propriæ conſcientiæ teſtimonium. An odio veritatis, aliena & falſiſſima opprobria effuderim.

5. Caluinum, Bezam & cæteros veſtros Theologos, Theomachos dicere putaui, *primæ fidei deſertores*, me ſcripſiſſe fateor, & vt verè, ita ſine contumelia & calumnia. Quæ tanta impudentia, vt id negare audeat? *Nam conſtat illos, neque adeò olim fuiſſe, & in Catholicam primò doctrinam credidiſſe apud Eccleſiam Romanenſem* Caroli quinti Imperatoris *fermè Principatu, donec ſub Epiſcopatu* Pauli tertij, Iulij 3. Pauli 4. &c. *ob inquietam ſemper eorum curioſitatem, quâ fratres quoque vitiabant, in perpetuum diſcidium abeuntes venena doctrinarum ſuarum diſſeminauerunt.* Qua demonſtratione Tertullianus Valentianum & Marcionem hæreticos eſſe conuincit. Quidni etiam Caluinum, Bezam & ſimiles ab Eccleſia Romanenſi Apoſtatas? Tertull. lib. præſcript. cap. 30.

6. *Pepone inſulſiores*, Hanc illatam in me iniuriam à te, retorquendo in eos, cur non dixero? feſtiuè ſcilicet. Pepone inſulſiorem me dixeras, tibi tuiſque reddidi quod veſtrum erat: tam amplum tam lautum ab Atauis Valentiniano & & Marcione relictum vobis patrimonium, quod prodigendo, mihi erogare volebas recipere nolui, reieci, ne, vt tu prodigi, ſic ego ſordidi & mollis notam incurrerem. Quis iuſtè grauiter & moleſtè ferat?

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Idem nouit,* 3. *quod repudiatis prauorum doctorum commentis, ſolam doctrinæ propheticæ veritatem in noſtris*

Eccleſÿs retineamus, 4. *& cum Tertulliano*. Id veriùs, *cenſeamus*, quod priùs, id priùs quod ab initio, id ab initio quod ab Apoſtolis 5. *à quorũ ſcriptis & exẽplis vos receſſiſſe ſuprà demonſtraui. Idem iudicabit, quandoquidem cum Valentinianis ſacram Scripturam obſcuritatis accuſatis, libros quoſdam Apocryphos pro Canonicis habetis, Euangelia truncatis, ac Sacramenta lingua peregrina adminiſtratis. vos potiùs Valentinianos eſſe indigitandos.*

ANASTASIVS CARMELITA.

42. 5. 1. Vos in veſtris *non in Eccleſÿs*, ſed *conuenticulis*, inquit D. Chryſoſtomus in Pſal. 96. *retinere Prophetica & Apoſtolica doctrina veritatem* nego. Non enim vt veſtra: ſic hæretica fuit Prophetica & Apoſtolica doctrina. Sed ex ſuppoſitione conſtituamus ita eſſe vt dicis, quod tamen non eſt, per quos ad vos vſque delata illa veritas propheticæ & Apoſtolicæ doctrinæ? Oſtendite origines veſtras, cenſus veſtros deferte. Eſt enim hæreditas, ad cuius veram & legitimam poſſeſſionem adſtruendam, accedere debent teſtimonia à iure præſcripta. Alioqui, omni ſuccedendi in aliorum bonis cupido cedendum non erit? Alioqui, quis relicti à patribus patrimonij, auitę poſſeſſionis ſecurus erit Dominus? Sed quid tutum & firmũ in religione eſſe voles? Quod eius dominium, tam firmum præſidium eſt habiturum, vt tutum eſſe queat? Non ſine cauſa ille figuratè de vobis præſagiens monuit. *Capite* (in-
Cant. 2. quit) *nobis vulpeculas, quæ demoliuntur vineas noſtras.* Non enim eis omnem ſepem ac ſecuritatis mu-
Eccl. 36. nitionem adimere, hoc eſt? At *vbi non eſt ſepes diripietur poſſeſſio.*

2. Cuius rei iudicium, cui defers? Lectori *bene con-*

Digitized by Google

ne conſcio veſtra doctrina? Intercedo. Iſte enim, cùm ſit eodem *iudicio ſubuerſus*, quo vos, atque *elegerit*, vt cum Tertulliano dicam, *in quo damnari velit*, denique, vt tu, ita ſibi cauſæ, licet iniquæ, lucrum ac victoriam adiudicari optet, non noſtra cauſa, quamquam iuſtiſſima, ceciderimus? Non ſententiam pronuntiabit in veſtræ partis fauorem quam volet defenſam? Inimicus iudex erit? Probè omnino. *Mallem cerberum metueres, quàm iſta tam inconſideratè diceres.*

3. *Repudiaſti prauorum doctorum commenta.* In re tanti momenti operepretiū erat eorum Cathalogum in medium producere. Quis enim ignotos aut damnare, aut iuſtificare iuſtè præſumat? Eſt verò aliquid tam ſanctum quod non profanum adſeratis? Eſt aliquid tam verum, quod non falſum adſtruatis? Eſt tam veridicus doctor, quem non falſidicum dicatis? Quæ veſtra hæc audax & effrenata impudentia, nobis omnibus notiſſima? Mi homo, omni meretrici, omnis virgo meretrix impudica,

Cùm caſtum amiſit polluto corpore florem.

Mentiri ſolito, omnis homo mendax.

4. Si cum Tertulliano cenſetis *id verius eſſe quod prius, &c.* ruit tota ſtructura Caluiniana nupera, nec ante ſexaginta annos nata, viſa, audita. Niſi verò ſuos cenſus deferat, ſuam originem (quod cap. 2. & 8. oſtendi, neque hìc breuitatis ſtudio, repeto) ad ſuperiorum ſeculorum hereſiarchas.

5. *Nos à ſcriptis & exemplis Apoſtolorum & Prophetarum receſſiſſe demonſtraſti.* Tu?

Audax cantata leges imponere Luna?

Digitized by Google

Imò, non ſi omnes tui comminiſtri Caluiniani tecum in vnum caput coirent id præſtiterint.

Non hîc verba valent, non hîc nocturna Cyteis
Non Perimedæa gramina cocta manu.

Mendacia, impietates veſtras pro veritate non poſſe ſubſiſtere, nec Eccleſiam Catholicam, Romanam, ab Eccleſia receſſiſſe oſtendi c. 8. Dixit Chriſtus. *Porta inferi non præualebunt aduerſus eam.*

Matth. 16. 6. Cum Valentinianis nos ſcripturam ſacram obſcuritatis accuſare, falſum eſt, non enim eſt

2. Cor. 6. *conuentio lucis ad tenebras*. Obſcuram aliquando ſcripturam ſacram eſſe dicimus non accuſando, quod Valentiniani facerent, ſed admirando. *Quis enim arguet ſenſum Domini?* quàm multa tamen in eo abſtruſæ ac reconditæ ſcientiæ? Eius ſi quas partes comprehendimus, pulchras profitemur; ſi non ita complectimur, eas adoramus, ſuſpici-

Euripid. mus, non accuſamus: Cum illo dicimus. *Quæ intelligimus præclara ſunt, opinamur non modò, ſed credimus, & quæ non intelligimus.* Non cum Valentinianis, ſed, heus tu bone, cum D. Petro profitemur, *Chariſſimum confratrem noſtrum Paulum ſecundùm ſapientiā ſibi datam ſcripſiſſe nobis, ſicut in omnibus Epiſtolis, in quibus loquitur de his in quibus ſunt quædam difficilia*

2. Pet. 3. *intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.*

Et reuera, ſi omnia, vt clamitatis, tâm aperta, tam facilia, cui vtilitati ac bono ſpeciale donum interpretationum? Nam 1. Corinth. 12. *Numquid omnes doctores, numquid omnes interpretes?*

Cum eiſdem Valentinianis nos *Apocryphos libros pro Canonicis recipere*, duplex calūnia. Primùm enim, tantum abeſt vt Valentiniani eos, quos putatis Apocryphos reciperent, cùm neque Canonicos

nicos, præter D. Lucę Euangelium & Nouem ex Epiſtolis D. Pauli admitterent.

Cùm tam inepte ſcriberes adfuit, opinor, tibi, exprolibus tuis aliqua, aut ipſa vxor, quæ mentem interturbando abriperet.

Secundò nullos alios Apocryphos libros exiſtimamus, tenemus, præter eos, quos Eccleſia Catholica numquam probauit, quos Canonicos eſſe non declarauit.

Denique cùm eiſdem Valentinianis nos *Sacramenta lingua peregrina adminiſtrare*. Quid audis Lector? primùm, non vides hunc hominem ſcribere, quicquid calami ori & apici ſeſe offert? Vnde enim nouit Valentinianos vſos in Sacramentorum adminiſtratione *lingua peregrina*? Si interrogatus, reſponſi probationem ac confirmationem ab eo ſciſcitareris. Vnde illi probatio & confirmatio dicti?

Secundò Latina lingua in Sacramentorum adminiſtratione vtimur. Ergo Latina lingua *peregrina*? Si eſt, non eadem ratione Græca, eadem Hebræa omnium linguarũ parens ac prima? At hæ tres linguæ, crucis Chriſti titulo dedicatæ, conſecratæ fuerunt. Ita tres ſolæ fermè inueniuntur eſſe, quæ certas leges, præcepta, nec varianda aliquando, habeant; cùm aliæ ſingulis diebus mutentur, violentur. Quæ magis peregrina, an quæ communior & pluribus nationibus familiarior, an quæ minus cõmunis & paucioribus familiaris? At eſt lingua communior, pluribus nationibus nota, Latinâ linguâ? In Africa apud D. Cyprianũ ſerm. de Oratione Dominica, apud D. Auguſtinum lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 13. non Punicâ, ſed Latinâ lin-

Digitized by Google

guâ diuina officia celebrabantur. In Græcia, inter Hebræos, Chaldeos in ipſa Æthiopia, non vulgari, ſed eruditiore, & longè diſcrepante à vulgari. In Italia, in Germania, in Gallijs numquam alia quàm Latinâ linguâ celebrata, donec Lutherus, Caluinus, & huius impietatis ſentinæ hoc controuerſum voluerunt. Habe porrò linguam hanc, pro peregrinâ, nos non item, nec Eccleſia Catholica.

Polyander Calvinista.

1. *Sed pergamus & diſpiciamus, quàm inaniter & pueriliter tua argumēta tuearis, meaque impugnes. Prima quæſtio fuit an Caluinus hac in re peccauerit, quòd de abdito damnatorum loco non fuerit tantopere ſolicitus, vt eum conſpicere, déque eo nobis conſpicilium exhibere voluerit. Idipſum hac de cauſa negaui, quod Chriſtus, Probeta & Apoſtoli aliquoties de pœnis Gehennæ diſſeruerint, nóſque illarum quotidie velint meminiſſe, non vt nimis curioſè (quemadmodum vos facitis) inquiramus, vbinam ſit infernus, in centro terræ, aut in valle Ioſaphat, aut in antris Etneis, ſed vt caueamus ne noſtra inobedientia in eum incidamus. At tu præpoſtero ordine mihi inſultans, poſteriorem meæ probationis partem Chriſtum, ſcilicet Prophetas, Apoſtolos, aliquoties de pœnis Gehennæ diſſeruiſſe, nóſque in ſacris literis etiamnum admonere, vt illarum quotidie recordemur, ac caueamus ne noſtra inobedientia in eas incidamus, hanc, inquam, reſponſionis meæ partem, inſtituti tui oblitus, varijs confirmas teſtimonijs, quorum alia ſunt aptè & congruenter ad rei veritatem accommodata, vt conciones Ieſu Chriſti, Baſilij, Chryſoſtomi de Gehenna & fornace ignis æterni: alia longè petita & à propoſito aliena,* &c.

Ana-

ANASTASIVS CARMELITA.

43. §. 1. Contra, tam verè ac plenè, tam viriliter, magnoque animo, quàm qui maximè. Simiam autem ne morſicet aut ſaltet quis impediuerit? Non ego. Cur de quæſtione in quæſtionem? De priore hac, *An Caluinus vllum reuera infernum locis à me citatis agnouerit*, ad hanc alteram *an Caluinus hac in re peccarit, quòd de abdito damnatorum loco non fuerit tantopere ſolicitus, vt eum conſpicere, deque eo conſpicilium exhibere vobis voluerit*, ſaltas? Cur, quem, omnia, quæ in lucem mitteres volumina, numquam ſatis ab hac negligentia non exhibiti conſpicilij de inferni loco, excuſabunt, tantopere is defenſum, atque dum id paras, toties morſicas? Vtramque huius tuæ poſterioris partem non præpoſtero ordine, non inſtituti mei oblitus, vt calumniaris, attigi. Atque primam, vt ipſe fateris, *varijs teſtimonijs, quorum alia ſunt aptè & congruenter ad rei veritatem accomodata.*

Neque porrò minùs quàm congruenter reliqua, licet reclames. Non primum iſtud, quod eſt de facto Core, Dathanis & Abironis. Nam quorſum, amabò, ſcriptura hiſtoriam hanc, & hanc Numer. 16. de eis vltionem, tam ſubitum ac repentinum, miſerum denique & horribilem caſum eorum, nobis opponit? Nonne, vt ab omni inobedientiæ & rebellionis crimine, horrore tam exquiſiti de eis ſumpti ſupplicij reuocemur? Parcet ijs, qui eodem ſcelere dedecorabuntur? Nonne ſi hoc ſibi Caluinus, ſi hoc vobis conſpicilium dediſſet atque exhibuiſſet, omnem obedientiam ſummo in terris Vicario Chri-

Digitized by Google

D. Cyprianus Epiſt. 55. Chriſti debitam redderetis? Floreret hæreſis veſtra? Aut non *omnes inde ortæ hæreſes?* Mentitus D. Cyprianus, qui docuit? Ante eum, quem magiſtrum vocabat, Tertullianus?

Familiare (inquit) *eſt hæreticis nullum Deum habere, omnia apud eos ſunt ſoluta & libera. Nullus enim ibi Deus, vbi nullus eius timor ac metus, & ibi Deus vbi eius metus & timor, qui eſt initium ſapientiæ. Vbi metus Dei eſt, ibi grauitas honeſta, diligentia attonita, cura ſolicita, adlectio explorata, communicatio deliberata, promotio emerita, ſubiectio religioſa, apparitio deuota, proceſsio modeſta, Eccleſia vnita, & Dei omnia. Proinde hæc apud nos teſtimonia diſciplinæ ad probationem veritatis accedūt, à qua deuertere nemini expedit, qui meminit futuri iudicij: quo omnes nos neceſſe eſt apud Chriſti tribunal, adſtare reddentes rationem imprimis iſtius fidei.* Tertull. lib. præſcript. cap. 43. & 44. Poterat ergo hiſtoria ad inſtitutum meum aptiùs & congruentiùs accommodari? Aut particularia Dei iudicia, & de improbis particulariter ſumpta ſupplicia, non nos mouēt, non nos ad eius iudicij vniuerſalis recordationē, conſiderationem vocāt? Sed capio, & rurſus verū iſtud eiuſdē Tertull. *Variæ ſunt hæreticorū præſumptiones, neceßariò nolunt agnoſcere ea per quæ reuincuntur.* Idem lib. præſcript. cap. 17. Vulnus tetigeram, ac eiuſdem hiſtoriæ citatione, crimen veſtræ à ſummo in terris Chriſti Vicario defectionis redintegraram: diſplicuit: non igitur *aptè, non congruenter adnotaueram.* Non ſecundum teſtimoniū, quod ex Iob adduxi. At eſt, ais, p. 143. *narratio allegorica, de hominis reprobi interitu, qui ſicuti cremiū, aut lignum areſactū ſine flatu ſponte ardet, ſic ſuo ipſius flagitio abſque aliarum creaturarum opera à Deo incenditur, vltioniſq; diuinæ ardore conflagrat.* Sed etiam reſpondeo, hanc eſſe tuam interpretationem, Tertullianū verè & appoſitè lib. præſcript. c. 17.

Hæretici,

Digitized by Google

Hæretici, virginem traditã à Chriſto hæretico adulterio conſtuprant, non adulterorũ iudiciũ tandem ſubibũt?

Diuerſas expoſitiones commentantur, & pariter addunt quæ ex falsò compoſuerunt, ad diſpoſitionem cerebri ſui interuertunt, quæ ex ambiguitate cœperunt. Si hæreticus non es, cur hîc facis? Hanc igitur, mi homo, exſufflo interpretationem, amplector eam quæ eſt D. Hieronymi, Gloſſæ ordin. Lyrani, & Gloſſæ interlinearis in 20. cap. Iob. Itaque D. Hieronymus ſic habet. *Hunc ignem non abſurdè intelligimus gehennam, qui non materijs quibuſdam & pabulis viuit vt ardeat, ſed per ſeipſum, vt creatus eſt vigens, cuncta, quæ ei iniecta fuerint concremat. Ergo iſte ignis deuorabit impium; qui tanquam rationabilis ita eum glutiet atque abſorbebit, vt in eo æternis cruciatibus torqueatur.* Non igitur *aptè & congruẽter* hoc teſtimonium Iobi. *Deuorabit eos ignis, qui non ſuccenditur*, inſtituto meo? Gloſſa ordinaria & Lyranus ibidem, non etiam de igne inferni interpretantur? *Venient & vadent ſuper eum horribiles omnes tenebræ abſcõditæ in oculis eius, id eſt Dæmones, quorum poteſtati tradetur, quibus in pœna ſubijcietur, ſicut eis ſubiectus fuit in culpa. Omnes tenebræ abſconditæ ab oculis eius, quoniam tenebræ interiores & exteriores, quæ erant in inferno, modò non conſiderantur ab impio, eas enim non vult conſiderare.* Deuorabit eos ignis, qui non ſuccenditur. *Hic eſt ignis gehennæ, vt dicit hîc Gloſſa Hebraica* (inquit Lyranus) *qui non ſuccenditur humano ſtudio, ſed diuino, non ab homine, ſed à Deo, iuxta illud Eſaiæ* 30. Flatus Domini, ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam, *ſcilicet gehennam.* Gloſſa interlinearis. *Propriè exprimitur ignis gehennæ, qui corporeus malos corporaliter vrit, nec vt iſte noſter ſtudio hominis ſuccenditur, nec lignis nutritur, ſed creatus ſemel permanet.* Aptè ergo & congruenter accommodatum fuit à me hoc

Tertull. cap. 17. præſcript.

D. Hier. lib. comment. in 20. Iob tom. 8.

Gloſſa ord. Lyranus.

Gloſſa interlinea.

Digitized by Google

hoc Iobi teſtimonium.

3. Non minùs aptè & congruenter iſtud Eſaię c.33. *Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorāte, cum ardoribus ſempiternis?* Atque erras ac falleris. Non enim *hypocritarū eſt querimonia,* vt ſcribis p.143. Sed prophetæ, in perſona Dei loquentis, vox. Nec ibi hypocritæ Deum ignem conſumentem Moyſis exemplo appellant, vt ſecundò inponis, ſed propheta, etiā de ipſo igne inferni. Ita enim D. Hieronymus ſecutus 70. interpretationem exponit. *Tremor poſſedit hypocritas, quibus Dominus in Euangelio loquebatur. Væ vobis hypocritæ. Quis poterit ex vobis habitare cum eo, qui eſt ignis deuorās? Quis habitabit cum ardoribus ſempiternis: ſiue iuxta Septuaginta, quis vobis annunciabit, quia ignis ardet æternus, quē præparauit Deus diabolo & angelis eius? quis igitur poterit habitare cū Deo, vel annūciare ventura ſupplicia?* Quibus licet innuat hoc igne Deum intelligi poſſe, tamē de igne inferni etiam intelligi cum 70. vult. Lyranus quidem igne iſto ignem altaris holocauſti, qui perpetuo ardere debebat, interpretatur. Gloſſa ordin. tētationes dęmonū ſemper ardētes, ſed etiā ipſam eorū damnationem in ipſo inferni igne, *quem ſecum,* inquit, *ſemper ferunt.* Gloſſa interlinearis præſentes perſecutiones & ſupplicia, quę Deus infert pro peccatis, ſed etiā ipſum ignem inferni, qui *in futuro* (ait) *peccata* etiam *deuorat.* Quare neq; hoc teſtimoniū, non aptè aut congruenter ad inſtitutum attexui.

4. Non minùs aptè & congruenter D. Petri, de tremendo Chriſti aduentu commonefactio. Aut dies Domini, non ad iudicium? Iudicium, non reproborum ſupplicium, electorum mercedem, præmia, non eorum diſcretionem importat? *Veniet enim vt iuſtorum & iniquorum merita, diſcernat,*

D. Ambroſ. l.2. in Luc.

nat, & pro qualitate factorum noſtrorum iudex verus, aut ſupplicia decerāt aut præmia, quamquam hæc D. Ambroſius de primo etiam eius in carne aduentu pronuntiet. Porrò eius ad vltimum iudicium aduentus cōſideratio, non etiam timorem incutiēs à peccādi cōſuetudine & libidine reuocat? Non ergo leuiter, vt calūniaris, non ineptè, nō incongruenter ad propoſitā materiā hanc Apoſtoli D. Petri cōmonefactionem aptaui. Iure & meritò dixi te damnare Caluinū, cùm voluiſti *nō tantopere ſolicitum vt inferni locum conſpiceret, & de eo vobis conſpiciliū exhiberet*. Si enim ſeriò conſpexiſſet, deque eo vobis toties, & eâ quâ oportuit indagatione, eo, quo oportuit examine cōſpiciliū exhibuiſſet, vt ſunt omnia apud vos, ſic ſoluta, ſic libera forent?

5. Appoſitè etiam & ad rem, quæ ex Hieremię 48. & ex 2. paralypp. cap. 24. habui. Nam ſi ex officio Chriſtiani eſt, vt noſtrûm quiſque conſideratione ſeriâ tenebrarum (vt cum Lyrano loquar) *interiorum & exteriorum* Domini timorem, qui eſt initium ſapientiæ, ſibi ingeneret & imprimat, oſcitanter & diſſolutè in eo ſeſe Caluinus geſſerit, non eum accuſas, non eum condemnas? non velut vnum, cui meritò iſtud congruat? *Maledictus, qui facit officium Dei negligenter*. Aut ſic ex-lex factus eſt, vt cum leuitis minimè reprehendi debeat quòd Dei officium negligenter peregerit? Heli ſacerdote maior, qui quòd olim neglexiſſet docere ſuos timorē Domini, Arabs, ſeu extraneus à Deo habitus eſt? Imò, inquit Origenes, *qui hanc diſciplinam non tenet, qui delinquentes filios non caſtigat, non corripit vt emendet, qui vitijs indulget, qui delicta non punit Arabs, id eſt extraneus à Deo eſt.* Quam ſententiā probat D. Pauli hac auctoritate.

Lyran. in 20. Iob.

Origen. homil. 1. in l. Iud.

Quòd

Digitized by Google

Heb. 12. *Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, ergo adulterini, & non filij eſtis.* Extra hanc diſciplinam Caluinum nobis exhibuiſti; non igitur Arabem, id eſt à Deo extraneum? Non ſic eum

Pſalm. 318. condemnaſti? Qui ſi extra hanc diſciplinam exſtitit, quemadmodum reuera exſtitit; & vbi illi reuera infernus? Nam qui ſine Dei timore eſt, vt eſt omnis, qui à Dei iudicijs minime timet, quem reuera infernum agnoſcit?

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Apoſtolus Heb. 12. Non diſſerit de diſciplina, ſeu fidei doctrina (vt partim vetere verſione, partim Græcæ linguæ imperitia deceptus vocem τῆς παιδείας, interpretaris) ſed de paterna fidelium caſtigatione,* cùm ait, Quod ſi eſtis abſque caſtigatione, cuius participes ſunt omnes, nempe ſuppoſiticij eſtis non filij. 2. *Quiſquilias de ſignificatione nominis Heli, vitijs filiorum ſuorum nimium indulgentis, de horum nequitia & impietate, de Caluino & me, tam Heli, quàm filiorum eius veſtigia prementibus, quæ pro tua inſcitè nugandi κακοηθείᾳ pag. 25. & 29. nequicquam interſeris, ne nauci quidem dignas iudico.*

ANASTASIVS CARMELITA.

44. §. 1. Hîc, niſi Lector deſiderium inſatiabile morſicandi, mentem omnem tibi præripuiſſe iudicauerit, valdè fallor, & me mea cauſa excidiſſe fateor. Cur enim hîc, hæc tua inſolens & gratuita obſeruatio? Ego poſt Origenem τὴν παιδείαν, pro paterna caſtigatione vſurpaui, & cum eodem illud Heb. 12. Apoſtoli. Huius acceptionis veritas oſtenditur exemplo Heli, qui nimiùm filijs indulſit. Et vbi tibi mens cùm carpere parares? Eadem animi perturbatione, non me, ſed Originem *lingua Græca imperitia deceptum* ſcribis. Hanc enim

Digitized by Google

enim auctoritatem Origenes in medium adducit ad hiſtoriam Heli elucidandam homil. 1. in 2. cap. Iudic. Quid cenſes? imperitus erat linguæ Græcæ? Aut muſcam cum elephanto confers? Aut potiùs non tibi

—— Aeſtuat ingens
Imo in corde pudor, miſtóque inſania luctu?

Aut denique non ſciebat Origenes quod poſteà Gloſſa ordinaria in 12. ad Hebræos, τὴν παιδείαν *eruditionem eſſe per moleſtias, quando pro peccatis ſuis, mala quis patitur vt corrigatur; atque hoc ſenſu hîc ab Apoſtolo accipi? Aliam eſſe diſciplinam, quæ ſcientia dicitur, & quæ à diſcendo nomen accipit, Græcè* ἐπιστήμη? Aut tandem ſolus ſapis, ſolus linguæ Græcæ peritus? ô vanitatem, atque ſupercilium Miniſtri Caluiniſtæ!

2. Quæ de Heli, nominis eius & filiorum ſignificatione attexui, quoquo voles pretio æſtima; ea tamen ſunt eiuſdem Origenis. Ita faciunt hæretici *contraria ſuæ ſententiæ eradunt, competentia ſeruant*. Contraria ſuæ ſententiæ flocci pendunt, Tertull. lib. 4. in Marc. cap. 6.
competentia, quamquam ne quiſquiliarum nomine digna, magni faciunt, eleuant; & ex muſca Elephantem. Ea aptiſſimè ad inſtitutum, quod ſe obijciebat accommodata fuêre; ab Origene ſubtiliter decurſa, *ne nauci iudices*, non tamen quiuis alter, melioris ac ſanioris cerebri.

N CAP.

Digitized by Google

CAPVT XVII.

Hæretici ſimplicia quæque torquent. Quod ſummè optandum calumniantur. Fides, quàm ſit clara & certa demonſtratio. Non inconuenit inquirere, quæ reuelata non ſunt. Curioſius non inquiritur, quod ad exercitiũ inquiritur. Hæretici, quàm inſolenter efferantur & glorientur.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *PRiori deniq; probationis meæ parti ſcripturam nempe non præcipere, vt quemadmodum vos facitis, vbinam ſit infernus, an in centro terræ, aut in valle Ioſaphat, aut in antris Etnæis inquiramus, huic, inquam, parti has opponis præſtigias.* 2. Caluiniſtę dicunt ſibi credendum. Sòlà *itaque* ſuâ aſſertione ſe abundè probaſſe exiſtimant nos de loco inferni nimis curioſè inquirere. 3. *Huius captionis antecedens noſtri reſpectu falſiſſimũ, in vos Pontificis Romani Gnathones reijcio, qui quicquid veſtra Eccleſia ex ipſius ſcrinio excepit, voſque ſub ſpecioſo vtriuſq, nomine populo proponitis, ſimpliciter credendum atque approbandũ eſſe affirmatis, qui fidem, quam vocatis implicitam, ac craſſam, plebeculæ laudatis ignorantiam, quæ veſtris placitis, ſine vlla inquiſitione, aut contradictione aſſentitur.*

ANASTASIVS CARMELITA.

Lib. aduerſus Hermog. cap. 19.

45. §. 1. Cur ſimplicia quæque torques? Cur? quæro? Reſpondet Tertullianus. *Hæreticis fermè mos eſt, ſimplicia quæque torquere.* Cur præſtigias vocas, ſimplex vnum atque aliud verbũ? Cur ſimplicem interrogationem torques in propoſitionem

nem abſolutè affirmatiuã,& ex ea exſtruis argumentum? Cur tibi præſtigiæ ſunt,incantamenta, illuſiones, doli, machinæ, fallaciæ? Diſpiciamus quàm iniurioſè vnum atque alterum reſponſi mei verbum ad præſtigias traducas. Obieceras Chriſtum nos quidem pœnarum gehennæ memores eſſe voluiſſe, ſed non vt nimis curioſè, quod nos facere, falsò aſſeris, inquiramus. Ad hæc quid ego? hæc iſta. *Qui dicunt nos nimis curioſè nquirere? Caluiniani? Ecqua id via probant? Quia dicunt, illis credendũ?* Vbi hîc præſtigiæ, incantamenta, illuſiones,doli,machinæ,fallaciæ,captiones? Quid paucis iſtis dici potuit apertiùs,rotundiùs? Sed & iſtud periti (ſi dijs placet) hominis eſt, antecedens vocare, quod conſequens eſſe debet.

Non enim ideo vos Caluiniſtas ſolâ veſtrâ aſſertione abundè probaſſe concludo, quia velitis vobis credi. Quid ergo? Non ideo vobis credi debere,quia ſolâ veſtrâ aſſertione vos abundè probaſſe exiſtimetis. Poſterius ſiquidem hoc, antecedens eſt ad illud prius, atque ad poſterioris illius negationem, ſequitur prioris huius negatio.

2. Simplex quoque fuit interrogatio. Ita enim. *Quia dicunt, illis credendum?* hanc, more hæreticorum, couertiſti in propoſitionem hanc abſolutè affirmatiuam. *Caluiniſtæ dicunt ſibi credendum*. Lector? non vides quanta ſit diſcrepantia, inter ſimplicem interrogationem, & propoſitionem abſolutè affirmatiuam? Illa enim neque abſolutè negat, neque abſolutè affirmat: hæc autem abſolutè omnino affirmat. Reſponſione ad illam, non eſſe Caluiniſtis credendum volui. Iſtâ autem egregium mendacium Polyander admiſit. Non enim dixi, Caluiniſtas dicere ſibi eſſe

credendum. Eſtque merum mendacium. Vt obſerues Miniſtrum Caluiniſtam hominem eſſe ex fraude, & mendacio compoſitum, & ſimplicia quæque torquere. Ad hanc tamen à ſe productam propoſitionem, perbellum iſtud, vt dixi, conſequens, educit: *Sola itaque ſua aſſertione ſe abundè probaſſe exiſtimat.* Nam vnde deductum? Boues non aratrum trahit, mi homo, ſed aratrum boues. Et niſi capiti tuo cucurbitam admoueris, perijſti.

3. Non erat quòd in nos Pontificios, *Non Gnathones*, vt mentiris, ſed obedientes filios ſummi in terris ſub Chriſto paſtoris, quod de vobis non dixeram obtruderes. Sed ſeriò tamen agè. Non parùm nos tuæ calumniæ mouent; non eſt Eccleſia à ſuo paſtore diſciſſa, non membra à capite. Paſtoris eſt regere, imperare; Filiorum obtemperare, non tergiuerſari.

Quod vitio tribuis, nos virtuti. Vnam nobis omnibus mentem, vnum & eumdem conſenſum, vnam & eamdem fidei eſſe profeſſionem, promptam erga Paſtorem omniũ noſtrûm obedientiam eſſe gloriamur. Hæc noſtra erga eum reuerentia, hæc obſeruantia, per quam eum, qui dignitate, imperio & poteſtate omnes antecedit, colimus, præſidium noſtrum eſt inter frementium litium & de fide diſſentientium opinionum vndas & fluctus, Dicẽte D. Hieron. *Quoniam vetuſto oriens, nunc verò occidens inter ſe populorum furore colliſus indiſciſſam Domini tunicam & deſuper textam minutatim per fruſta diſcerpit, & Chriſti vineam exterminant vulpes; & inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficile vbi fons ſignatus, & hortus ille concluſus ſit poſſit intelligi. Ideo mihi Cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore lauda-*

tam

tam cenſui conſulendam, inde nunc mea animæ poſtulans cibum, vnde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ. Profligato à ſobole malà patrimonio, apud vos ſolos incorrupta Patrum ſeruatur hæreditas. Hæc ille ad Damaſum Papam. Nonne ſi D. Auguſtinus reuiuiſceret expoſtularet à vobis, quemadmodum olim à Petilianiſtis Eccleſiæ Romanæ hoſtibus? *Cathedra quid fecit vobis Romanæ Eccleſiæ in qua Petrus ſedit, ſedet Anaſtaſius,* nunc autem Paulus quintus, *quem nos in Catholica vnitate complectimur, & à quo vos nefario furore ſeparaſtis?*

D. Hieronym. ad Damaſum Epiſt. 57.

D. Auguſtinus lib. 2. contra literas Petiliani cap. 51.

Ec cur laudandam noſtrorum ſimplicitatem illaudas? *Illi à ſacerdote victimam ſalutis, à paſtore præſidium ſalutis flagitant, & ſine depreſſione aciei mentis, altitudinem Romani culminis atque ambitionem à ſucceſſore Petri piſcatoris, à crucis diſcipulo admirantes expectant: Illi nullum primum niſi Chriſtum ſequentes ſummi Pontificis Romani beatitudini, id eſt, Cathedræ Petri communione ſociantur, ſciẽtes ſuper eam fundatam eſſe Eccleſiam; profanum autem eſſe, quicumq; extra hanc domum agnum comederit,* ait D. Hieronym. Quid vituperas in eis, quod ſummopere D. Petrus ab eis expectat? *Vos ſicut modò geniti infantes lac ſine dolo concupiſcite, vt in eo creſcatis ad ſalutem, ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus.* Cur ab eiſdem requiris, quod in vobis reprehenditur? Nam etſi mel comedi imperetur inuentum: tamen monemur de eo comedere quantum ſufficit, *ne fortè ſatiati, illud euomamus. Non enim bonum ei, qui mel comedit multum. Et qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloriâ eius.* Quare Apoſtolus. *Sapiendum, ſed ad ſobrietatem.*

D. Hier. ad Damaſum Epiſt. 57.

1. Pet. 2.

Prou. 25.

Rom. 12.

Quid porrò eſt quod veſtrâ curioſitate in dubium non reuocaſtis? Quid tam altum & profun-

Digitized by Google

fundum, quod non humanâ ratione comprehendi debere, eademque metiri? cùm tamen *captiuandam in obſequium fidei* Scriptura ſacra velit: & hunc *gladium* humanæ vanitatis, ac curioſitatis prohibeat *ſuper altare aſcendere?*

2. Cor. 10.

Exod. 20.

Nunc autem viri, fœminæ, ſenes, pueri, atque puellæ quæſtionibus ludunt & laſciuiunt, eoque deuentũ eſt, vt pro parùm ſano habeatur, qui nõ ſic inſanit. Myſterium Theologia erat, facta nunc eſt populare oblectamentum. Ab aliquot ſeculis conqueritur Nicephorus Gregoras ſcribens. *Apud nos etiam opificibus effuſa ſunt arcana Theologiæ, omnes inhiant ratiunculis & ſermonibus ſyllogiſticis, vt herba & paſcuis armenta. Et illi, qui de recta fide ambigui ſunt, & qui nec quomodo credendum ſit ſciunt, nec quid ſit illud, quod ſe credere dicunt, iſti, illi inquam, & fora, & porticus & theatra omnia Theologia compleuerunt: Neque ſolem hunc teſtem impudentiæ ſuæ facere verentur. Quomodo autem non ſit abſurdiſsimum, olim quidem cùm florerent Gentium dogmata ordinem aliquem fuiſſe, & arcana, quæ Delphorum Theologis commiſſa erant, nulli alij vel edicere, vel indagare licuiſſe, ſiue is Plato, ſiue Socrates, aut alius ſapientiæ celebris fuiſſet; apud nos verò, qui purum pietatis myſterium profitemur, ita profanari res diuinas, & omnibus, qui de Theologia diſſerere volunt id licere ſuopte arbitrio & conſilio?* Huius temporis non vides claram imaginem? Placet audire, quæ hinc diſſidia, ambitiones inter capita ſectarũ illius ſeculi exſtiterint? *Factionum verò Principes inter ſe digladiabantur, & linguas contra ſe mutuo armabant, non zelo diuino, ſed iracundiæ impetu ducti. Nam qui ſecundùm Deum zelus eſt, à ſuperna potentia dependet, & diuina quadam ac moderata concinnaq; ratione gubernatur. Qui verò mentis ſuæ fores ambitioni aperiunt, ij non vident zelum in æmulationem & odium,*

Niceph. Greg. Lib. 11. hiſtor.

odium conuerti, & pro frumento, vua, cæteriſq; bonis fructibus, ſpinas, tribulos in hoc agro produci. Hæc autem ſunt lites ab animo non ſatis inſtituto profecta, & aduerſariarum orationum certamina. Quid autem Christus ad hæc & ſimilia? *Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur & domus ſupra domum cadet.* Hæc in Græcia olim fuêre. Quando? Iam me ſemel dixiſſe recordor. Cùm paulò pôſt ruit. Pôſt Vulpes *ſingularis ferus, Aper de ſylua eam vaſtauit.* Græcis meliores ſumus? Quid igitur aliud exſpectamus? En quo diſcordia ciues perductura miſeros, niſi ſeriò occurratur. En quo curioſitas veſtra, diſſidia, quæ in religione peperiſtis, & parere pergitis, collimant, & tendũt. Quàm ergo ſatiùs eſſet, ſub vno à Chriſto in terris conſtituto Vicario omnia iſta componi: omnes eumdem in vnitate Catholica, in ſimplicitate fidei amplecti, ſuſpicere, reuereri, eique obedire, quàm ab eo nefario furore ſeparari, vtriuſque tandem ſtatus euerſionem experiri. Alioqui videant Reges, videant Principes an non inſanus iſte furor ſemel Luc. 11. Pſal. 79.

—— Cum facibus regalia tecta cremabit
Accendet flammas, tranſilietque ſacra.

Et tu in noſtris calũniaris, quod ſũmè optandũ?

Ne cæterùm exiſtimes vel minimum noſtrorum ſimplici ſuâ fide, non pleniùs ſcire, quę ſunt Chriſtianę religionis arcana, quocumque Caluiniano Miniſtro. *Nam fides tale quid eſt, vt ſit apertior, & clarior demonſtratio, ea quæ ex rationibus eſt, magiſq; quàm illa perſuadeat, adeò firma, vt etiam ſi quauis alia ratione fuerit impetita cõmoueri nequeat. Cum contrà qui rationibus perſuaſus eſt alijs rationib⁹ poſſit induci vt fluctuet: qui verò fide ſolidatus fuerit, iamdudũ auditũ quaſi quodã muro circũdato, ne ſermonibus peruerſis inficiatur ſtudioſè muniuit,* D. Chryſoſt. homil. 8. in Epiſt. ad Rom.

inquit D. Chryſoſtomus. Eſt autem aliquid in religione, quod credi velit Caluiniſta Miniſter, non ipſa ratione perſuaſum? Indiget ſemper ratio humana, *Nec ſatiatur oculus viſu, (nec auris auditu:* mirum ſi in ijs, quæ ſunt fidei vobis varietas & inconſtantia & crebra tamquam tempeſtatis, ſic ſententiæ commutatio?

Noſtri, quorum regula fides eſt, non humana ratio, quoniam à nobis nihil niſi quod fidei congruit; nihil, niſi quod Patrum Orthodoxorum placitis conuenit; nihil, niſi quod ad ſalutem confert dici vident, ſine vlla inquiſitione, cum omni animorum ſubmiſſione lubens amplectuntur, recipiunt. Quod quidem in eis indicium eſt quietæ, pacatæ, & bene conſtitutæ mentis; argumentum aſſiſtentis, ac reſidentis in eis Spiritus ſancti. Altera eſt hæreticarum mentium conditio, altera conſtitutio. Iſtæ, *ſemper diſcunt & numquam ad veritatis ſcientiam perueniunt.* Et in noſtris arguis, quod omnibus optandum? Aut quoties quis docebitur, toties erit, quod inquirat & diſceptet? Altera

1. Tim. 3.

——— *Romana conditio aulæ.*

In Chriſti Eccleſia, non omnes magiſtri, nō omnes doctores, non omnes interpretes. In Chriſti Eccleſia auditores docenti aquieſcũt, non in eo regno, in quo auditores non diſcendi deſiderio, ſed contradicendi ſtudio conueniunt: non in eo regno, in quo omnes & ſinguli reges, & coëunt congreganturque non ſtudio ſalutis, ſed calumniarum addiſcendarum zelo, ac animo.

Neque cæterùm eadem Miniſtrorum Caluiniſtarum, & Catholicorum concionatorum auctoritas; ſed tanta diſcrepantia, quanta inter Pſeu-

Digitized by Google

Pſeudoprophetas, & veros Prophetas. olim de illis dictum plebi, *Si ſurrexerit in medio tui Prophetes, aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum? & euenerit quod loquutus eſt, & dixerit eamus & ſequamur Deos alienos, non audies verba Prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm faciat, vtrum diligatis eum ex toto corde, & tota anima, an non.* Caluiniſtas Miniſtros Pſeudoprophetas eſſe hinc deſignari poteſt, quia duce ſuo Caluino, relicto ac *deſerto eo, quod priùs fuerant apud Romanenſem Eccleſiam, poſtea elegerunt, quod retro non erant.* Quia, vt cum D. Paulo loquar, *primam fidem irritam fecerunt.* Quocirca non ſi Catholicis concionatoribus credendum, ideo Miniſtris Caluinianis credendum, aut fides vlla adhibenda. hæreticorum Deut. 13. Tertull. lib. præſcript. 1. Tim. 4.

O nullis tutum credere blanditijs!

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Illud, inquis, eſt curioſum, ea ſcire velle quæ ad nos non pertinent: ſed inquirere an in centro terræ ſit infernus, an in valle Ioſaphati, aut Etnæis antris ad nos pertinet. Id nego, propterea, quòd Deus nobis hunc locum in ſacra Scriptura non reuelauit, ſed in genere tantum eum infrà, & à ſummo cælo beatorum ſede, longiſſimè remotum eſſe docuit. Quocirca fidelis & pij Doctoris officium eſt, de hoc loco occulto moderatè diſſerere, ſuamquè hic potiùs fateri ignorantiam, quàm atra illius regionis terminos ac fines, 2. quos Deus ignotos eſſe voluit, extra ſacræ Scripturæ viam temerè ac ſcrupuloſè perſcrutari. 3. Nempe vt ſcitè ſcripſit? v.c. Ioſephus Scaliger.* Neſcire velle, quæ Magiſter maximus neſcire non vult, erudita inſcitia eſt.

ANASTASIVS CARMELITA.

46. §. 1. Negas, ſatis video. Negas? verùm belliſſima, & digna cerebro Caluin. Miniſtri ratione.

Quæ leue *neſcio quid, fœmineumque ſonat.*

Nam cõtra, bone vir, rem ideo perquirimus & inueſtigamus, quia nõ nobis fuit reuelata aut ſignificata. Quid cauſę Sunamitis haberet ad ſe ve-
4. Reg. 4. niẽdi, Heliſeus ignorabat, Dñs non ei reuelauerat. Quid igitur Propheta? Cauſam inquirit. Vbi inquiſiuit, reſciuit, nec antè. Si Polyander adfuiſſet, Prophetã non hac ratione prohibuiſſet? Non dixiſſet, ad eũ non pertinere, *quia à Deo in ſcriptura ſacra non eſſet reuelata?* ô acumẽ ingenij! Quis riſum teneat? Aut ea perquirere & inquirere ad nos pertinet, quæ reuelata? Certè contrariorũ lege, ſi nõ licet nobis ea inquirere, quę non sũt reuelata, licebit inquirere, quæ reuelata fuerint. Quid autem ſtultius quàm reuelata inquirere? Quod iam capimus, & mente tenemus, quod iam inuenimus perquirendum? Imò quàm impiũ quod iam reuelatione inueniſti ac tenes, quaſi non habeas, non inueneris, illud ipſum perquirere & inueſtigare? Rem enim, qua ex parte ſcimus & comprehendimus, rurſus inquirere, ſapit ipſiſſimã ſtultitiam & impietatẽ. Quis enim quęrit, quod habet, niſi vel inſanus, vel impius? Igitur etiamſi in ſcriptura ſacra nobis non ſit reuelatũ vbi infernus, niſi in genere, nos eũ inueſtigare nõ incõuenit.

2. Vbi autẽ probaueris Deũ voluiſſe nobis ignotos eſſe terminos & fines inferni, tunc oſtẽderis ad nos non pertinere hãc de illis inquiſitionem.

3. Vtinam Ioſephus Scaliger, pręter hanc ſuam nõ feciſſet ſentẽtiam. Vtinam eam nõ excederetis, ſed, vt verbo, ita re ipſa ſeruaretis, non ille occubuiſſet, non vos in ſacrilego veſtro ſchiſmate.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Ad diſtinctionem tuam Monachalem,* quod non ad curioſi-

Digitized by Google

rioſitatem, ſed ad exercitium de abſtruſo inferorum loco vobis liceat inquirere, *nihil quicquam adiumenti adfert hæc Auguſtini ſententia*, Diuinam auctoritatem in ſcripturis interdum occultari, vt obſcuris Lector exerceatur. *Auguſtinus enim in ſua diſputatione contra Adimãtum de manſuetudine* Dauidis, *& aliorum ſanctorum, qui hoſtibus ſuis parcere maluerunt, quàm eos occidere, idipſum nos & iuſtos illos homines diuina auctoritate feciſſe aſſerit, tametſi hoc diuerſis ſacræ Scripturæ teſtimonijs æquè manifeſtis comprobari nequeat. Ibidem* imperitorum temeritatem *reprehendens*, qui ſcripturas aut nolunt legere, aut peruerſo legunt animo, nec ad ea attendunt, quę vtriuſque teſtamẽti literis comendãtur, eos docet auctoritatem diuinã aliquãdo occultari, *id eſt, vt ipſe explicat* non apertè in ſcriptura poni, 2. *vt obſcurorũ locorũ cũ perſpicuis collatione* Lector manifeſtis inſtruatur & obſcuris exerceatur. 3. *Atqui Propheta & Apoſtoli, ſpatiũ aræ infernalis à veſtigio ad verticẽ, nuſquã nec perſpicuè, nec obſcurè nobis tranſcripſerũt. Quapropter ineptè faciunt, qui huius ſtagni profunditatem omnibus veſtigijs indagant*, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

47. §. 1. Imò multum adiumẽti diſtinctioni meæ adfert D. Auguſtini ſentẽtia contra Adimantum hæc, *In Scripturis ſacris aliquando diuina auctoritas non ſiletur, aliquãdo occultatur, vt & manifeſtis Lector inſtruatur, & obſcuris exerceatur*. Nam ibi licet de Dauidis & aliorum ſanctorum erga ſuos hoſtes manſuetudine agat, & imperitorum temeritatem reprehẽdat, qui vel ſcripturas ſacras legere negligũt, aut peruerſo animo legunt, hac tamen ſententiã ſatis docet, quòd quæ occultantur in ſcripturis, ideo occultari, vt in his Lector exerceatur. Quæ eius ſententia, non in vno tantum facto locum habet

D. Auguſtinus tom. 6. contra Adimãt. cap. 17.

Digitized by Google

habet, ſed etiam in pluribus. Quare & vera mea diſtinctio, quâ volui, non curioſe nimis inquiri, quæ ad exercitium, vt fit in ſcholis, inueſtigantur, ſed quæ ad curioſitatem. Ad quam diſtinctionem attempero, quæ ex Lactantio lib. 2. cap. 9. ſub finem quæ ex D. Gregorio Nazianzeno, orat. ad Ciues, quæ ex D. Chryſoſtomo ſerm. 31. in Epiſtolam ad Romanos, & ſerm. de Sanctorum præmijs, quæ ex D. Gregorio lib. 4. Dialog. cap. 42. ex D. Auguſtino lib. 20. de Ciuitate cap. 16. Sunt enim, qui non ad exercitium, ſed ad curioſitatem diuina & ſe altiora tractant, non ſine animarum diſpendio, & ſalutis earumdem periculo & damno, quos cum eis damnamus, & proinde vos, qui ſola hac curioſitate ducti, in quæſtionem & inquiſitionem pręcipua capita & myſteria Chriſtianæ religionis vocaſtis. Vſq; adeò, vt nullus apud vos ſit, qui iſtis acquieſcat, qui ea credat, niſi verò eius ſenſui probetur, & ipſis oculis, quod dicitur, teneat; carnali denique hâc regulâ ipſi demonſtrentur. *Atqui ſi ſola illa credituru es, quæ videntur, & de cælo, de Angelis, anima, mente dubitabis, ſic tibi omnia prorſus veritatis dogmata deperibunt. Ad fidem non reputantur, quæ neceſſitate & certitudine eorum, quæ viſa ſunt credere cogimur, quæ non ex electione, ſed rerum magnitudine animum ad credendum trahunt. Quanto enim res magis neceſſariæ ſunt, tanto fides minor, quanto certius demonſtratur argumentum, tanto fidei præmio detrahitur. Et ea demùm fides, quæ, quæ nulla poſſunt ratione inueniri, reperimus. Propterea gehenna ad terrorem proponitur, non autem apparet.*

D.Chryhom. 13. in Math. & homil. 6. in 1. ad Cor.

2. Quod autem addis D. Auguſtinum contra Adimantum hoc exercitium intelligere, cùm quis locorum *obſcurorũ cum perſpicuis collatione* veritatem

tatem ac ſenſum inueſtigat: id tuo cerebro excogitatum eſt. non enim ſolo hoc modo veritas & intelligentia locorum obſcurorum inquiritur, non hoc ſolo medio exercemur obſcuris, ſed etiam ſacrorum Patrum ac interpretũ, ſacris ac pijs interpretationibus, fidei vſu, & receptis à maioribus exemplis, receptâ ab eis traditione. Quæ media, hac tuâ ad D. Auguſtini dicta, additione negata eſſe obtendiſti.

3. *Prophetas, Apoſtolos nihil perſpicuè, nihil obſcurè tranſcripſiſſe de inferorum profunditate*, falſum eſt, quemadmodum multis locis ac teſtimonijs eorum probari poſſet, in quibus, licet non definiatur, quanta ſit profunditas eorum, non determinetur quanto ſpatio ab hac ſuperiore parte diſtent, magno tamen diſtare abundè ſignificatur. Abraham inferis ipſis adhuc clauſus reſpondens diuiti Epuloni, ac alteram rationum cur Lazarum ſe ad eum mittere non poſſet, reddens. *Magnum* (inquit) *Chaos inter nos & vos firmatum eſt, vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos non poßint, neque inde huc transmeare.* Quanto ergo ab iſtis ſuperioribus terræ partibus ſpatio diſtare putamus? Sed etiam, quorſum de ſpatio ac diſtantia nunc quæſtionem promoues? Alia de loci ſitu, alia de eius, ab his regionibus diſtantia & ſpatio, quæſtio & diſceptatio. Hactenus de illo, non de iſta, actum à nobis eſt. *Eſſe inferos Zenon Stoicus docuit. Impios luere pœnas in tenebroſis, atque in cœni voraginibus horrendis, idem Prophetæ nobis palàm faciunt*, inquit Lactantius. Lactant. 7. cap. 7. Et audes negare? Nempe vt cum eodem Lactantio dicam, *quia contradicendi ſtudio inſanis, & tua etiam falſa defendis.*

4. *Oſtendiſti nos nimis curioſè de reproborum loco tene-*

broſo

broſo inquirere, Vt audacter ſcribis, ſic audacter & conſtãter nego. Oſtendes numquam. Soles ſumptuoſè multa oſtẽtare, non oſtẽdere; multa magnificè & inſolẽter aſſerere, numquam probare. Lunam —— *Regentem fræna nocturni ætheris Detrahere numquam Theſſali cantus, queunt.*

Seneca in Hypolit. Apocal. 12.

Tu eam; quæ *ſub pedibus Lunam?*

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Ad conſequentiam, quam inde deducis*. Ergo nullo modo de eo eſſe inquirendum, 2. *reſpondeo, te rurſum pro tua conſuetudine extra oleas vagari, mihiq́; adſcribere, quod numquam ſcribere cogitaui. &c.*

ANASTASIVS CARMELITA.

48.§. 1. Cur ex interrogatione, propoſitionem negatiuam abſolutè concludentem ſtruis? nulla inter interrogationes, & propoſitiones abſolutè pronuntiantes diſcrepantia? 2. falſum porrò eſt, extra oleas me vagari. Hæc enim mea interrogatio. *Ergo nullo modo de inferno inquirendum?* aptè & congruenter accommodata eſt obiecto argumento. Voluiſti Caluinum *de inferno non fuiſſe ſolicitum tantopere, vt conſpicilium vobis de eo exhiberet*. Voluiſti excuſatum, quia etſi Chriſtus, Prophetæ, Apoſtoli velint nos eius memores eſſe, nolle tamen nos nimis curioſè de eo inquirere. Ad hæc & ſimilia quid ego? *Concedamus non nimis curioſè inquirendum; ergo nullo modo?* Hoc extra ſtadium? Iſtâ interrogatione, mi homo, nec ſic excuſatum Caluinum volui. Siquidem, licet non nimis curioſè de inferno ſit inquirendum, tamen tantoperè ſolicitus eſſe debuit, vt de eo vobis conſpicilium daret & exhiberet. Non ad rem magiſter Ioannes? At te teſte, non fuit tantoperè ſolicitus, vt de eo vllum conſpicilium daret; à peccato ne-

Digitized by Google

negligentię immunem facis? Audiamus D.Chryſoſtomum: *Ne fugiamus*,(inquit) *quæ de gehẽna dicuntur, vt gehennam ipſam effugiamus. Ne fugiamus ſupplicij memoriam, ne ſupplicio puniamur. Si diues ille hunc ignem cogitaſſet, vtique non deliquiſſet, quia vero numquam ei in mentem venit, propterea in illum incidit.* Hęc D.Chryſoſtomi ſententia, ſi apud te alicuius eſt auctoritatis, immunis erit apud te Caluinus, à peccato negligẽtię,qui de inferno nullũ ſibi,nullũ vobis conſpiciliũ dedit, cũ tam vtilis inferni ſit omnibꝰ recordatio? Quis negauerit ſuggeſtu dęmonis, in eam incidiſſe negligentiã? *Negari enim non poteſt, quin Dæmones omnia agant ad deſidiam noſtrã nutriẽdã, & gehennæ reſoluendũ timorem, atq; vt nullũ credatur iudiciũ.*

D.Chryſ. homil.2. in poſterior. ad Theſſal.

Idem D. Chryſoſtom. hom.13. in Matth.

Non igitur extra oleas vagatus ſum, non extra materiam obiectam excurri.

3. Pag. 151. & 152. rurſus inueheris in exclamationem, qua volui Caluinum miſerum fuiſſe, quod non vt decebat inferni ſpeculator extitiſſet; ſcribisque eam *me miſerè & ridiculè defendere.*

Non nego eo loci, calamum mihi obſtupuiſſe, quod non paucis contingere ſolet, & mentem præteruolaſſe. Dico tamen rurſus cum D.Hieronymo, *in Eccleſiaſticis rebus nõ tam verba quærẽda, quàm ſenſus, ſed vitam panibus, non ſiliquis ſuſtentãdam.* Ep.146. *Multò meliùs eſſe vera ruſticè, quàm falſa diſertè proferre.* Ep.142. *Sint alij diſerti, laudẽtur, vt volunt, & inflatu buccis ſpumantia verba trutinẽt: mihi ſufficit ſic loqui, vt intelligar, vt de ſcripturis loquens & diſputãs, ſcripturarũ imiter ſimplicitatem.* Ep.57. *Magis condecet ob veritatem laborare pauliſper, & peregrino aurem accommodare ſermoni, quàm de aliena lingua fictam, falsámve referre ſententiam.*

Neq; verò tuum ſcribẽdi genus tantum eſt, vt noſtro aliquid dedecoris adferre queat. Nõ ſoleo,

ſed

Digitized by Google

ſed adigis ; puto Lectorem reperturum tuum, non æquè ac noſtrum eleganter fluere, non æque copioſè colligere, non denique tam mundâ methodo, feliciquè ordine progredi ; tantùm multiplici lapſu & erratico abundare, artificio ſimulationis ad veritatem eludendam eruditum, fuco ad mendacium confirmandum illitum, tandem merces fallaces & fucoſas eſſe. Verùm Luſciniæ ſumus, quibus ſolæ voces? De re, mi Ioannes, de re agamus. Sim barbarus, tu eloquens, tantùm vincat veritas.

4. *Patrum Latinorum dicta & exempla nullum præſidium, nullum patrocinium ſolæcis & Barbariſmis meis alla[illegible]: quia tolerari poterat illorum ſeculo illiterato & purioris linguæ Latinæ inſtitutione deſtituto, non autem in hoc æuo doctiſſimorum virorum fertiliſſimo*, &c. Seculum, D. Hieronymi, D. Ambroſij, Arnobij, D. Auguſtini, illiteratum & purioris linguæ Latinæ inſtitutione deſtitutum fuiſſe, arrogantia Caluiniſtæ Miniſtri ſcribit. Huic ipſi tam familiari vitio credemus? Negat ipſe Eraſmus, qui ad Cenſuram tom. 2. & præſertim duorum libellorum de vocatione gentium D. Ambroſij, vbi dixit iſtos duos libellos alterius eſſe quàm D. Ambroſij, ita ſcribit. *Vtinam tales multos libellos Ambroſianis admiſcuiſſet, qui hos admiſcuit. Tales impoſturas facilè tulerimus, quæ pro auro ſupponant aurum. Ineptum autem ſit, nec admodum refert diuinare quis fuerit, quum ætas illa tot habuerit eruditos ac eloquentes viros*. Vter veſtrûm mentitur? Quoniam eo in negotio Eraſmus te fide dignior; ſolæcis ac barbariſmis meis, ſi qui tamen reperientur, præſidium, ac patrocinium adferent dicta ac exempla illius ſeculi patrum Latinorum. Saltem hunc ſolæciſmum *Adulteria*

quos,

Digitized by Google

quos, me non commiſiſſe gloriabor, quem Polyander pag. 283. Linea 20. commiſit. Non hunc *Caluini & Bezæ ſententia ſubſcribit doctrina Loiolitica princeps Bellarminus*. pag. 256. linea vltim. pag. 257. linea 1. & 2. Non denique iſtum. *De ſatisfactionis operibus diſputas, quas ſinguli*, &c. pag. 384. lin. 2. & 3. Non alios attingo, non enim tam acutum videre volo, quum non de litera, ſed de re mihi ſit diſputatio.

Non negamus vos in humanioribus literis aliquantum valere, in Theologia autem ne minimum quidem.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tranſeo ad ſecundam quæſtionem*. An quia loca recitaſti, te verba quoque Caluini & eius ſententiam de inferno recitaſſe, dici poſſit. *Idipſum tropica locutione, nimirũ Synecdochicâ vel Metonymicâ, dici poſſe, iterũ affirmo, tametſi locorũ citationem à verborũ recitatione differre nõ diffitear. Fruſtrà ergo nodũ in ſcirpo quæris, & dum genuinam animi mei declarationem plauſtris verborum obruere, atque in ſenſum alienum pertrahere conaris, aut falleris imprudenter, aut alios fallere vis impudenter.*

ANASTASIVS CARMELITA.

49. §. 1. Rurſus tam audacter? Loca citaui, bone vir, non ea recitaui. Aliud citare, aliud recitare; Aliud tropicâ locutione, locorum citatione, verba in eis contenta comprehendere, aliud ea recitare. Aut effice, vt vini in vaſe comprehenſio ſit eiuſdem epotatio. Effice, vt vas vinum comprehẽdere, ſit per locutionem Synechdochicam vel Metonymicam epotare. Effice per eamdem locutionem, vt tui toties ſuam tibi lectionem recitarint, quoties tibi librum exhibuerint, in quo eorum lectio continetur. Hoc ſi facis, voca me,

O non

non ante, imprudentem ac impudentem. De tua ſanitate bene ſpero, ſiquidem euomuiſti

——— pariter cerebrumque, merumque.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Non immeritò, indoctiórne, dubito, an impudentior ſis appellandus. Nam vt cætera, ne ſim tædio, ſurda aure prætereeam, en tuam tibi cauillationis deſcriptionem, quæ non ſolùm viris eruditis, ſed ipſis quoque Tyronibus eſt deridiculo.* Ad hæc, obducis inſulſam eſſe cauillationem. Siquidem, vbi (inquis) luſus, vbi irriſio? Hoc enim cauillari eſt, &c. pag. 153. 154.

ANASTASIVS CARMELITA.

50. §. 1. Quid? etiam ad Tyrones, & filium tuum, qui nondum annum decimum quintum attigit? Vis adhuc? Accipe

Deque ſinu matris ridentem & parua Learchum
Brachia tendentem ———

Proculdubio, aut mente cares, aut in calcaneo habes. Ciceroni in Rhetor. cauillari, *irridere* eſt. Epiſtola ad Atticum, *iocari*. Et, 2. Volum Philoſoph. *ridere* tantùm. Eſt etiam fraude, dolo & fallaciâ vti. Quis negat? Verùm, etiamſi iſtud, propterea cauillari, ſemper fraude, dolo & fallacia vti? Aut irridere, iocari tantùm, nō erit cauillari? Minimè. Sed apud eum, qui nō ludit, qui non iocatur, niſi ſimul fraudem, fallaciam, dolum meditetur. Non aliter apud Polyandrū. Si poſtulaſſem. *Vbi fallacia, vbi dolus, vbi fraus?* hoc enim cauillari eſt. Protinus me ad Tyrones, ad filium, qui necdum decimumquintum annum attigit, remiſiſſet. Cur? quia cauillari ei non cōtingit, niſi ſimul, dolum, fraudem iocando, irridendo, cogitet.

Cædo, non ſunt verba multiplicis ſignificationis? Verbi gratia, reficere, non ſignificat re-
nouare

Digitized by Google

nouare, reſarcire, recolligere, recreare? Quod ſi quæſiero, vbi renouatio, vbi recreatio? hoc enim reficere eſt. Perperam, indoctè & impudenter? Imò non ſcitè, non doctè? Si quis aſſurgat, dicatque verbum hoc reficere, non tantùm eſſe renouare, ſed etiam reſarcire, recolligere. Quid etiam inde? Num tamen renouare, recreare, reficere eſt? Quis meritò negauerit? Polyander. Non ſic, & repeto

——— *Rudit à ſcabra turpis aſella mola?*

Bone vir, non ſi tu rudis, propterea ego. Non ſi te doctum putas, propterea doctus es, qui ſic in ſingulis deliras, vbique impingis. Quia tamen placet tam iniuſtâ & tibi ingloriâ vituperatione me adſtringere. Poſtulo, vbi iocus, vbi luſus, vbi irriſio, vbi fraus, vbi fallacia, vbi dolus? Hoc enim cauillari eſt. Nam, vt nec illa, ita nec iſta à me profecta reperies. Et deſine, ſi ſapis

——— *Imoque è gurgite mollem*
Huc illuc limum ſaltu mouere malignè.

CAPVT XVIII.

Aſſerere Scripturam ſacram non eſſe fidei adæquatam regulam, non repugnat ſacræ Sripturæ teſtimonio, non etiam Patrum orthodoxorum aſſeuerationi.

POLYANDER CALVINISTA.

1. S*acræ Scripturæ teſtimonijs & Patrum orthodoxorum aſſeuerationi contradicis, quum negas* ſacram Scripturam eſſe regulam fidei adæquatam, &c.

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

51.5. Veritatem propugno, non teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, non Patrum orthodoxorum aſſeuerationi cōtradico. Sacræ Scripturę teſtimonia, Patrum orthodoxorum aſſeuerationem ſi intelligeres, aut potiùs more hæreticorum non torqueres, neque illis, neque huic me contradicere criminareris.

Nam quantū attinet ad ea quę ex Deuteronomij cap. 4. & 5. Prouerb. 30. Apocalypſis 22. quibus prohibetur, ne addamus, ne detrahamus teſtimonijs ſacræ Scripturę, non probant ſacram Scripturam eſſe adæquatam regulam fidei. Quid igitur? *Docent normam æquitatis, & omnem hæreſim percutiunt. Vetant enim rectæ doctrinæ praua aliquid intentionis addere, vel aliquid veritatis ſubtrahere. Via regia incedendum, non ad ſiniſtram, non ad dextram.* Vnde alibi. Quia rectæ viæ Domini, iuſti ambulabunt in eis. Duplex additio, inquit Lyranus in 4. & 5. Deuteronomij. *Vna deprauans intellectum legis, diſcrepans à veritate Euangelij; qua Ebion, Cherintus & alij hæretici voluerunt diminutum de fide in Chriſtum, cùm dicerent Chriſtum ante Mariam non fuiſſe.* Altera eſt *declarans & elucidans*, de qua Eccleſiaſtici. 24. *Qui elucidant me vitam æternam habebunt.* Et. 1. Corinth. 12. in dono interpretationis, Quâ additione vtuntur ſancti Doctores. Cùm enim audis. Ne addas, intellige, quod ſit contrarium veritati & intelligentiæ dictantis Spirituſſancti: quia poſſunt addi meritoriè, quæ faciunt ad verba Dei declaranda, Eccleſiaſtic. 24. Alioqui cùm Deus ſit ipſa veritas, quicquid contrarium ac diſſonum verbis eius eſt, falſum eſt.

Gloſſa ordin. in 4. & 5. Deut.

Lyranus in 4. 5. Deutero. & 30. Prouerb.

Ex

Ex D. Chryſoſtomo homil. 52. in Matthæum, addere ad ſacram Scripturã nihil aliud eſt, quàm ſuperuacanea, friuola introducere, vel etiam quædam grauioris momenti, ſed in præiudicium obſeruantię ac cuſtodiæ mandatorum Dei; adeò vt, iſta præ illis contemnantur. Ex eodem, vel Auctore operis imperfecti homil. 20. etiam nihil aliud, quàm contradicere Scripturæ ſacræ, & aliquid de ſuo ſenſu ei adijcere; detrahere autem, nihil aliud, quàm eodem ſenſu, priuato ac particulari, velle oſtendere peruerſum ac prauum eſſe, id quod diuina ſapientia dictauit. Nam qui ſic auſus fuerit detrahere, ſapientiorem ſe eſſe exiſtimat diuinâ illâ ſapientiâ, & incipit eſſe falſus teſtis, quia illud aſtruat, quod nec auris audiuit, nec oculus vidit.

Ad dexteram vel ſiniſtram ire, eſt (ait Lyranus) *propter aliquam proſperitatem obtinendam, vel propter euitandam neceſſitatem, à vera fidei confeſſione, vel præceptorum Dei impletione deficere.*

Iſta autem ex Pſalmo 18. *Lex Domini conuertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis*. Iſta ex Eſa. cap. 8. *Ad legem magis & ad teſtimonium. Quod ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis lux matutina*, quàm debiliter probant ſacram Scripturam eſſe adæquatam regulam fidei? Rideret heſternæ diei Theologus. Quis enim negat legem Domini immaculatam conuertere animas, teſtimonium Domini fidele, ſapientiam dare paruulis? Collige Polyander. Ergo gluckh. Sed quis neſcit legem Domini multiplicem eſſe? *Vtinam oſtenderet tibi Deus ſecreta ſapientiæ, & quod multiplex ſit lex eius*. Omnis lex Domini atramento, aut lapidibus ſcripta eſt? Negat Hierem. cap. 31. Iob. 11.

aut potiùs ipſe Deus per eum. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Negat D. Paulus. 2. Corinth. 3. *Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.* Quis neſcit, magis ad legem & teſtimonium Domini confugiendum eſſe, quàm ad Phytones, Magos & Ariolos, quod Eſaias monet? Quis neſcit eos, qui declinant ad Magos, & Ariolos, eos qui non dicunt iuxta verbum Domini, id eſt, qui contraria docent & ſuadent, luce matutinâ indignos? Verbum autem Domini, non aliud ſcriptum, non aliud traditum?

Iſta Heremiæ cap. 7. *Ambulate in omni via Domini, quam mandauit vobis, vt bene ſit vobis,* quid ad Andromachā noſtram? Aut omnis via Domini, non vtroque verbo ſcripto & non ſcripto cōtinetur?

Iſta Apoſtoli Pauli. 1. Corinth. 3. *Secundùm gratiam, quæ data eſt mihi, vt ſapiens Architectus fundamentum poſui, alius autem ſupra ædificat. Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus,* quid ad inſtitutum faciunt? Cartam replent, aliud nihil. Ridemus. Imò poſſet

——— *Varius mappa compeſcere riſum?*

Iſta Matth. 15. *Cur mandatum Domini tranſgredimini propter veſtram traditionem? irritum feciſtis mandatum Domini propter traditionem veſtram?* Non enim officiunt aut præiudicant verbo Dei non ſcripto. Non traditionibus Eccleſiæ, quemadmodum ex hoc loco obtenditis. Hîc enim ſolæ vituperantur & damnantur traditiones, quæ Dei mandato contrariantur: cuius generis erant Phariſæorum & ſcribarum traditiones, contra mandatum Domini

mini de honorandis parentibus, & de non iurando per templum & altare. *Traditiones* (ait Origenes tract. 25. in Matth. & poſt eum D. Auguſtinus tom. 2. Epiſtola. 174. ad Paſcentium) ***eorum hominum, ad quos non eſt factus ſermo Domini. Nam homines, ad quos Dei ſermo factus eſt, non homines, ſed Deos dicit ſcriptura. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes.*** Iſta enim vatis regij, Chriſtus interpretatur de ijs ad quos ſermo Dei factus eſt. ***Quod ſi*** (ait) ***Deos dixit, ad quos Dei ſermo factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura,*** &c. At ad Apoſtolos & Apoſtolicos viros factus eſt ſermo Domini. ***Non vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris, qui loquitur in vobis.*** Quocirca eorum traditiones & conſtitutiones, non hominum, ſed Dei traditiones & conſtitutiones ſunt. Pſalm. 8.

Quid quod omnis traditio & conſtitutio, quæ conformis eſt diuinæ voluntati, etiam à Magiſtratu ciuili inſtituta, non hominis traditio & cōſtitutio, ſed Dei ſit appellāda? *Per me reges regnāt* (inquit) *& legū conditores iuſta decernunt*; quanto magis ea, quę à iudice & magiſtratu ſpirituali proficiſcitur, cùm nihil niſi ſalutē animarū intendat? Prou. 8.

Traditio hominū eſt, quà *Dei potentia coarctatur intra ſcientiam humanæ rationis, ne aliter facere poſſe credatur, quàm carnalis ratio dictauerit.* D. Ambroſ. in 2. Epiſt. ad Coloſſ.

Traditio hominum, *ſagina carnalis, quæ hoc dicit ſufficere, quod carnis prudentia tradit.*

Traditio hominum, *quæ animarū interitum parit.*

Traditio hominum eſt, *cuius fauore legis præcepta tranſgrediuntur*, ait D. Hilarius. D. Hilar. Can. 14. in Matth.

De eiuſmodi traditionibus ſunt iſta D. Chryſoſtomi. ***Non habet auctoritatem legis, quod ab homine inuentum eſt, & iniqua mente repertum.*** D. Chryſoſt. homil. 52. in Matth.

Iſta autem D. Pauli ad Galathas cap. 1. *Miror, quod*

Digitized by Google

quòd citò transferimini in aliud Euangelium, quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti: ſed licet nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema ſit, iſta, inquam, intentum tuum non probant. Ibi enim agit in eos, qui volebant legem Moyſis obſeruandam eſſe. Hanc doctrinam impiam eſſe dicit, & euangelizare, præter id quod euangelizauerat. *Lex enim* (inquit Gloſſa interlinearis in 1. ad Galath.) *poſt exhibitam veritatem per Chriſtum, non Dei, ſed hominum eſt*. Et ante D. Chryſoſtomus. *Etiamſi legem obijcias, ea tamen ipſa iam deinceps humana eſt, elapſo videlicet temporis ſui præſcripto.*

Lyran. in 1. ad Galath.

D. Chryſoſt. homil. 7. in 2. cap. Epiſt. ad Coloſſ.

Non probant, quæ ex 1. Timoth. 3. adduxiſti, ſed in vos & vobis ſimiles dicuntur, qui *in peius proficitis tum ſeducentes, tum ſeducti*. Literas veteris teſtamenti Timotheum docuerat D. Paulus, & in quibus obſeruandæ erant: eumdem monet, vt in ea doctrina, in eis literis, quas à ſe didicerat, perſeueret. Quid hæc contra verbum Dei non ſcriptum? Sed, *omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docẽdum*, quis inficiatur? Quid etiam inde? Non & omne Dei verbum, quod nec ſcripturâ, nec atramento eſt exaratum? ô nugas, ô impia diliria!

Gloſſa & Lyran. in 3. prioris ad ad Tim.

Forſitan iſta D. Ioannis. *Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non adfert, ne recipite eum in domum, nec aue ei dicite*. Quid enim eſt, *ſi quis hanc doctrinã*? id eſt, *ſi quis contrariã attulerit*. Quæ verò doctrina, de qua hîc D. Ioannes? Quòd Chriſtus in carnem veniſſet. Erant iam tunc temporis qui contrariam docebãt, negabantque in carnem veniſſe Chriſtũ. Cõtraria ergo erat Doctrina iſtorum, Apoſtolicę doctrinę. Tales recipi, eis aue dici prohibet, ſeductores

2. Ioan. verſ. 10.

Digitized by Google

ctores & Antichriſtos vocat. Conclude nunc Polyander, igitur Scriptura ſacra eſt regula fidei adæquata, & Cocheletius id negans contradicit teſtimonijs ſacræ Scripturæ. Quid ego ad hæc? Riſu & cachinno dignas concluſiones, quas

——— Populus ridet, multúmque toroſa iuuentus
Ingeminat tremulos Naſo criſpante Cachinnos.

Polyander Calvinista.

1. *His & ſimilibus.* 2. *ſacræ Scripturæ teſtimonijs deducimur.* 3. *(confitente Belarmino ipſo) ad arcanam Dei Sapientiam in verbo ſcripto reuelatam, tamquam ad vnicam,* eamque certiſſimam & perfectiſſimam fidei controuerſijs dijudicandis regulam. *Hac igitur ſola nobis reſtrictè eſt ſequenda in iudicando,* 4. *non Patrum opiniones, quæ Prophetarum & Apoſtolorum doctrinæ repugnant; non traditiones humanæ,* 5. *non Conciliorum decreta,* 6. *aut Pontificum conſtitutiones, quas falſo titulo communis Eccleſiæ ſenſus exornas.* Belarm. lib. 1. de verbo ſcripto cap. 2.

Anastasivs Carmelita.

52. §. 1. His & ſimilibus, vt nunc vidimus, non patet Scripturam ſacram eſſe adæquatam fidei regulam; nec iſtud vllo ſacræ Scripturæ teſtimonio probabunt vnquam Miniſtri Caluiniani.

2. Non minùs deducimur ad arcanam Dei ſapientiã in verbo non ſcripto reuelatam, quàm in verbo ſcripto reuelatã, tantùm abeſt, vt ſcriptura ſit vnica regula dijudicandis fidei controuerſijs.

3. Belarminus loco citato, vult quidem ſacram Scripturam eſſe *perfectiſſimam, certiſſimam & tutiſſimam fidei regulam,* ſed non vnicam. *Perfectiſſimam, tutiſſimam fidei regulam, ſed in fidei controuerſijs, dijudicationis regulam* hoc non habet, eſtque mera impoſtura. Nam nouit, quòd etſi verbum ſcriptum, ſui conſideratione ſit certiſſimum, perfe-

Apolog. cap. 11. pag. 20.

ctiſſimum & tutiſſimum, non tamen noſtri conſideratione. Nouit, quemadmodum nuper reſpondit Regi magnæ Britanniæ, Scripturam ſacram, non *quidem naſum cereum literam emortuam, Lesbiam regulam eſſe, ſed tamen in varios ſenſus & intellectus, ac ſi naſus Cereus, Lesbia regula eſſet, trahi poſſe ac torqueri.* Proinde, *non ſolam nobis reſtrictè ſequendam in iudicando.* Superiores hæreticos ſemper Scripturæ ſacræ teſtimonijs abuſos, *adiectionibus, detractionibus ea interuertiſſe, diuerſas expoſitiones commẽtatos fuiſſe, adulterationem expoſitionũ eis viſitatam fuiſſe, pariter adduxiſſe, quæ ex falſo compoſuerāt.* Scripturam ſacram iudicem regulā in controuerſijs fidei diiudicandis mẽtitos fuiſſe. Quis enim neſcit, quod D. Auguſt. habet? Nempe, inde *natas hæreſes & dogmata quædam peruerſitatis, animas illaqueātia, & in profundū præcipitantia quòd bona ſcriptura non bene intelligantur, & quòd id quod in eis non bene intelligitur, etiam temerè & audacter aſſeratur? Scripturam ſacram figuratam fuiſſe in Thuribulis illis æreis, in quibus ſuperbi & rebelles incenſum ſubducto alieno igne, Domino olim obtulerunt? Scripturæ ſacræ hæreticos alienum ignem imponere, ſenſum videlicet per errorem & alienam intelligentiam à Deo, & veritati contrariam introducere: & ſic Domino incenſum non ſuaue, ſed execrabile offerre? Eſſe homines, qui minùs intelligentes quid propter quid dicatur, potentes velint habere ſententias: & ſcripturis non diligenter ſcrutatis, defenſionem cuiuſque opinionis arripere, & ab ea vel numquam, vel difficile deflectere, qui docti & ſapientes magis putari, quàm eſſe concupiſcāt.* Olim Ariani non aliter ea, quę propter ſerui formā dicta ſunt, transferebant ad Dei formam. Quæ cùm ita ſint, quis non videt Scripturam ſacram, quamquā ſui conſideratione certiſſimā & tutiſſimā fidei regulam, non eſſe, noſtri conſideratione

Tertull. lib. præſcriptio. cap. 17.

D Auguſtinus tract. 18. in Ioan. & ſerm. 98. de temp. & tom. 2. Ep. 174. ad Paſcētium.

ratione ſolam in iudicando reſtricte ſequēdam?

4. Cæterùm tuum erit probare & oſtendere quænam ſint Patrum opiniones, quæ Propheta- rum & Apoſtolorum doctrinę repugnant. Nam ſi quæ ſint tales, eas non recipit Eccleſia. Tuum docere, quænam ſint traditiones humanæ, quas in iudicando ſequi non debeamus. Nam in re tanti momenti operepretium eſt reſcire. Aut ſimul reijce eam, quâ tenemus Euangelium hoc eſſe D. Matthæi, iſtud D. Marci, hoc D. Lucæ; illud D. Ioan. Eam quâ credimus in Chriſto duas eſſe volũtates, non enim ex ſcriptura hoc habes.

5. *Conciliorum decreta non eſſe ſequenda*, Concilia alia ſunt Generalia, alia prouincialia & particularia. Illorum decreta nemo dixerit non ſequenda, niſi qui hæreticus & Anathema fuerit. *Anathemate feriantur, hæretici & Schiſmatici habeantur, qui in dubium reuocare, quæ in illis conſtituta, & decreta fuerint.* Forſitan tu maior ac prudentior Rege magnæ Britanniæ, qui præfatione ad omnes Chriſtianos Monarchas, principes, ordines, ideo ſe non hæreticum profitetur, quia nō ſolùm Canonicis ſcripturis, non ſolùm tribus ſymbolis Apoſtolico, Niceno & Athanaſiano credat, ſed etiam quatuor prima Generalia Cōcilia veneretur: Patres, qui primis quingētis annis vixerũt, ſuſpiciat, eiſdēq; ſubſcribat; quia vnanimi cōſenſu, quidquid ad ſalutē ęternam neceſſariũ eſt, ſtatuerint. D. Leo Epiſt. 78. D. Greg. lib. 2. Regiſt. cap. 33.

Quod ad nos attinet, cum D. Auguſtino dicimus tibi, quod ille Pelagianis, *nos à vobis Caluinis ad iſtos Patres. Tu ab iſtis ad quos? An quia non numerandas, ſed & ponderandas eſſe cenſes ſententias? & addis, quod quidem & nos verum eſſe cōſentimus ad aliquid inueniendũ, multitudinem nihil prodeſſe cæcorum? Etiam iſtos cæcos dicere*

D. Auguſtinus lib. 2. contra Iulian. Pelagian. tom. 7.

cereaudebis? Et vſque adeò permiſcuit imis ſumma, longa dies, vſque adeò tenebræ, lux, lux tenebræ eſſe dicuntur, vt videant Lutherus, Caluinus, Beza, Polyander, & cæci ſint? DD. Hilarius, Gregorius, Ambroſius & reliqui Patres orthodoxi? Iſti, iſti ſunt, mi homo, non Lutherus, non Caluinus, non Beza, non tu, *Epiſcopi, docti, graues, sãcti veritatis acerrimi defenſores aduerſus garrulas nouitates, in quorũ eruditione, ratione, libertate, quæ tria bona iudici tribui debent, non poſſes inuenire quod ſpernas. Talibus poſt Apoſtolos sãcta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificationibus paſtoribus, nutritoribus creuit.* Et iſtis ſpretis & abiectis, fidẽ adhibebimus, impuris, impijs, ſacrilegis? Et vbi nobis mẽs? Verùm ſi Prophetis, ſi Apoſtolis, ſententię iſtorũ patrum repugnãt, quâ ergo fronte audes eas in nos, quaſi nobis aduerſas adducere, & eaſdem, quaſi eis & fidei conueniẽtes, pro clypeo & præſidio veritatis vſurpare? Si enim Prophetis, Apoſtolis repugnant, poſſunt tibi aduerſum nos inſeruire, niſi eadem viâ fatearis, id quod propugnas, Prophetis & Apoſtolis repugnare? Non tu cæco cæcior?

Saltas & imprudens verteris arte meri?

6. *Falſo titulo communis Eccleſiæ ſenſus Pontificum conſtitutiones exorno.* Conſtitutiones Pontificum aliæ eruuntur, ex ijs, quæ in Generalibus & legitimè congregatis & confirmatis Concilijs fuerunt ſancitæ: Aliæ, quæ ex iſtis Concilijs non fuerunt erutæ. Illas meritò *communis Eccleſiæ ſenſus titulo*, exornauerim: Vnde ille Photino hæretico in Concilio exiſtenti. *Loquere Domine Photine, totus enim mundus adeſt.* Iſtas autem hoc titulo, non etiam negauerim iuſtè poſſe exornari. Quamquam Lector non reperiet me dixiſſe cõſtitutiones Pontificum communem eſſe Eccleſię ſenſum.

Po-

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

1. *In eandem ſententiam Patres quoque Orthodoxi ante me loquuti fuerunt. Origenes homil. 1. in Hieremiam. Homil. 75. in Matthæum. In c. 3. Epiſtolæ ad Romanos. Chryſoſtomus homil. 13. in 2. ad Corinth. homil. 9. ad Coloſſ. homil. 12. in Gene. & in Pſalm. 95. Hilarius lib. 12. de Trinitate, & lib. 3. & 7. Cyrillus lib. 12. in Ioan. Baſilius ſerm. de Fidei Confeſ. Item in Moralib. ſumma 80. cap. 22. Cyprianus lib. 2. Epiſt. 3. ad Cælium. Tertullian. lib. de reſurrectione carnis, lib. aduerſus Hermogenem. Hieronymus lib. 1. in Mich. cap. 1. in cap. 23. Matth. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 11. cap. 2. & 3. lib. 19. cap. 18. Epiſtola 3. ad Iulianum, Epiſtola 112. lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 9. Contra literas Petiliani lib. 3. cap. 6. lib. 2. contra Donatiſtas cap. 6. in pſalm. 57. lib. 3. contra Maximum cap. 14. lib. de vnitate Eccleſ. cap. 3. 6. 10. 12. 16. 20. Damaſcenus lib. 1. cap. 1. lib. 4. cap. 18.*

ANASTASIVS CARMELITA.

53. §. 1. Meretrix, nullas virgines exiſtere peroptaret, ſed omnes meretrices. Idem hìc tibi contingit, qui patres Orthodoxos hæreticos tecum eſſe prætendis. Fuit enim hæc omnium hæreticorum vox, Scripturam ſacram eſſe adæquatam fidei regulam. Ad eam ſolam fugiendum & recurrẽdum, tanquam ad vnicam & certiſſimam fidei in controuerſijs dijudicãdis regulam. Quorum voci Patres orthodoxos conſpirare falsò ſcribis, vt ſic hæreticos extitiſſe concludas. Eos autem ab hoc nefando & à te adficto eis crimine vindicemus. Nam primùm, quantum ſpectat ad Origenem tribus illis locis à te adductis, non loquitur nec agit de Conciliorum Generalium decre-

Digitized by Google

decretis, ſanctionibus, non de vnanimi conſenſu Patrum orthodoxorum, non de totius Eccleſię determinationibus & ſtatutis, ſed tantùm de particularium perſonarum proprio ſenſu, proprijs enarrationibus, proprio denique iudicio. Nos cum eo ſcimus ſimilium *priuatos ſenſus & enarrationes, ſine Sci ptura ſacra teſtimonijs, fidem non habere*. 2. Proprios ſenſus cõformes eſſe debere voluntati & ſenſui ſacrę Scripturę, non ei cõtrarios & repugnãtes. Ita enim fit, vt nullus ei aliquid addat, nullus aliquid ab ea detrahat. Ita probamus eos, qui nihil dicũt, nihil docẽt, quod teſtimonijs eius explicitè vel implicitè non ſit complexum. Improbamus autem eos, qui neglecto eius ſenſu, proprias ſequuntur intelligentias. Atque egregia eſt Origenis tract. 25. in Matthæum, Scripturæ ſacræ cum templo, ſenſus noſtri cum auro comparatio. Siquidem. 1. Vt templum aurum ſanctificat, ita ſcriptura ſenſum noſtrum. 2. Vt Templo aurum oblatum continetur, ſic ſcripturâ ſenſus noſter, qui non ei aduerſatur. 3. Vt aurum, quod extra templum eſt, habetur profanum, ita ſenſus, qui eſt extra ſenſum ſacræ ſcripturæ profanus eſt. Ibidem in vos & vobis ſimiles, approbat ieiunia, orationes, eleemoſynas ex puro corde profectas: quas à puro corde ſanctificari docet. *Vt* (inquit) *altare donum ſanctificat, ita cor purum ieiunia, orationes, eleemoſynas*. Et lib. 2. in 3. ad Romanos, iſtis vos & omnes perſtringit hæreticos. *Ipſi* (ait) *alienos ſe à Dei literis faciunt, repudiantes prophetas, iniquitatem in excelſum loquuntur, impietate ſua diuidunt vnitatem diuinitatis, legem ab Euangelijs ſeparant. Vnde non dixerim credita eis eloquia Dei, etiamſi apud eos diuina volumina relegi videantur. In his*

enim

enim nihil ſentiunt ſpirituale, nihil Deo dignum, ſed ſolam literam, quæ occidit. Cùm igitur tantùm de particularium perſonarum proprijs ſenſibus, & enarrationibus loquatur, non de Decretis & ſanctionibus Conciliorum generalium; Non de Patrum orthodoxorum, totiuſque Eccleſiæ communi conſenſu, ſtatutis, legibus, traditionibus, patet, quàm fruſtrà eum in medium adduxeris.

Cæterùm quàm longè ab hac hæretica ſanctione recedat, conſtat ex his quæ habet in Lucam. Eo enim loco. 1. negat omni alleganti ſcripturam, credendum. 2. Diabolum Marcionem, Baſilidem, Valentinum legere & adducere ſcripturas, quia alioqui decipere minimè poſſent, nec eorum adſertio aliquid auctoritatis haberet. Ergo *conſiderandum ſi quando quis de ſcriptura teſtimonium allegat, cuius ſit ſententia & voluntatis, ne fortè ſanctum ſimulet quod non eſt, & venenis infectus hæreſeos, ſub ouis pelle latitet, ne fortè in eo Diabolus de ſcripturis latitet.* 3. Potiùs credendum profanis ſcripturis, quæ ad vtilitatem proferuntur, quàm ſacris, quæ aduerſus ſalutem. Non igitur Scripturam ſacram vult eſſe, ad quam ſolam velut ad certiſſimam de fidei controuerſijs, dijudicationis regulam, recurrendum & fugiendum ſit. Idem in Epiſtolam ad Roman. ex ijs D. Pauli Rom. 10. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Per hoc Dei verbum, de quo hîc D. Paulus loquitur negat verbũ ſcriptum intelligendum. *Omne verbum, quod Apoſtolus, & ſi qui alij ab ipſo, accepta gratia, de Chriſto prædicauerunt, ad verbum Dei eſt. Sed & in Eccleſia, ſiquis ſapientiam, quæ ex Deo eſt, & Dei veritatem loquitur, ſi quis viam Dei, qua Chriſtus eſt, docet, & iuſtitiam eius exponit, ſine dubio, quod loquitur verbum Chriſti eſt.*

Origenes hom. 31. in Lucã.

Origenes lib. 8. in Epiſt. ad Roman.

Itaque

Digitized by Google

Itaque verbum ſcriptū non vult eſſe adæquatam fidei regulā. Non D. Paulus, quū ex eo Origenes id colligat. Et lib. 3. cōtra Celſum, docet verbum Dei non ſcriptū, quod vocat eorum doctrinam, qui primi conſtituendis Eccleſijs laborauerunt, eorum, inquam, prædicationem, *tantam ſuadelam per fidem inſpiratam habuiſſe, vt longè citiùs ac ociùs, quàm compoſita & ornata Philoſophorum facundia, peccatores à luxu ad honeſtatem, ab iniuſtitia ad æquitatem transformaret ac conuerteret; maiorem longè efficaciam habuiſſe, quàm vnquā incātationes*. Idem hom. 20. in Ioſue. Et tract. 24. 25. 26. in Matthæum, Scribarū nomine, de quibus Saluator Matth. 23. *Ecce ego mitto ad vos ſapientes & ſcribas*, eos intelligi debere oſtēdit, non ſolùm, *qui ex Iudaiſmo ad Chriſtum conuertuntur, & in Eccleſia eius Eccleſiaſticam diſciplinam recipiunt, & ad id quod profundius eſt inſtruuntur; ſed etiam diſcipulos Domini, qui eiuſdem verbum per gratiam eius interpretantur, & inueniunt ea, quæ ſunt aliud ex alio ſignificantia; eos, qui concionantur, docent, faciunt, iubent vnicuique quod faciendum eſt, & exponunt iuxta cuiuſque æſtimationem; eos qui præter ſcripturarum inſtitutionem aſcendunt ad ſpiritualia*. Adeò eos, *non bonos ſcribas eſſe dicat, qui vt nihil aliud poſitum in ſcripturis putant, quàm quod ſimplex ſermo ſcripturæ demonſtrat, ſed adhuc contemnunt eos, qui*

Math. 23. Act. 7. 1. Theſſ. 2. 2. Tim. 3. Luc. 23.

ſcrutantur Dei altitudinem. Ibidem iſta Chriſti, *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, qui ad te miſſi ſunt*. Iſta D. Stephani, *Quem prophetarum non perſecuti ſunt patres veſtri & occiderunt eos, qui de aduentu Meſſiæ prophetauerunt?* Iſta D. Pauli; *vos eadem paſſi eſtis & vos à contribulibus veſtris, ſicut ipſi à Iudæis, qui & Dominum & Prophetas occiderunt*. Iſta eiuſdem, *Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt*. Iſta etiam eiuſdem, *ſicut Iannes & Membre Moyſi reſtiterunt*,

Digitized by Google

runt, ſic & iſti veritati reſiſtunt. Iſta tandem Luc. 23. *Non cupit, perire prophetam extra Hieruſalem*, nullo ſacræ Scripturæ teſtimonio probari aſſerit, & tamen credita fuiſſe. Quare eorum veritatem colligendam ex ſecretioribus quibuſdam libris, qui inter Iudæorum manus deferebantur, vel ex traditione eorum. Non ergo Origenes tuæ hæreticæ opinionis eſt.

Non etiam D. Chryſoſtomus. Nam homilia 12. in Geneſim & in Pſalm. 95. non Conciliorum generalium, Eccleſiæ, ac patrum Orthodoxorum decreta, ſanctiones, communem & vnanimem ſenſum attingit, ſed quemadmodum Origenes, eos perſtringit, qui proprio & priuato ſenſui ſuo innixi, ſcripturæ ſacræ teſtimonia ſpernebant. Ita enim, concedimus proprium ac priuatum huius vel illius ſenſum, nihil ponderis, nihil firmamenti, ac certitudinis habere, *ſed nunc claudicare, nunc annuere, ſine Scriptura ſacra teſtimonio*, at non ſolo. Nam & teſtimonio verbi non ſcripti inniti debet. Vnde D. Athanaſius. *Qui traditionibus hæret, extra præcipitium eſt*. Verùm addit, inquies, in Pſalm. 95. *Vbi è ſcripturis diuinæ vocis prodijt teſtimonium & loquentis ſermonem & audientis animum confirmat*. Et hoc iſtud D. Chryſoſtomi verum: nonne etiam vbi è Dei verbo non ſcripto prodijt teſtimonium, & loquentis ſermo & audientis animus confirmatur? nonne etiam particularis perſonæ propria intelligentia verbo Dei tradito confirmatur? hîc, hoc iſtud excludit D. Chryſoſtomus? Ibidem vult, *nihil ſine teſtibus dici oportere*. At teſtes, non ſolæ Scripturæ, ſed etiam verba Dei non ſcripta.

D. Athanaſ. ſerm. de incarnat.

Quod autem homil. 12. in Geneſim ſcribit ſa-

P ceram

cram Scripturam ſeipſam interpretari, non eſt quòd tu ab arcto ad amplum traducas. Non enim dicit Scripturam ſeipſam vbique interpretari, ſed eo in loco, quem exponere ſuſcepit. Quod vnum vt Lector percipiat, ibi D. Chryſoſtomus recitat fuiſſe quoſdam ſui ſeculi; qui aſſerebant ex his, *Fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, inſpirauit ei ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* 1. Deum eſſe corporeum, habere os, manus, pedes, & cætera corporis humani membra. 2. ex iiſdem colligebat animam ex Dei eſſe eſſentia. 3. animam tranſire in viliſſimam brutorum ſubſtantiam, cùm tamen, *ſe ſatis interpretetur ſcriptura*, ait. Quis enim ex illis, tam abſurda colligat?

At homilia 13. in poſteriorem ad Corinthios, *Scripturam ſacram eſſe exactiſſimam omnium trutinam, gnomen, regulam diuinarum legum aſſertionem*, ſcribit. Concedo, & approbo, at non excludit verbum Dei non ſcriptum; quod oſtendere debueras. Addis eumdem homil. 12. in Geneſim hæc ſcribere. *Auditorem errare non ſinunt ſacræ Scripturæ*. At falſum eſt, ſed hoc, eius ſententiæ addidiſti. Et frontem habes?

Homilia 9. in Epiſtolam ad Coloſſen. ita monet. *Noli expectare alium magiſtrum, habes verba Dei.* Quid etiam inde? Nam verba Dei, alia ſcripta ſunt, alia non ſcripta. Verùm ſubiungit iſtud. *Hoc malorum omnium cauſſa eſt, quòd ſcripturæ ignorentur.* Quid rurſus inde? Vnam hanc cauſſam omnium malorum adfert, excludit alias? Aut eſt vnica tantùm omnium malorum cauſſa?

Virg. Eglog. 6. *Silenum pueri ſomno videte iacentem*
Inflatum heſterno venas, vt ſemper Iaccho.

Homi-

Homilia 9. in poſteriorem ad Timotheum hæc etiam habet, inquis. *Siquid vel diſcere, vel ignorare opus ſit, in ſcripturis diſcemus*. Quid denique etiam inde? Ex ſcripturis diſcimus. Solis? non hoc ſcribit. Nouerat enim diſci verbis etiam Dei non ſcriptis. Audiamus ergo quàm alienus ſit à tuo ſenſu. In poſteriorem igitur ad Theſſalonicenſes ad hæc D. Pauli, *Tenete traditiones quas didiciſtis à nobis ſiue per Epiſtolam, ſiue per ſermonem. Hinc patet*, ait, *quod non omnia per Epiſtolam tradiderint, ſed multa etiam ſine literis. Eadem verò fide digna ſunt tam illa, quàm iſta. Itaque traditionem Eccleſiæ quoque fide dignam putamus. Traditio eſt nihil quæras amplius. Oſtendit hîc Apoſtolus, multos à traditionibus iſtis fuiſſe dimotos*. Eſt iſtis quicquam apertius? Non igitur, mi homo, hæreticę adſertioni iſti fauet D. Chryſoſtomus. D. Chryſoſt. homil. 4. in 2. Theſſ. 2.

Forſitan D. Hilarius lib. 12. de Trinitate. Quid hîc dicam Polyander? Aut dolum atque fraudem, aut inſcitiam prodis tuam, aut denique, vt aliqua ratione excuſeris, cùm hunc eius locum producturus eras

Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem

placidum petieras. Siquidem per ſermonem, non Scripturam ſacram, ſed Chriſtum Dei verbum intelligit. Eius hæc ſunt verba, quæ fide hæreticâ inuertiſti. *Sed Dei ſermo, & vera ſapientiæ doctrina, quæ loquitur, & perfecta & abſoluta ſignificat, docens ſe non temporalibus eſſe anteriorem, ſed infinitis. Cùm enim præpararetur cælum aderat*. Tu verò inuertendo mentem & verborum tenorem, ſic conſtruxiſti. *Dei ſermo eſt vera ſapientiæ doctrina, quæ loquitur, & perfecta & abſoluta ſunt*. pag. 161. Alludit D. Hilarius ibi, mi **Van den Berckhoue**, ad id quod Salomon de æterna ſapientia

Prou. 8. in ſuis prouerbijs habet. *Quando præparabat cælos aderam, quãdo certa lege & gyro vallabat abyſſos*, &c. Tu verò de ſcriptura ſacra, quod de ęterna ſapientia intellexit. Sic ſtatues Scripturã ſacram eſſe illam diuinam ſapientiam & Patri coëternam. Non es

——— *Totus pice nigrior atra?*

Et licet hîc per ſermonẽ, Scripturam ſacram innuiſſet, quod tamen non innuit, oportuerat ne tantâ fraude eius ſententiam & mentẽ te peruertere, nihil etiam inde reportaturũ? Quid enim? ſit Scriptura Dei ſermo, ſit veræ ſapientię doctrina, ſint quę loquitur & perfecta & abſoluta: verbum Dei nõ ſcriptũ, non etiam Dei ſermo, verę ſapiẽtię doctrina, quę loquitur, nõ & perfecta, & abſoluta? Hoc te priùs probaſſe oportuerat, nec pro rato te habere, quod eſt in quæſtione poſitũ.

Non minore fraude, non inaniore ſpe hæc eius ex libro. 3. non etiam. 7. vt ex ſuperfluo addis. In. 7. enim nihil horum prorſus habet. non inquam minore dolo, non feliciore euentu iſta eius obijcis. *Bene habet quòd ijs tantùm, quæ ſcripta ſunt contentus ſis*. Siquidem ibi Arium & Sabellium alloquitur, docens hunc & illum iſto ſacræ Scripturę teſtimonio, *Ego & pater vnum ſumus*, abundè reuinci; hunc & illum debere eſſe iſto teſtimonio contentum. Hoc D. Hilarij teſtimonium, quid ad noſtram Andromacham? Propterea ne efficis, vt Scriptura ſacra ſit D. Hilario adæquata fidei regula? Nihil credi debere, quàm quod ſcriptum, vt eadem ſit vnica regula controuerſijs fidei (vt loqueris) dijudicationis? Iſtud verò quod hîc ſubſternis ex eodem, lib. 3. de Trinitate. *Non relictus eſt hominum eloquijs de Dei rebus alius præterquam Dei ſermo*, falſiſſimè ei imponis.

Addi-

Digitized by Google

Additio eſt Caluiniſtica; nõ enim habet. Et licet haberet, quod tamen non habet, quid firmamamenti aduerſum veritatem adferret? Nam verbum Dei non ſcriptum, non etiam ſermo Dei? Lector non pro iſto erubeſcis? Proferamus autem tibi mentem Diui Hilarij longè aliam à ſenſu iſtius Miniſtri. Dicebat Conſtantius, & ipſe Arianus, *Nolo verba, quæ non ſunt ſcripta, dici.* Ad eum D. Hilarius. *Dic prius, ſi rectè dici putas, nolo aduerſum noua venena, nouas medicamentorum comparationes. Nolo aduerſum nouos hoſtes noua bella, nolo aduerſus nouas inſidias conſilia recentia. Si enim Ariani hæretici Homouſion idcirco hodie euitant, quia priùs negauerunt: nonne tu hodie idcirco refugis, vt hi quoque denegent? Nouitates vocum, ſed profanas deuitari iubet Apoſtolus. Tu cur pias excludis? Cùm præſertim ab eo dictum ſit. Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt. Innaſcibilem ſcriptum nuſquam legis, numquid & hoc negandum erit, quia nouum eſt? Decernis ſimilem Patri filium. Euangelia non prædicant. Quid eſt, quòd non refugis hanc vocem? In vno nouitas eligitur, in alio ſubmouetur. Vbi impietatis occaſio patet, nouitas admittitur: vbi autem relig onis maxima & ſola cautela eſt, excluditur. Sed Diabolici ingenij tui fallentem ſubtilitatem non tacebo. Similem, quod ſcriptum non eſt, Patri filium decernis prædicari, vt æqualem Chriſtũ Deum, quod eſt ſcriptum, taceas.* Vides quàm è diametro tibi aduerſetur? Audis multa nos credere debere, verbi gratiâ patrem ingenitum, innaſcibilem, filium patri ſimilem, quæ tamen minimè ſcripta ſunt?

D. Hilar. aduerſus Conſtantium, Imperatorẽ.

Ad D. Cyrillum Alexandrinum properemus, & videamus an tibi patrocinetur. *Non omnia* (ait) *quæ Dominus fecit conſcripta ſunt, ſed quæ ſcribentes, tam ad mores, quàm ad dogmata ſufficere putarunt.* At hæc attemperanda ſunt ad eum finem & effectum

D. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 61.

particularem, quem, cap. 61. lib. 12. in Ioannem, diui eiuſdem Ioannis fuiſſe dixit. Nempe ſufficere, quæ ſcripta ſunt tam ad mores, quam Chriſti dogmata, vt quis credere poſſit eſſe filiũ Dei. Verba eius ſunt. *Quaſi repetendo, quæ ſcripſit, intentionem Euangelij manifeſtat, vt enim credatis, inquit, & credentes vitam æternam habeatis, hæc mihi edita ſunt. Plura verò Saluatoris fuiſſe ſigna dicit, quam ab eo conſcripta ſint: quia ſufficere iſta putauit ad perſuadendum legentibus, quòd Ieſus Chriſtus eſt filius Dei.* At Scriptura multa habet tendentia ad alium etiam finem, ad quem verbum non ſcriptum neceſſarium eſt. Sunt enim multi fines ſubſtituti, ad quos non ſola ſcriptura, verumetiam verbum Dei non ſcriptum præſcribitur & poſtulatur.

Quid quòd eadem ſcriptura implicitè contineat multa, ad quæ verbum Dei non ſcriptum eſt neceſſarium? Quid quòd eadem. 2. Theſſalonicenſium. 2. dicat verbum Dei, aliud eſſe ſcriptum, aliud non ſcriptum, hanc diſtributionem verbi Dei complectatur? Denique remittat. Luc. 7. ad iudicandum ex nobis de eo quod iuſtum & bonum? In ſumma verbo Dei non ſcripto det auctoritatem & ita contineat ea, quæ ſufficere viſum? Atque tantum abeſt, vt ſit eius ſententiæ, quum potiùs velit traditiones Apoſtolorum & veterum tenẽdas? Apollinariſtas in hæreſim lapſos, quòd traditionibus non hæſerint? *Abhorruerunt*, inquit, *neſcio quomodo ne confiterẽtur humanæ carni animatæ, animæ rationali ſecundùm naturam vnitum eſſe verbum. nihili facientes prorſus fidei traditionem olim datam: voluntate ſola, quæ etiam ſecundùm ipſos, humanas ſequitur rationes, imperitè delegerunt, & verè delegerunt præter id quod oportet.*

Cyrillus Alexand. lib. de recta fide ad Theodoſium.

tet

tet ſapere. Rurſus paulò pòſt eos arguit, qui contemnebant, antiquam fidei traditionem. Non igitur tibi patrocinatur.

Non D. Baſilius, non in ſermone, vt allucinaris, ſed prooemio Moralium, in quo de vera ac rectâ fide tractat. Nam ibi perſtringit eos, qui proprium ſenſum præferebant ſenſui ſacræ Scripturæ, quique ipſam ſacram Scripturam reijciebant & contraria, non etiam ſcripta, introducebant. At *manifeſtiſſimum* (inquit) *eſt infidelitatis argumentum, ſignum ſuperbiæ certiſſimũ, ſi quis eorum, quæ ſcripta ſunt, aliquid velit reijcere, aut eorum, quæ non ſcripta ſunt, introducere. cùm Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit oues meæ vocem meam audiunt, & paulo antè dixiſſet. Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum: cùm Dominus fidelis ſit in omnibus vijs ſuis, & verbis: fidelia ſint eius mandata confirmata in ſeculum ſeculi, facta in veritate & æquitate*. Clariùs igitur ſole apparet, quod agit in eos, qui proprium ſenſum præferebant intelligentiæ ſacræ Scripturæ, atque ſic, vt ipſam ſacram Scripturam reijcerent & multa contraria ei, etiam non ſcripta, ſtatuerent. Hos & ſimiles, quis negat infideles eſſe, alienos à Chriſto? *Qui ſic auſus fuerit facere, ſapientiorem ſe Deo eſſe putat, & incipit falſus eſſe teſtis: quia dicit, quod nec auris audiuit, nec oculus vidit*, inquit Auctor operis imperfecti in Matthæum homilia, 20.

Quocirca D. Baſilius in eodem Prooemio, tantum abeſt vt ſenſum propriũ ſenſui ſacrarũ literarum conſentaneũ reijciat, quum potiùs ſcribat *ſe in hæreticos ſenſu pio & ſanctis literis conſentaneo vsũ, ſe minimè abſtinere poſſe ab ijs, quæ licet in ſacro ſancta Scriptura nuſquam reperirentur, tamen à pio & ſanctis lite-*

 ris

ris conſentaneo ſenſu, non abhorrerent. Parcum ſe fuiſſe, in iјs quidem & nominibus & verbis vſurpandis, quæ voce ipſa cum diuinis literis non conuenirent, licet eundem, qui in eis haberentur, ſenſum tenerent: ab iјs autem, quæ eius generis eſſent, vt præter vocis nouitatem, ſenſum quoque nouum & inuſitatum adferrent, & apud ſanctos viros nuſquam in vſu fuiſſent prorſus abſtinuiſſe, hæc velut peregrina atque à pia fide penitus aliena repudiaſſe. Hoccine eſt D. Baſilium tuæ hæreticæ aſſertionis patronum te habere, ac reperijſſe? Quin potiùs audi eumdem latiùs ſe explicantem. *Dogmata*, ait, *quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus è doctrina ſcripto prodita, quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt occultò tradita. Quorum vtraque parem habent vim ad pietatem, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt quæ ſint iura Eccleſiaſtica. Nam ſi conſuetudines, quæ ſcripto proditæ non ſunt, tamquam non multum habentes momenti conemur reijcere, imprudentes ea damnabimus, quæ in Euangelio neceſſaria ad ſalutem habentur, imò potiùs ipſam fidei prædicationem ad nudum nomen contrahemus.* Hæc non militant aduerſus impiam tuam aſſertionem? tuam dixero, non etiam omnium hæreticorum? Et tuam & eorũ. Rurſus audi, & ne frõtem caperare velis. *Vt crucis ſigno eos, qui ſpem collocarunt in Chriſtum, ſignemus, quis ſcripto prodidit? Vt ad Oriẽtem verſi precemur, quæ nos ſcriptura docuit? Inuocationis verba, quum oſtẽditur Eucharistia panis & poculum benedictionis, quis ſanctorũ ſcripto nobis reliquit? nec enim contenti ſumus his, quæ commemorat Apoſtolus, aut Euãgelium, verùm alia quoque & ante & poſt dicimus, tanquam multùm habentia momenti ad myſterium, quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus. Conſecramus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, præterea ipſum, qui baptiſmum accepit, ex quibus ſcriptis? Non-*

D. Baſilius de Spirit. ſancto cap. 27. & 29.

ne à tacita, & ſecreta traditione? Ipſam porrò olei inunctionem, quis ſermo ſcripto proditus docuit? Ex eo vis plura? *Contra id quos dicunt* (inquit) *propoſitionem. Cùm & carere teſtimonio, nec in ſcripturis, extare illud dicimus. Si nihil aliud receptum eſt abſque Scripturis ſacris, ne hoc quidem recipiatur: ſin plura arcana citra ſcriptum recepta ſunt nobis, cum alijs pluribus & hoc recipiamus. Arbitror autem Apoſtolorũ eſſe, etiam non ſcriptis traditionibus inhærere.* Laudo (ait Apoſtolus) vos, quòd omnia mea meminiſtis, & quemadmodum tradidi vobis, traditiones obtinetis, quas accepiſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam. Ad hanc tubam, **Van den Kerck-houe** / non perhorreſcis? Tibi & tuis ſonat? Abſit. Siquidem hæc eius pugnant, in eos, qui olim, quam redintegraſtis, hæreſim propugnabant.

Fortè in Moralibus regula. 80. cap. 21. Non autem, vt malè citaſti. 22. & infideliter. Oſtendo. Quærit D. Baſilius. *Quid proprium fidelis? Reſpondet. Vt cum certa animi expletione, veram illorum vim eſſe credat, quæ dicta ſunt in ſcriptura, nihilque reijciat, aut nouum ſtatuere audeat.* Cur hæc ſiluiſti? Cur ſic non credis, niſi quia infidelis es? Nam ſi fidelis proprium eſt, credere cum certa animi expletione veram eſſe vim illorum, quæ dicta ſunt in ſcriptura; & in ea Chriſtum corpus ſuum dantem diſcipulis legamus. *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum.* Nonne ab eo, quod fidelis proprium eſt, receditis, qui vim verborum illorum negatis, qui illis detrahitis, & mentitum Chriſtum vultis? Subiungit D. Baſilius. *Etenim ſi omne quod ex fide non eſt, peccatum eſt, vt ait Apoſtolus. fides autem ex auditu, auditus autem per verbum Dei, ſine dubio, cùm quidquid extra diuinam ſcripturam eſt, ex fide non ſit, peccatum*

Admittimus cum hoc ſanctiſſimo patre, quod id omne, quod eſt extra Scripturam diuinam, id eſt, id omne, quod in contrarium & aduerſum eſt, nec cōſentaneum, eſſe peccatum. Ea enim mens eſt D. Baſilij. Vnde regula. 26. Moralium c. 1. & 2. *Ad ea, quæ à nobis fiunt & dicuntur confirmanda, primùm petitus de ſanctis literis teſtimonijs, deinde has etiam quæ in communi vita conſuetudine nota ſunt, vtamur*. Reſtat, vt Polyāder probet Eccleſia aliquid ſtatuiſſe, alienū à verbo ſcripto verbū Dei non ſcriptū eſſe extra Scripturam, id eſt contrariū ſacræ Scripturę. Reſtat vt fraudem eius Lector obſeruet. Nam hæc, *Proprium credentis eſt nihil audire*, quæ pag. 162. Polyander habet, falsò D. Baſilio adſcribit. Hæc ſiquidem non ſcribit. Imò hæc Apoſtoli; *Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbū Dei*. Rom. 10. quę ſunt huic impoſturæ contraria, adducit. *Quomodo enim credent, quem non audierunt?* Adeo vt propriū fidelis ſit audire, quod imponēs diuo Baſilio, negat Van den Kerckhoue, reclamāte Apoſtolo. Cur igitur à ſuis vult audiri, ſi fidelis propriū non ſit audire?

Veniamus ad D. Cyprianum, forſitan pro eo pugnabit. Quid enim ſanctus hic martyr? *Hominis conſuetudinem ſequi non oportet, ſed Dei veritatem, cùm per Eſaiam Prophetam Deus loquatur, & dicat. Sine cauſa colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes*. lib. 2. Epiſt. Epiſtola 3. ad Cælium. Verùm, magiſter Ioannes, oportuerat te obſeruaſſe, quid per *hominis conſuetudinem* apud D. Cyprianum ſignificari ſoleat. Itaque mandata hominum, doctrinas, traditiones & cōſuetudines eorumdem, non quaſuis, ſed eas quibus Dei mandatum reijcitur, vocat, lib. 1. Epiſtolarum, Epiſtola 8. nempe. 40. in ordine, *per quas Deus non loquitur, per quas homo*

Digitized by Google

homo ſui intellectus vanitatem & ſuperbiam ſequitur. Epiſtola 3. ad Cælium, lib. 2. Epiſtol. *Inſtitutiones verò Eccleſiæ, diuinas traditiones, & traditionem à domino ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus nobis traditam, vnitatem Eccleſiæ eſſe, quam quantum poſſumus obtinere debeamus,* atque eo fine, *vt palabundas & errantes oues, quorundam peruicax factio, & hæretica tentatio à matre ſecernit, in Eccleſiam colligamus* lib. 2. Epiſt. 10. ſeu. 42. in ordine. Eadem Epiſtola. 3. ad Cælium lib. 2. docet Euchariſtiam non tantùm ſacramentum eſſe, ſed etiam ſacrificium, non panis & vini, ſed corporis & ſanguinis Chriſti: Corpus eius mãducari, offerri, ſanguinẽ fũdi & bibi, nihil nos facere, quod Chriſtus nõ fecerit. Aquã in Euchariſtię ſacrificio vino miſceri ad Chriſti imitationẽ: cũque certũ ſit, ex Scriptura nõ reperiri Chriſtum aquam vino miſcuiſſe, ex traditione non ſcripta, nos credere. Vnde patet D. Cyprian. traditionem Apoſtol. licet nõ ſcriptam teneri velle; reijci verò illos, qui huic traditioni detractũ eſſe cuperẽt.

Renuntiationem, quæ fieri ſolita eſt ante baptiſmum, & quam hactenus Eccleſia coluit, traditionem non ſcriptam dicit, Epiſtol. 7. & 54. Interrogationem & reſponſionem, quæ de fidei ſymbolo eſt, Epiſt. 70. Exorciſmum, qui eidem baptiſmo præficitur. Epiſt. 2. & 72. De baptizandis infantibus receptam conſuetudinem, traditionem non ſcriptam dicit, Epiſt. 59. Et vt eius mẽtem faciliùs ac per ampliùs agnoſcas, hîc pro coronide placet repetere, quę Epiſt. 74. ad Pompeium ſcribit. *Si ad diuinæ* (ait) *traditionis caput & originem reuertamur, ceſſat error humanus, & ſacramentorum cæleſtiũ ratione perſpecta, quidquid ſub caligine & nube tenebrarum obſcurum latebat, in lucem veritatis aperitur.*

Si

Si Canalis aquam ducens, qui copioſè priùs & largiter flue-bat, ſubitò deficiat,, nonne ad fontem pergitur, vt illic defe-ctionis ratio noſcatur, vtrumne areſcentibus venis in capite ſiccauerit, an verò integra inde & plena procurrens in medio itinere deſtiterit, vt ſi vitio interrupti aut bibuli canalis effe-ctum eſt, quo minùs aqua continua perſeueranter ac iugiter flueret, refecto & confirmato canali, ad vſum atque potum ciuitatis aqua collecta, eadem vbertate atque integritate re-præſentetur, qua de fonte proficiſcitur? Quod & nunc facere oportet Dei *ſacerdotes præcepta diuina ſeruantes; vt ſi in ali-quo nutauerit ac vacillauerit veritas, ad originem Domini-cam, Euangelium, Apoſtolicam traditionem reuertamur; vt inde ſurgat actus noſtri ratio, vnde origo & ordo ſurrexit.* Quid cenſes? non etiam ad verbum Dei non ſcri-ptum nos remittit? Alium ergo tuæ hæreticæ aſ-ſertionis quære athletam ac propugnatorem.

Tertull. de re ſur-rect. carn.

Tertullianum? At, mi homo, iſtius ſacrilegi veſtri dogmatis acerrimus impugnator eſt. *Pul-cherrima*, inquis, *ſunt eius dicta.* Quæ? Iſta. *Nobis cu-rioſitate opus non eſt poſt Chriſtum Ieſum, nec inquiſitione poſt Euangelium. Cùm credimus, nihil deſideramus vltra credere. hîc enim primùm credimus non eſſe quod vltra cre-dere debeamus.* Admitto pulcherrima ſunt, quæ vtinam non ita pridem ſeriò cordibus veſtris al-tè impreſſa fuiſſent. Proculdubio præcipua reli-gionis Chriſtianæ capita tantâ curioſitate & in-quiſitione non violaſſetis, manerent in ſingulo-rum mentibus integra, inuiolata. Verùm, quid iſtis te retuliſſe putas? Credenda & tenẽda apud Tertullianum non ſunt duplicis generis? Eorum non alia ſcripta, alia non ſcripta? Iſtis & illis cre-dentes, nihil vltra deſideramus credere. Quare

Lib. de carne Chriſti cap. 2.

idem Tertullianus. *Si Chriſtianus es, crede quod tradi-tum eſt.* Et Apologet. cap. 47. *Expeditè præſcribimus adul-*

adulteris noſtris, illam eſſe regulam veritatis, qua veniat à Chriſto, tranſmiſſa per Comites illius, quibus aliquanto poſteriores iſti commentatores probabuntur. Quæ autem tranſmiſſa eſt per eius Comites Apoſtolos, alia per Epiſtolam, alia per ſermonem tradita eſt, vt 2. Theſſal. 2. cap. Apoſtolus docet. Ergo vtrique regulæ credendum, vtraque tenenda.

Obijcis quod lib. aduerſus Hermogenem habet. *Doceat Hermogenes ſcriptum eſſe, ſi non eſt ſcriptum, timeat illud væ adijcientibus aut detrahentibus deſtinatum*. Adeò vt exigat ab Hermogene ſacræ Scripturæ aliquod teſtimonium. Quid etiam inde ſperas? Ergo ſolam Scripturam ſacram eſſe regulam adæquatam fidei, vnicam controuerſijs fidei dijudicationis regulam? Iſtis, colligere numquam poteris hanc concluſionem. Hermogenes aſſerebat Deum ex præiacenti materia mundum feciſſe. Hoc dogma erat contrarium. 1. diuinæ Scripturæ, quæ docet *nos ex nihilo eſſe & natos*. Sap. 2. & Eſai. 41. 2. Contrarium ipſi verbo non ſcripto, ac traditioni, non meritò poſtulat Tertullianus, vt ſaltem vno ſacræ Scripturæ teſtimonio dogma ſuū probet? Quod enim iſto, nempe verbo non ſcripto confirmari nequit, debet illo, nempe verbo ſcripto probari: & quod iſto non poteſt adſtrui, debet illo, nimirum traditione firmari. Et cum iſtud Hermogenis dogma neutro probaretur, non ei timendum *væ iſtud adijcientibus & detrahentibus deſtinatum*? Quid enim adijcere & detrahere, niſi oppoſitum & contrarium adſerere & prædicare? Vt autem Lector longè alium ab hæreticis, in dogmate iſto, de quo nobis quæſtio in manu, Tertullianum fuiſſe percipiat, non recitabo, quæ libro de Anima cap. 5. habet, tantùm

quæ

quæ libro de corona militis cap. 3. *In traditionis obtentu* (inquit) *etiam exigēdam cenſes auctoritatem ſcriptam. Ergo quæramus an traditio non ſcripta recipi non debeat. Plane negabimus recipiendam ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſeruationum, quas ſine vllius ſcripturæ instrumento, ſolius traditionis titulo, exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus. Deniqu vt a baptiſmate ingrediar, aquam adituri ibidem, ſed aliquanto prius in Eccleſia ſub Antiſtitis manu conteſtamur nos renūciare diabolo & pompæ & Angelis eius. Deinde ter mergitamur, amplius aliquid reſpondentes, quam Dominus in Euangelio determinauit. Inde ſuſcepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exque ea die la uacbro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus. Eucharistiæ ſacramentum & in tempore victus & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cætibus, nec de aliorum manu, quàm præſidētium ſumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſchatis in Pentecoſten vſque gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri āliquid decuti in terram anxiè patimur. Ad omnem progreſſum atq; pr motū, ad omnem aditū & exitū, ad veſtitū, ad calceatū, ad lauacbra, ad menſas, ad lumina ad cubilia, ad ſedilia, quacumque nos conuerſatio exercet frontem crucis ſignaculo terimus. Harum & aliarum eiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam inuenies: traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix.*

Hoccine eſt propugnare, & non aperte impugnare eorum impium dogma, qui volunt fidei adæquatam regulam, ſcripturam eſſe ſacram? Hoc Tertulliani teſtimonium, à tempore adhuc naſcentis Eccleſiæ, non conuincit vos hæreſeos & interruptarum obſeruationum totius Eccleſiæ? Hoc teſtimonium non euidētiſſimè demonſtrat

ſtrat vos defeciſſe à fide primitiuæ Eccleſię? Qua fronte ergo hæreſis Caluiniana, Tertullianum & Patres Eccleſiæ ſibi patrocinari audet mentiri? Quâ fraude & dolo, quâ audacia adornat?

Dumque parant epulas, potandaque vina Miniſtri Cultibus Alcidon inſtruit illa ſuis?

Obſeruemus cæterùm probiórne ſit & fidelior hic Miniſter in citando D. Hieronymo. Itaque. inquis, lib. 1. in Micheam cap. 1. dicit *Eccleſiam toto orbe diffuſam Eccleſias poſſidentem, ſpiritus vnitate coniunctam, habere vrbes legis, Prophetarum, Apoſtolorum, Euangelij. Non eſſe egreſſam à finibus ſuis, id eſt ſcripturis ſanctis.* Quid etiam inde magiſter Ioannes? Egredi à finibus ſuis, id eſt Scripturis ſacris, quid eſt, niſi verò contradicere ſenſui & intelligentiæ ſanctarum Scripturarum? Et putas Scripturas ſacras, fines ſolos Eccleſiæ velle eſſe, diuum Hieronymum? Verbum Dei non ſcriptum, etiam fines ſunt Eccleſiæ, eius ſepes, *ne poſſit eius poſſeſſio diripi*. Feliciter ſcilicet, quin potiùs exclamat D. Hieronymus in vos, iſtis, ibidem. *O hæretici, ô contraria dogmata. plangite vos, quia ædificaſtis vobis Domum in deriſum, & preſſiſtis torcular in ſuperbiam: nec in ſcripturis, ſed in vicinia ſcripturarum domum veſtram, iam non riſu, ſed planctu dignam & lachrymis conſtruxiſtis.* Quid enim vos? Scripturâ ſacrâ vtimini, quemadmodum ſi ſtatua librũ aliquem portet egregiè compactum. Ea ſcilicet fuit Montani hæreſiarchę, & aliorum ab eo hæreticorum vanitas & impietas à traditionibus Eccleſiæ deficere, ad ſacram ſcripturã prouocare, vt teſtis eſt Vincẽtius Lyrinenſis contra profanas hęreticorũ nouitates, quamquam tantùm in vicinia ſcripturarũ domum ſibi con-

conſtruerent, à quibus ne lato quidem vngue receſſiſtis. Numquam bone vir, numquam D. Hieronymus Montaniſta fuit, numquam hæreticus, vt huic dogmati ſtuderet. Obijcis in Matth. 23. caput, hæc habere. *Quod de ſcripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur qua probatur.* Ecquouſque tandem tibi cura ceruicis duræ erit,

——— *Tortóſque in plexum ponere fines*

Patrum? ſiquidem ei imponis, & cum de facto particulari loquatur, per ſummam fraudem quaſi de omnibus & ſingulis dicentem introducis; vbi pronomine demonſtratiuo vtitur iſto, *hoc*, tu vſum relatiuo, *quod*, mentiris. Sic ergo habet. *Hoc, quia de ſcripturis auctoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Agit enim ibi in eos, qui fulti neſcio quibus ſomnijs Apocryphorum ſcriptorum, nullà autem verâ traditione, nullo ſacræ Scripturæ teſtimonio. Zachariam de quo Matth. 23. Chriſtus, Zachariam patrem D. Ioannis Baptiſtæ eſſe adſtruebant. *Hoc*, inquit. D. Hieronymus, *quia de ſcripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, quâ probatur*, tu verò, vt vniuerſalior eſſet propoſitio, loco pronominis demonſtratiui, *hoc*, pronomen relatiuum, *quod*, dolo, hæretico Miniſtro familiari, poſuiſti. Sed allucinaris, etſi enim pronomine relatiuo vſus fuiſſet, exiſtimas verbum nō ſcriptum, traditiones Eccleſiaſticas nullam de Scripturis habere auctoritatem? Si putas non, D. Hieronymus, qui nouerat vtrumque verbum mutuò ſe probare, & auctoritatem ſibi dare. Qua de cauſa videas eum contra Luciferianos, & aduerſus Vigilantium, variorum rituum baptiſmi exemplo, more veteribus patribus vſitato, diſputare. Et lib.

lib. comment. in. 2. ad Theſſalonicenſes, *Quando* inquit, *D. Paulus vult ſua teneri, non vult extranea ſuperaddi. Apoſtolica autem traditio eſt, quæ in toto mundo prædicatur, vt baptiſmi ſacramenta.* Vbi ſacramentorum Baptiſmi nomine inſinuat ea omnia, quæ Eccleſia obſeruat Baptizãdo. Verbi gratia inunctionem, renunciationem, interrogationem, reſponſionem, exorciſmum &c. quæ nos aliàs vocamus ſacramentalia, adiacentia ſacramento, quæque nonniſi traditione Apoſtolicâ probari poſſunt.

Interrogatus à Lucinio Betico, an ſingulis ſabbathinis ieiunare oporteret, an ſingulis diebus Romanarum & Hiſpaniarum Eccleſiarum more, Euchariſtiã ſumere, reſpondet. *Ego te breuiter admonendum puto, traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei non officiunt, ita obſeruãdas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliarum conſuetudinem contrario more ſubuerti.* Et alibi. *Maiorum ſequere veſtigia, ab eorum auctoritate non diſcrepes. Alioqui quærenti multa, infinitus librorum numerus occurret, qui te in errorem pertrahat, & legentem multa fruſtra laborare faciet.* Adeò vt verbum non ſcriptum, Eccleſiaſticas probet traditiones, & certiores (quo ad nos ſaltim) ipſa librorum lectione velit.

D. Hieronym. tom. 1. Epiſt. 28. & tom. 5. lib. commẽt. in Eccl. cap. 12.

Feliciore ſucceſſu forſan D. Auguſtinũ nobis opponis, ac primũ l. 11. de ciuitate Dei, cap. non 2. vt malè citaſti, ſed. 3. Non exiſtimauero. Diſpiciamus. Ita enim ſcribit. *Hic priùs per Prophetas, deinde per ſeipſum, poſtea per Apoſtolos, quantum ſatis eſſe iudicauit, locutus eſt, etiam ſcripturam condidit, quæ Canonica nuncupatur eminentiſſimæ auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare nos non expedit, nec per nos ipſos noſſe, idonei ſumus.* Quid inde conſequeris? Ibi

Digitized by Google

enim, D. Auguſtinus totus eſt, vt oſtendat verbum non ſcriptum præcedere verbum Dei ſcriptum. Nam *priùs* (inquit) *Deus locutus eſt per prophetas, deinde per ſeipſum, poſtea per Apoſtolos*. Quæ Prophetæ, quæ Chriſtus, quæ Apoſtoli loquebantur, quæ per eos Deus loquebatur, verbum Dei non erat? Verbo Dei non erat credendum antequam quicquam ſcriptum eſſet? Addit D. Auguſtinus, eum, qui priùs per Prophetas, per ſeipſum, per Apoſtolos locutus fuerat, *etiam ſcripturam condidiſſe*. Quid iſtis clarius? ſatis animaduertebas, quare inſignis fuit tua malitia, quâ effectum, vt pro accuſatiuo, quo D. Auguſtinus vtitur, ablatiuum poſueris. *Et cum ſcripturam condidit*, inquit. Tu verò *etiam ſcripturâ condidit*. Lector fallaciam ac dolum non vides?

Non minore fraude quæ lib. 19. de ciuitate cap.18. truncas. Ibi ſiquidem, oſtendit ciuitatem Dei, non ſolùm *Scripturis ſanctis veteribus & nouis, quas Canonicas appellamus, ſed etiam ſenſibus, in rei cuiuſque euidentia, quibus animus per corpus vtitur*; denique, *teſtibus, quibus non credere abſurdum eſt, quoniam miſerabiliùs fallitur, qui numquam eis credendum putat*, credere.

Non minore, quæ Epiſtola 112. cap. 2. ad Paulinam ſcribit. Nam docet non modò credendum ſcripturis Canonicis, ſed præterea *veritati interius demonſtranti, alijs teſtibus ac teſtimonijs. quantum*, non momenti, vt ſcribis, ſed *meriti ad fidem faciendam habere vel non habere perpenderimus*. Atque ibidem docet nos *multa credere, quibus, etſi non fuiſſent ſcripta, non tamen minùs credendum fuerat*.

At Epiſtola. 3. non ad Iulianum, vt malè legiſti, ſi tamen legeris, ſed ad Voluſianum, ſcribit *omnem Sanctorum librorum ſeriem ad noſtram ſalutem ſcriptam*

Digitized by Google

ſcriptam eſſe, hoc maximè auribus noſtris intonare, iterum atque iterum replicare, quid ſit omni homini cauendum & ſequendū. Scribit & D. Paulus, *omnem ſcripturam diuinitùs inſpiratā ad docendū vtilem eſſe.* Quid iſta aduerſus Catholicum dogma roboris habēt? Quod verbo Dei nō ſcripto præiudiciū adferūt? Non etiā eius ſeries, docet, quæ ad ſalutem neceſſaria & vtilia? Quid etiam iſta lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 9. tom. 3? *Inueniuntur, in ijs, quæ apertè in ſcriptura poſita ſunt illa omnia, quæ fidem continent moreſque viuendi, ſpem ſcilicet, atque charitatem.* Iſtis negat eadem inueniri in verbo Dei non ſcripto? Quid toties ſimilibus papyrum grauas, atque oneras? præmit fortè id quod ſcribit lib. 3. contra literas Petiliani c. 6. tom. 7. Nempe *nihil nos admittere præterquam quod in ſcripturis legalibus, Euangelicis continetur: illud nos ſub pæna anathematis accipere annūciare debere.* Verùm quoties reſponſum, id tantùm eſſe additum, aut detractum legalibus, & Euangelicis ſcripturis, quod eis repugnans & contrarium? Id ſolùm in Scripturis ſanctis non contineri, quod eis aduerſum? At verbum non ſcriptum eſſe ſacris Scripturis contrarium abſolutè negamus. Quid ergo iſtis aërem verberas?

Libro autem. 2. contra Donatiſtas cap. 6. vnde iſta in nos opponis. *Non adferamus ſtateras doloſas vbi appēdamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio noſtro, dicentes. Hoc graue eſt, hoc leue, ſed adferamus diuinam ſtateram ex Scripturis ſacris, tanquam de theſauris dominicis, & in illa quid grauius ſit appēdāmus, imò non appendamus, ſed à Domino appenſa recognoſcamus.* 1. verbū Dei non ſcriptum ſtateras doloſas putas? 2. à D. Auguſtino hîc ita vocari? Erras, bone vir, erras: tuo hęc Calepino dele. Ne velis tantū crimen D.

Auguſtino appingere. Nihil enim tale ex hac eius contra Donatiſtas expoſtulatione reperies. Tertiò erras exiſtimans verbum Dei non ſcriptum, haud appenſum ſanctis Scripturis, in eis haud eſſe contentum. Imò hoc loco, D. Auguſtinus perſtringendo Donatiſtas, vos quoque perſtringit.

Quare vos ſeparaſtis, non dico ab innocentibus, quod probatur, ſed ab ipſis, quod non probatur, traditoribus? An grauiora ſunt traditorum crimina, quàm Schiſmaticorum? Quid quæſo formalius vobis dici poteſt? Donatiſtę ſe ab Eccleſia Romana defeciſſe dicebãt, quia eius doctores ab Antiquitate Chriſti, & Apoſtolorum doctrina receſſiſſent, quos traditores appellabant. Non idem vobis ſermo? Non eamdem veſtræ defectionis cauſam obtenditis? Poterat D. Auguſtinus probare Eccleſiæ doctorum innocentiã, imò probabat. Verumtamen, à conceſſis & ſuppoſitione, pergit agere in eos, quærens cauſam, cur potiùs ſe à traditoribus, quàm ab Eccleſię Schiſmaticis ſeparaſſent. An quòd illorũ, quàm iſtorũ eſſent crimina grauiora? Non appoſitè in vos, qui metimini Doctores Eccleſię fuiſſe Chriſtianæ religionis traditores, vt Caluinum Schiſmaticũ, & verè Chriſti proditorẽ ſequeremini? Cur vos ab illis potiùs, quàm ab iſto ſeparaſtis? An quòd illorũ grauiora crimina eſſent, quàm iſtius ſchiſmatici? Oſtẽdit porrò non fuiſſe, quod ſe ſepararent, ab illis, quos traditores falsò vocabant, etiam poſito, quòd tales extitiſſent, exemplo Moyſis, Ioſue, & piorum, qui non ſe ſepararunt ab ijs, qui Idololatriam in conflatione & adoratione vituli, commiſiſſent. Exemplo D. Cypriani, qui quamquam rebaptizandos hære-

Digitized by Google

hæreticos exiſtimaret, contra communem Eccleſiæ ſenſum, non tamen ſe ab ea ſepararit. Exemplo Corami, Dathanis & Abirami, ab hac ſeparatione Donatiſtas reuocat, quos ob ſimile ſchiſma, diuina vindicta, horrendo interitus genere perſecuta eſt.

In Pſalmum verò 57. tantum abeſt, vt ſit alterius ſententię, quum in eius initio, ſcribat, *ſcripturam ſacram nonniſi per accidens datam. Chriſti vocem non tantùm, ſed etiam Eccleſiæ in terra peregrinantis eſſe audiendam; in eius manendum ventre: eum qui ſe ab eius ventre ſeparauerit, neceſſe ſit falſa loqui: inde hæreticos contra Euangelium clamare.* Verbi gratia. *Euangelium dicit prædicandum in nomine Chriſti pœnitentiam in remiſſionem peccatorum, per omnes gentes.* Contrà, non reijcitis pœnitentiam? Eam peccata remittere non negatis? Quid ad hæc D. Auguſtinus? *Auferantur de medio cartæ noſtræ, procedat in medium codex Dei. Audi Chriſtum dicentem, audi veritatem loquentem, quoniam oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam in remiſſionem peccatorum.* In hæreticos hæc. Non in vos? qui pænitentiam non dari in remiſſionem peccatorum, reclamante ſancta Scripturâ, adſtruitis? Quid enim opus chartis noſtris, vbi tam apertus ſcripturæ codex? Vbi tam apertè ſacra oracula?

Hunc locum D. Auguſtini truncaſti, eius antecedentia & ſubſequentia tacuiſti: non hæretica malitiâ & fraude? Quid enim D. Auguſtinus? Non eſſe opus verbo Dei non ſcripto, codice noſtro, chartis noſtris, ad eius, de quo controuertitur, ſolutionem, vbi tam euidens codex, tam apertum ſcripturæ ſanctæ teſtimonium.

Eadem de cauſa agens contra Maximinum

Digitized by Google

D. Auguſtin. tom. 6. lib. 3. contra Maxim. cap. 14.

hæreticum, hæc, quæ tu ex eo habes. *Nunc nec ego Concilium Nicenum, nec tu debes Ariminenſe Concilium tanquam præiudicaturus proferre: nec ego huius auctoritate, nec tu illius detineris, ſcripturarum auctoritatibus non quorundam proprijs, ſed vtriſque communibus teſtibus, res cum re, cauſa cũ cauſa, ratio cum ratione, certet.* An quod Concilij Niceni auctoritatem contemneret? Abſit. *In eo Concilio* (inquit) *à Patribus Catholicis veritatis auctoritate, & auctoritatis veritate fuit firmatum Chriſtum Dei filium eiuſdem eſſe ſubſtantiæ cum patre.* Quid ergo? Videt ſibi negotium cum homine hæretico eſſe, apud quem nullius auctoritatis erat Concilium Nicenum. Optat tamen eum redire ad ſaniorem mentem. Præ manibus iſtud, ad eum abunde reuincendum, habebat S. Scripturæ teſtimonium, *Ego & pater vnum ſumus.* Hoc tam euidenti oraculo eum proſtratum tunc eſſe vult, non auctoritate Concilij. Hinc, quod, ex induſtria, ſiluiſti, dicit *nunc nec ego Nicenum Concilium, nec tu debes Ariminenſe, tanquam præiudicaturus, proferre, nunc*, inquit. Nam vbi tam euidens codex, tam manifeſtum decidendæ rei oraculum diuinum, quid opus cartis noſtris?

Eodem ſpectant illa multa, quæ congeris ex eodem l. 1. de vnitate Eccleſiæ cap. 3. 6. 10. 12. 16. & 20. In iſtis enim capitibus totus in eo eſt, vt doceat, quando manifeſta ſunt ſanctæ Scripturæ teſtimonia, & quæ, nonniſi magna animi inſania aduerſarij reijcere poſſunt, non opus eſſe alio teſtimonio. Nam ſi tam euidentibus non acquieſcunt, quibus acquieſcent? Donatiſtas, qui extra Africam Eccleſiam non extendi aſſerebant, euidentiſſimis ſacræ Scripturæ locis confutat. Quod vbi fecit identidem poſtulat

ſtulat vt dogma ſuum *de Lege, de Prophetis, Pſalmis, de Euangelio, de literis Apoſtolicis*, probent, cap. 6. *Chriſtum non ſolo tactu, ſed etiam euidentiſſimis teſtimonijs Legis, Prophetarum, Pſalmorum, ſuam reſurrectionem probaſſe*, cap. 16. Quare Chriſti exemplo, eſſe quod hanc probationis viam imitetur. Ad quam, quia cogi ſe viderent Donatiſtæ *Scripturæ ſacræ obſcuris teſtimonijs, ambiguis & figuratis cauſam ſuam ſtatuebant.* Conqueritur, oſtendens *talia non rectè intelligi ac exponi poſſe, niſi prius ea, quæ apertiſſimè dicta ſunt, firma fide teneantur*. Quàm ſimiles, amabò, eſtis veſtris iſtis conſobrinis? Quid enim apertius & manifeſtius iſtis Chriſti ad confirmandam coporis ac carnis eius in Euchariſtiæ ſacramento, realem præſentiam & exhibitionem. *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum.* Eam vt negetis, non ad figurata & ambigua ſcripturæ teſtimonia confugitis? ad hæc & his ſimilia? *Ego ſum vitis vera* Ioan. 15. *Petra autem erat Chriſtus.* 1. Corinth. 10? Quibus Chriſtum, qui Matth. 26. ſine figura locutus eſt; figuratè locutum mentimini. Hæc autem per parentheſim dicta ſint. Dicimus verò cum D. Auguſtino ad confutandos hæreticos ſufficere manifeſtiſſima & euidentiſſima Scripturæ ſacræ teſtimonia. Verùm cum eodem, in obſcuris, ambiguis, figuratiuis eiuſdem ſcripturæ locis ſecundùm rei veritatem exponendis & interpretandis, *eum oportere ſequi ſenſum, eam intelligentiam, quæ erit fidei conueniens*. lib. 1. de Geneſi ad literam capitulo vigeſimo-primo. Quod vnum hîc repetit iſtis, *prius firma fide tenenda, quæ manifeſtiſſimè dicta ſunt*. Porrò manifeſtiſſimè dicta, ſenſum & intelligentiam, etiam fidei conuenientem, eius generis eſſe nemo

Digitized by Google

crediderit, niſi traditionis & verbi non ſcripti approbatione & auctoritate priùs tenuerit. Exẽpli gratia. Ante Berengarium, Caluinum, Zuinglium, nemo fuit qui iſta, *Hoc eſt corpus meum*, non manifeſtiſſimè dicta, ſine tropis & figuris fuiſſe crediderit. Cuius quæſo verbi auctoritate? Scripti? non dices. Ergo non ſcripti, nempe traditionis. Vt videas ex his diui Auguſtini, ſtatui, non tantùm ſcripto, ſed etiam non ſcripto verbo credendum.

Cap. 20. ſcribit fratres diuitis Expulonis remiſſos fuiſſe ad Moyſen & Prophetas. Quid etiam inde? Nam, vt D. Athanaſius in. 1. ad Romanos, quæ Moyſes quę, Prophetæ dixerunt, illa nobis reliquerunt, non *ſcripto* tantùm, ſed etiam *verbo & figura*. Quæ Moyſes, quæ Prophetæ, quos fratres diuitis Epulonis habebant, tulerant, ea Moyſis & Prophetarum eſſe ex traditione tenebant.

Cap. 12. ſcribit, *Catholicis Epiſcopis non eſſe conſentiendum, non, ſicuti*, vt imponis, *ſed ſicubi fortè fallerentur, vt contra Canonicas Dei ſcripturas aliquid ſentirēt.* Quidni etiam iſtud? Nam & hoc admittimus cum diuo Auguſtino, ſine tamen præiudicio traditionis Eccleſiaſticæ, ac verbi non ſcripti. Siquidem (inquit idem) *Traditiones, quæ per vniuerſam Eccleſiam ſeruantur, ab Apoſtolis tradita ſunt & commendatæ, eiſque credere oportet, etiam ſi in eorum literis non reperiantur.* Et apud eumdem, ſi nihil credendum quod ſcriptum non ſit, Polyander non credit Patrem eſſe ingenitum: *quia diuina Scriptura Patrem ingenitum non teſtatur* Tom. 2. Epiſt. 174. & 178.

D. Auguſtin. lib. 2. Baptiſm. cap. 8.

Veniamus ad D. Damaſcenum, pro te ſtare inueniemus? Minimè verò. Sed lib. 1. cap. 1. de fi-

de fide orthodoxa, ſcribit, *Deum primitùs per Prophetas, per Legem, deinde per vnigenitū filium ſuum, quantum noſtra capit infirmitas, ſuipſius cognitionem nobis induiſſe. Contra, quæ per legem, & Prophetas, Apoſtolos, Euangeliſtas tradita ſunt nos ſuſcipere, cognoſcere, venerari, nihil vltra nobis perquirendum.* Verùm quid conferunt eius iſta, vt ſtatuas ſcripturam eſſe adæquatam fidei regulam? Eorum, vt ſæpè diximus, quæ tradita ſunt, non alia ſcripta, alia non ſcripta? Imò, ex 2. Theſſalonicenſium cap. 2. *ſiue per ſermonem* (inquit) *ſiue per Epiſtolam*. Iſtud ipſum ignorabat D. Damaſcenus? *Hæc*, mi homo, nempe verba Dei ſcripta, & non ſcripta, cum eo, *amamus, in his immoramur, neq; limites ab æterna volūtate definitos tranſcēdimus, neque diuinam vllam traditionem tranſgredimur.* Vtinā non vos. Quid præterea? cum eodem, *pulſamus ad pulcherrimum, ſuauiſſimum, dulciſſimum, venuſtiſſimum hortum ſcripturarum. Pulſantes & in pulſando perſeuerantes, vt nobis aperiatur non detrahimus, Bis aut ter lectā non intelligentes, quæ legimus non improbamus, ſed perſeueramus, exercitamur, non detrahimus, interrogamus. Interrogamus patrem, vt annūciet nobis, maiores noſtros, vt dicant nobis. Non enim omnium ſcientia eſt.* Hæc. l. 4. de fide orthod. c. 18. Ex quibus, quid in nos refers? Imò iſtis poſtremis, non remittit nos cum Deo Deut. 32. ad Patrum ſcita, ad maiorum dicta? Ad eorum inquam ſcita & dicta, poſt lectam, ſed non ſatis intellectam ſcripturam?

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Poſſem plura cum Damaſceni, tum aliorum Patrum loca adferre, verùm cum pondere, non numero pugnemus, hæc abunde comprobant, veteres ſacram Scripturam*, totalem, *ſtatuiſſe fidei, ac vitæ, regulā*, 2. *non autem*, partialem, *vt impiè aſſerit Ieſuitarum Coryphæus Bellarminus*

Digitized by Google

nus lib. 4. de verbo Dei ſcripto cap. 12.

ANASTASIVS CARMELITA.

54. §. 1. Si tanta, quanta ſibi pollicetur, improba poſſet hæreſis, vbi veritatis regno locus? Deo autem gratias, qui veritati omnia vincere dedit. Hæreſis non illa maga, quæ

—— *Reluctantem curſu deducere Lunam*
Nititur, & tenebras addere ſolis equis?

Et faceret —— *Si non aëra repulſa ſonent.*

Mi homo cauſa tua, curru tuo cecidiſti, & quemadmodum hactenus, ſic ſi plura ex patribus ſimilia adferres, eodem curru atque cauſa caderes, neq; probares vnquã Orthodoxos patres, in eam hereſim lapſos, hoc impietatis dogma promouiſſe. Hæreſis ſemper ignara ea aſſumit ad ſui cõfirmationẽ & ſtabilitatẽ, quæ ipſam è ſtatiua prætẽſa deturbãt, & ex magna ſpe, fortunisq; deijciũt.

2. Neque verò Bellarminum arguere potes impietatis, quòd docuerit Scripturam ſacram eſſe *partialem* fidei *regulam*. Falſumque eſt veteres Patres voluiſſe Scripturam ſacram eſſe totalem fidei regulam. Atque cum D. Auguſtino, *dico opinione falleris, non enim audio dicere mentiris.* Quin potiùs poſt Montanum hæreſiarchã, fuerunt cæteri hæretici, qui voluerunt ſcripturam eſſe totalem fidei regulam, vt Vincentius Lyrinẽſis l. contra Nouation. hæreticorũ ſcribit. Nam, quemadmodũ D. Ireneus diſputat, *ſi nihil Apoſtoli ſcripſiſſent: nonne oportebat ordinem ſequi traditionum, quas tenuerant hi, quibus Eccleſiam committebãt?* Ante Moyſen vbi ſancta Scriptura? Ante Moyſen, amabò, nulla fides, nulla vera religio, nulla Eccleſia? Adam infidelis, Abel, Noe, Abraham reliquique Patriarchę? aut fides ſine Dei verbo? Idem argumentum ſequitur

D. Auguſtin. Epiſt. 174.

D. Iren. lib. 3. cap. 4.

Digitized by Google

quitur Tertullianus in hæreticos ſui temporis. D. Baſilius Epiſt. 61. ad Epiſcopos Occidentales, familiare eſſe hæreticis, qui innitũtur tantùm verbo Dei ſcripto traditiones reſpuere dicit, *Illis prævalẽtibus patrũ dogmata Apoſtolicæ traditiones annihilatæ ſunt, & nouorũ hominũ inuẽta ſtabilita. Neq; tamẽ nos, qui Catholici ſumus trãſgrediamur terminos quos poſuerũt patres noſtri, ſiuè ſcripto, ſiuè traditione conſtet.* D. autẽ Auguſt. multis locis. *Euangelio non crederẽ, niſi me Eccleſiæ commoueret auctoritas.* Hęc ſcilicet fuit ſẽper veterũ patrũ aſſeueratio, nõ ea, quã illis falsò adſcribis.

Tertull. lib. de Anima cap. 5. D. Au contra Epiſtol. fundam. Manich. cap. 5. & lib. 3. contra Fauſt. cap. 51. lib. 23. cap. 9. lib. 33. aduerſus eundem cap. 6.

CAPVT XIX.

Fides non tantùm verbo ſcripto, ſed etiam non ſcripto innititur.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Secundus error. 2. ex futilibus conſlatus eſt argumentis. Fides, obijcis,* ſcripturarum intelligentiam aperit, dicente Prophetâ. Niſi crediderítis non intelligetis, nec ſcriptura inſtruit, niſi per fidẽ quæ illâ eſt prior. Ergo ſacra Scriptura nõ eſt fidei adæquata regula. *Quemadmodũ fides eſt organũ ſpirituale, quo Scripturæ myſteria percipimus. ſic ratio eſt inſtrumẽtum naturale quo Dialecticã artem bene ratiocinãdi addiſcimus. Quocirca, ſi quis ita argumẽtaretur.* 3. Ratio aperit intelligẽtiam Dialecticæ; nec Dialectica poteſt aliquẽ inſtruere, niſi per rationẽ, quæ iſtâ arte eſt prior. Ergo Dialectica non eſt regula rationis adæquata, *nõne pueri in ſcholis eum certa ratione inſanire iudicarẽt?*

ANASTASIVS CARMELITA.

55. §. 1. Cum bona venia, M. Ioan. errorem nemo dixerit ſanus, rei veritatẽ. Error hęreticorum eſt dicẽtium fidem ſoli ſcripturæ inniti debere: Catholicorũ autem vera aſſertio, qui defendũt, eam

eam non tantùm ſacræ Scripturæ,ſed etiam verbo non ſcripto inniti. Iſtis ſubſcribo. Hoc dogma cum Catholicis Patribus propugno.

3. Hoc veritatis dogma non *conflatum eſt futilibus argumentis*, ſed adeò ſerijs ac ſolidis, vt ijs numquam reſponderis,ſatisfeceris,ſed cum magno nominis tui dedecore, inde receſſurus ſis.

Eſa. 7. Primùm, iſtis Scripturę ſacrę teſtimonijs ful-
62.
2. Tim. 3. citur. *Si non credideritis non intelligetis*, ait Eſaias. *Ab infantia ſacras literas noſti, quæ te inſtruere poſſunt ad ſalutē,*
Rom. 10. *per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* inquit D. Timotheo D. Paulus. In his,cùm fides præintelligatur concepta, nata ante Scripturam ſacram: fides autem concipiatur, naſcatur, à concipiente, generante & pariente verbo Dei. *Quomodo enim credent, quem non audierunt? Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Hoc autem verbum nequeat aliud eſſe, quàm non ſcriptum, quia, vt dictum eſt, in iſtis teſtimonijs præintelligatur fides ante ſacram Scripturam; quis non videt neceſſarium eſſe, vt fides non tantùm ſcripto, ſed etiam verbo non ſcripto innitatur? En quàm futile argumentum, Domine Miniſter, cui tu numquam ſatisfacies.

3. Verumtamen refutare paras argumento à ſimili. Quo in loco nolim multa adferre,quibus poſſem demõſtrare ſimilitudinem fidei cum ratione in multis claudicare, parem non eſſe fidei cum ratione cauſam, ſed ne longiùs excurram, hanc comparationem fidei cum ratione admittam. Totum argumentum. Neque tamen pueri in ſcholis me inſanire dicent, ſi eo, quo ſtatuiſti modo ratiocinatus fuero. Per tranſennam velim te monitum, fidem duo ſignificata habere. Vnum materiale: alterum formale. Materiale

Digitized by Google

teriale eſſe id quod creditur. Formale ipſum credere. Ea de cauſa fieri, vt fides aliquando ſumatur pro eo quod creditur, nonnunquam pro ipſa credentia: neque verò abs re hanc ſignificatorum fidei diſtinctionem poſuero. Siquidem niſi hanc noueris, eſt quod puerorum, ac infantium more in hac materia balbutias; neſcias quomodo ſit regula immutabilis veritatis, ſtylus & fundamentum Chriſtianiſmi, quomodo cognitionis ac intelligentiæ inſtrumentum ac principium. Quibus poſitis, venio ad tuum argumentum, quod quidem tantum abeſt vt reijciam, vt maximè probem & amplectar. Quid ita? Quoniam ratio non modò ſit Dialecticâ prior, ſed etiam ad plura longè ſe extendat. Quin inter Dialecticos diſputatur, an ratio ſit ſubiectum Dialecticæ, an argumẽtatio, ſeu ratiocinatio. Nec inter Dialecticos inſanit, qui negat Dialecticam eſſe adæquatam regulam rationis, niſi verò omnes illi in vnum Polyandri caput coaluerint, delirij deſiderio. Peritum Dialecticæ, ſi quiſquam aliquãdo exſtitit, D. Auguſtinum audiamus. *Aliud in nobis* (inquit) *ratio, aliud intellectus. Rationem habemus antequam intelligamus. Intelligere tamen non poſſumus, niſi rationem habeamus. Homo animal rationale, inſitam habet à natura rationem, & antequam intelligat, iam habet inſitam rationem. Nam ideo vult intelligere, quia in eo præcedit ratio.* Vt ratio ſit prior ipsâ intelligentiâ, aperiatque non ad vnam tantùm Dialecticam, ſed ad omnes artes intelligentiam; verſetur non circa vnam tantùm ſcientiam, ſed quaſuis ſcientias. *Ratio* (ait idem D. Auguſtinus) *eſt mentis motio, ea, quæ diſcutiuntur potens diſtinguendi & connectendi; qua ad Deum intelligendum, vel ipſam, quæ*

D. Auguſtin. ſerm. 29. de verbis Apoſt.

Idem tom. 1. lib. 2. contra Academici. cap. 11.

aut

aut in nobis eſt, aut vſquequaque eſt, animam, vt muar. rariſſimum omninò genus hominum. Cùm igitur ratio ſit prior Dialectica, & ad plura ſe extẽdat, verſetur non ſolùm in diſtinguẽdis & connectendis his, de quibus diſputatur, quod proprie Dialecticorum eſt, ſed etiam in cognoſcendo Deum, animam; in rerum omnium indagatione, quomodo Dialectica poteſt eſſe regula adæquata rationis? Quid quod, id quod non inſtruit, niſi per tertium quoddam, non tam huic tertio regula eſt (tantùm abeſt vt adæquata) quàm tertium hoc ipſi? At Dialectica non inſtruit, niſi per rationem. Non poteſt igitur Dialectica eſſe regula adæquata rationis, vt idem de fide colligamus. Quoniam enim, prior Scriptura ſacra, ad plura ſe extendat, denique nec niſi per eam inſtruat, fieri nequit, vt ſacra Scriptura ſit eius adæquatà regula. Et rideant pueri in ſcholis, inſanire me dicant, non viri, non valdè docti ridebunt, dicent.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Non libet Dictum Prophetæ Eſaiæ prolixa diſputatione excutere, ſed tantùm te docere, tam ex veſtrorum, quàm ex noſtrorum interpretum verſione, Prophetam loco à te citato, non agere de animi intelligentia, ſed de huius confirmatione per veram fidem, cùm ait,* niſi credideritis non confirmabimini, *aut (vt vetus habet tranſlatio)* non permanebitis.

ANASTASIVS CARMELITA.

56. §. 1. Non docebit me Miniſter Caluiniſta, qui in ſingulis delirat. Nam locus iſte Eſaiæ cap.

7. &

Digitized by Google

7. & de animi intelligentia per fidem, & de confirmatione & perſeuerantia in intelligentia per eamdem fidem intelligitur. De intelligentia quidem, *Sunt quidam* (inquit D. Auguſtinus ex Eſaiæ verbis) *qui non credunt & ideo non intelligunt, fides debet præcedere intellectum. Fides præmium eſt intellectus, quod ergo ſimpliciter prædicatur credendum, quod ſubtiliter diſputatur intelligendum.* Et alibi. *Fides eſt credere, quod non vides, cuius fidei merces eſt videre quod credis. Dicit homo, intelligam vt credam. Reſpondeo. Crede vt intelligas. Iudex Propheta. Eſa. 7. ſi non credideritis, non intelligetis.* D. Auguſtin. tract. 27. in Ioann. & ſerm. 51. de verb. Domini in Ioan. Idem D. Auguſt. ſerm. 29. de verbis Apoſt.

D. Cyrillus Alexandrinus. *Opus eſt, vt qui volunt rectè ſcripturas intelligere, parati ſint ad fidem.* Niſi enim credideritis, *ait quidam propheta*, non intelligetis. D. Cyrill. Alexand. lib. 10. Theſaur. cap. 1.

Alios patres in eamdem ſententiam poſſem adferre, ſed longum nimis ac tædioſum foret. Agi etiam de confirmatione & perſeuerantia in eadem intelligentia, non negauerim. Nam vt in ea confirmeris & perſeueres, quidni verò opus fide fuerit? Conſpirat D. Auguſtinus *Intellige verbum meum vt credas. crede vt verbum Dei intelligas. Aliqua ex parte verum quod quis dicit. Intelligam vt credam, & ego qui dico ſicut dicit Propheta, crede vt intelligas. Nam fides quæ germinauit, irriganda eſt nutriēda eſt, roborāda eſt.* D. Auguſtin. ſerm. 29. de verbis Apoſtoli ſub finē. Fides acquiritur audiendo verbum Dei, quod in Eccleſia docetur, vt credendo, peramplius intelligere valeam verbum Dei, & vt in eadem fide permanendo, in eadem permaneam ac confirmer intelligentia. Experti ſumus valdè doctos viros, vbi à fide receſſiſſent, in ſummam non impietatem tantùm, ſed etiam ignorantiam lapſos. Quod nos, eorum ſcriptis luculenter & abunde

Digitized by Google

abunde obſeruauimus. Fides ergo non ſolùm cauſa intelligentiæ, ſed etiam permanentiæ ac confirmationis in ea. D. Petrus cœpit mergi.
Matth. 14. Quando? vbi dubitauit. Quare Chriſtus, *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* Cur multi non permanſerunt in intelligentia diuinorum, niſi quia à fide receſſerunt? Merces fidei, intelligentia eſt. Merces permanentis fidei eſt in eadem intelligẽtia, permanentia & confirmatio, aut amplioris acquiſitio intelligentiæ. Permaneat ergo in fide, qui in rerum diuinarum intelligentia confirmari & permanere deſiderat. *Si non credideritis, non cõfirmabimini, non permanebitis*, ſubaudi, in intelligentia diuinorum. Quo enim principio intellexi, eodem in intelligentia permanere debeo ac confirmari.

POLYANDER CALVINISTA.

Rom. 1. Abac. 2. Luc. 18. v. 42. 1. *At* iuſtus (*inquit*) non viuit ſcripturâ, ſed fide: nec exercitatio ſcripturarũ, ſed fides ſaluũ facit. Luc. 18. 2. *Si de piâ ſacram ſcripturam legendi ac ruminandi exercitatione loquereris, ex Pſal. 1. & Ioan. 5. demonſtrarem iuſtum huiuſmodi exercitationi deditum eſſe beatum, ac primitias guſtare vitæ æternæ. Sed quoniam cum*
Tertull. lib. præſcript. 14. *nonnullis patribus per exercitationem intelligis, curioſitatem, quæ vanam ſcientiæ gloriolã aucupatur, Antecedens tui Enthymematis concedo, at nego conſequentiam, atque vt videas, quàm vitioſè & ridiculè hæc ex tuo antecedente inferatur, ſimile Enthymema ſubijciam.* Homo non viuit Dialecticæ exercitatione, ſed animâ ratione vtente; ergo Dialectica non eſt animæ ratione vtentis regula adæquata.

ANASTASIVS CARMELITA.

57. §. 1. Hic ſecundum argumentum fundatum in verbis D. Pauli & Prophetæ, Tertulliani eſt, atque tantæ ſoliditatis vt numquã infringere valeas.

Digitized by Google

leas. Et dũ ad illud iā properas, tuæ nobis ſtultitiæ ac imperitię argumentum præbes. Non enim vitioſe, non ridicule illata eſt conſequentia, atque vt ipſe videas ac notes tuam imperitiam, reducam Enthymema Tertullianicum, imò & meum ad perfectum ſyllogiſmũ. In omni enim Enthymemate propoſitio reticetur, ſeu maior, ſeu minor, quæ rationem ac cauſam eductæ conſequentiæ complectitur. Itaque ſic ſtatuo.

Illud ſine quo iuſtus viuit non eſt adæquata regula eius, per quod viuit. At iuſtus ſine ſcriptura, ſine eius exercitatione viuit. Igitur ſcriptura, & eius exercitatio, non ſunt adæquata regula eius, per quod iuſtus viuit. Fides autem eſt id, per quod iuſtus viuit: fides eſt id, per quod homo ſaluatur. Igitur Scriptura ſacra non eſt fidei adæquata regula, non etiam eius exercitatio.

Idem in Enthymemate, quod propoſuiſti.

Illa ars ſine qua homo viuit, non eſt regula adæquata eius, per quod viuit. At homo ſine Dialectica arte viuit. Igitur Dialectica non eſt regula adæquata eius, per quod homo viuit. At illud per quod viuit homo, eſt anima ratione vtens; igitur Dialectica, non eſt anima ratione vtentis adæquata regula.

Non vitioſè, non ridiculè, mi homo, Tertullianus, non ego poſt eum hanc conſequentiam intuli. Et ſi ſapis, deſine

Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

2. Quoniam autem dictam exercitationem pro curioſitate à Tertulliano ſumptam fuiſſe abundè reſciebas, quid opus iſta vana tua oſtentatione, qua ſcribis poſſe te demonſtrare, *piam exercitationem*

nem ſcripturarum hominem beatum reddere? Verumtamen dico, quod licet exercitationem, de qua hic agimus, pro pia & deuota accepiſſem, fruſtrà te facturum fuiſſe, quòd obtendiſſes. Nam & ad hanc præuia fides requiritur, *ſine qua impoſsibile eſt placere Deo*. Hinc dictum, vt D. Chryſoſtomus meditatur, Ioannis quinto à Chriſto Domino noſtro. *Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam habere*. Hoc enim (ait) dictum Scribis & Phariſæis, *demonſtrat nihil eos ſola lectione proficere, niſi fides accedat.*

Heb. 11. D. Chryſoſt. homil. 40. in Ioann.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Atqui* fides, *obſtrepis*, eſt regula immutabilis veritatis, à Chriſto poſita, quæ nullas apud ſe habet quæſtiones, niſi quas hæreſes inſerunt, & quæ hæreticos faciunt. *Ergo ſacra Scriptura non eſt fidei adæquata regula.* 2. *Præterquam quòd iſta fidei definitio etiam ſacræ Scripturæ conueniat, atque eadem ratione ex eâ concludi poſſet, fidem non eſſe ſacræ Scripturæ regulam adæquatam falſa quoque eſt argumentationis tuæ conſequentia. Nam ſubalterna, vt monent Logici, non pugnant. Scriptura autem & fides ſunt regulæ ſubalternæ; illa externa, hæc interna.* 3. *Illa omnibus fidem Chriſtianam profitentibus communis.* 4. *hæc Dei electis propria.* 5. *Illa per ſe, hæc propter illam, id eſt quatenus, cum illa congruit, eſt certa dogmatum Eccleſiaſticorum amuſsis, quâ vera à falſis dijudicemus*, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

58. §. 1. Tertium hoc D. Irenæi eſt lib. 1. contra Valent. cap. 1. Tertulliani cap. 4. lib. præſcriptionum, fateor poſt illos, meum. Neque falſa eſt eius conſequentia. In eam incurris ſubalter-

alternorum conditione, & tot fermè mendacijs, quot verbis. *Subalterna, aiƨ, non pugnant.* Quid iſta obiectione inanius? Nam, quid etiam inde? An quod quidquid conuenit vni non pugnantium, debeat & alteri conuenire? Aut quod vnum ſubalternorum non altero ſit vniuerſalius? Eſto verò fides & Scriptura ſint ſubalterna. At fides latiùs ſe extēdit quàm ſacra Scriptura. Vt verum ſemper ſit, hanc non eſſe regulam illius adæquatam. Quoniam fides eſt totalis, generalis cōplectens omnia credēda, tam ſcripta, quàm nō ſcripta, immutabilis regula veritatis. Scriptura autem particularis, partialis regula, partem continens eorum quę credi debent. Hæc autem hoc modo 2. immutabilis veritatis regula dici poteſt, ſi eius naturam cōſideremus, ſi ex ſe & ex natura ſua conſideretur; non autem ſi ex ratione noſtri penſitetur, expendatur. Quandoquidem noſtri conſideratione velut Lesbya ſit regula. Chriſtiani, ad quos eius poſſeſſio ſpectat, vno modo; hæretici, ad quos non ſpectat, altero exponant & interpretentur. D. Petrus *In Epiſtolis D. Pauli, Quædam ſunt difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauant ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem*. Et vnde natæ hæreſes? nonne ex malè & perperam intellecta ſcriptura? *Ipſæ Scripturæ ſic ex Dei voluntate ſunt diſpoſitæ, vt hæreticis materias ſubminiſtrarent, cùm legam* (inquit Tertullianus) *oportet hæreſes eſſe, quæ ſine ſcripturis eſſe non poſſent, ſi non & perperam ſcripturæ intelligerentur*. Hinc factum vt D. Ireneus loco nunc citato, non Scripturam, ſed fidem regulam immutabilem veritatis diceret. Diuus Athanaſius *ſtylum*. Diuus Chryſoſtomus *fundamentum Chriſtianiſmi*.

2. Pet. 3. Tertull. lib. præſcript. D. Athanaſius contra Arian. D. Chryſoſt. homil. 9. in Epiſt. ad Hebr.

Digitized by Google

D. autem Auguſtinus lib. 1. de Geneſi ad literam cap. 21. *Eum ſenſum ſcripturæ atque doctrinæ tenendum, qui ſit conueniens intelligentiæ fidei*. Et lib. imperfecto de Geneſi ad literam cap. 1. *Quoniam multi* (inquit) *ad ſuam ſententiam, quæ præter fidem eſt Catholica diſciplina expoſitionem ſcripturarum diuinarum trahere conſueuerunt, ante tractationem huius libri Catholica fides interpretanda eſt*. Et Pſalmi 47. verſum hunc interpretatus, Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, *Poteſt alius melius*, ait, *Quia ſic ſe habet obſcuritas ſcripturarum, difficile eſt, vt vnum pariant intellectum. Quicumque tamen intellectus exierit, opus eſt vt regula fidei congruat, nec maioribus inuidemus, nec de paruulis deſperamus*. Quibus ita conſtitutis, conſtat ſacram Scripturam non eſſe adæquatam fidei regulam, nec colligi de iſta poſſe, quod de fide concluditur.

Tertull. cap. 37. præſcipt. D. Augu. Epiſt. 3. ad Voluſian. 3. *Sacra Scriptura omnibus fidem Chriſtianam profitentibus eſt communis*, inquis. Non igitur vobis. Nam, vt Tertullianus, *Hæretici, quia Chriſtiani non ſunt, ſacra Scriptura illis aliena eſt*. Non illis, qui *fide, ſpe & charitate florent ac vigent*, vt ſcribit D. Auguſtin. l. 1. de doctrina Chriſtiana c. 37. & 40. Tom. 3. *Neque ad enodationem diuinarum ſcripturarũ perueniri poteſt, niſi ab eo, qui fidem tenuerit*, inquit idem D. Auguſtinus.

Tertull. lib. de pallio cap. 3. D. Auguſtin. lib. 1. de moribus Eccleſ. Cathol. c. 1. tom. 1. 2. Scriptura autem ſacra ſic omnibus fidem Chriſtianam profitentibus communis eſt, vt tamen eius *arcana noſſe, non ſit omnium*. Sic omnibus communis, vt eius *expoſitio & interpretatio non ſit omnium, ſed à pijs doctis petenda; quoniam multa ab indoctis ſpernuntur, quæ à doctioribus expoſita, eò laudanda videantur elatiùs. & accipiantur aperta dulciùs, quò clauſa difficiliùs aperiebantur*. Imò nec petenda, *ab Antiſtitibus & Epiſcopis, qui aut timentes myſteria nudare, aut*

forte

fortè ſimplici fide contenti, altiora cognoſcere non curarint. Ne fortè ita deſperet quis veritatis ſcientiam ibi eſſe, vbi neque omnes à quibus quæritur docere poſſunt, neque omnes qui quærunt diſcere digni ſunt.

4. Quis negat porrò *fidem propriam eſſe electis?* Non etiam reprobis? Quin potiùs, *Dæmones credunt & contremiſcunt*. Mendacium igitur eſt. Aut fortè, nulli futuri ſunt reprobi eorum, qui Chriſtianam profeſſi fuerint? At aliud mendacium. Chriſtus enim Rex ac Iudex miſſurus eſt eos, qui miſericordes non exſtiterint, in ignem æternum. Matth. 25. *Non quia non crediderunt*, ſcribit D. Auguſtinus. Et quinque virgines fatuas non introducet ad nuptias, quæ licet Lampades, id eſt, fidem haberent, non tamen oleum, hoc eſt, charitatis opera.

De Iac. cob. Matth. 25. D. Auguſtin. lib. de fide & operibus cap. 15. D. Ambroſius in 1. ad Roman. D. Chryſoſt. in 3. caput ad Galath. Tertull. cap. 9. præſcript. D. Auguſtin. lib. 1. Soliloquiorum cap. 1.

5. Scripturam per ſe, fidem propter illam, aliud mendacium. *Fides enim prior lege, fides prior ſcripturâ*, vt docent. D. D. Chryſoſtomus & Ambroſius. *Fides non atramento, non caracteri inſeruit*, inquit Tertullianus. Contrà ſcriptura tantùm per accidens data. Nempe. 1. ad verbi non ſcripti confirmationem. 2. memoriæ ſubſidium, perfidiæ, ac incredulitatis confutationem, vt D. Auguſtinus, D. Athanaſius, Magiſter Sententiarum, D. Thomas Lect. 2 in Epiſtolam ad Roman.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Nicephorus lib. 2. cap. 46. ait libros Canonicos ſacræ Scripturæ*, in omnibus ijs, quæ ſub cælo ſunt Eccleſijs, auctoritatem ſacroſanctam & irrefragabilem obtinuiſſe, & tanquam principia & elementa pietatis noſtræ ſempiterna permanſiſſe. *Et Thomas, 22. quæſt. 1. art. 5*: Rationes, quæ à ſanctis adducuntur ad probandum ea, quæ ſunt fidei,

 pro-

procedere ex principijs fidei, *& auctoritatibus ſacra Scriptura. Ac Lyranus, præfatione ad Thobiam*. Sicut in ſcripturis Philoſophicis veritas cognoſcitur per reductionem ad prima principia per ſe nota: ſic in ſcripturis à Catholicis doctoribus traditis veritatem cognoſci, quantum ad ea, quæ ſunt fide tenenda, per reductionem ad ſacras Scripturas ſcripturæ Canonicæ. *Necnon Bellarminus de verbo Dei cap.* 2. Scripturam ſacram eſſe regulam credendi certiſſimam & tutiſſimam.

ANASTASIVS CARMELITA.

59. §. 1. Superuacanea ſunt quæ huc adducis. Nam concedimus quæ Nicephorus ſcribit, admittimus quæ D. Thomas 22. quæſt. 1. art. 5. ad 2. Denique, quæ Lyranus, quæ tandem Bellarminus, nempe ſacram Scripturam ſacroſanctam & irrefragabilem obtinuiſſe auctoritatē, in omnibus, quæ ſub cælo ſunt Eccleſijs Chriſtianis, ſed non minùs irrefragabilem & ſacroſanctam obtinuiſſe verbum non ſcriptum, imò huius auctoritate factum, vt ſcriptura, hanc apud omnes, quæ ſub cælo ſunt Eccleſias obtinuerit auctoritatem, quæ in Scripturâ ſacrâ ſunt & continennentur, eſſe principia & elementa pietatis; fidei principia, ex quibus, ſicut ex principijs naturalibus apud omnes, ſic apud fideles aliquid probatur. Ad ea reducenda tamquam ad prima principia, quæ à ſanctis dicuntur, ſcribuntur & adferuntur ad probandum ea quæ ſunt fidei; verùm non quia ſcripta, ſed quia à Deo reuelata, & ex reuelatione diuina habita, cui falſum ſubeſſe nequit. Eorum expoſitionē eſſe neceſſariā Eccleſię, iuxta iſtud Eccl. 24. *Qui elucidāt me vitā æternā habebunt.* Verba tamē Dei non ſcripta, eſſe etiā princi-

pia

pia fidei & pietatis,& ad ea velut ad prima etiam fidei ac pietatis principia,quæ à ſanctis adducuntur ad probandum ea, quæ ſunt fidei & pietatis, eſſe reducenda.Ex his apud fideles,ſicut ex principijs naturalibus apud omnes, aliquid probari. Quid inde refers? Fatemur ſcripturam eſſe (ex ſe & ſecundùm ſuam) cōſideratam naturam regulam credendi certiſſimam & tutiſſimam; partialem tamē, cum eodem Bellarmino. Verum verbum non ſcriptum non minùs certiſſimam & tutiſſimam,imò,quoad nos,illâ certiorem, ac tutiorem credendi regulam. Quid iſtinc reportas?

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tertio errore aut miſerè falleris, aut alios vis fallere malitiosè. Diuerſas enim Thomæ Aquinatis ſententias in vnam confundis. Nam primo loco de ſacra doctrina diſputans, ipſam non (vt fingis)* inniti, *ſed, vti aſſerit,* auctoritatibus Philoſophorum, quaſi extraneis argumentis & probabilibus. *Auctoritatibus autem Canonicæ ſcripturæ propriè ex neceßitate argumentando: auctoritatibus autem aliorum doctorum*, quaſi arguendo ex proprijs, ſed probabiliter. *Poſtea verò de noſtræ fidei fulcro diſſerens, eam* inniti, *ait*, reuelationi Apoſtolis & Prophetis factæ, qui Canonicos libros ſcripſerunt, non autem reuelationi, ſi qua fuit alijs doctoribus facta. *Nec ad Rhombum reſpondes, quum oſtendis Auguſtinum* Patrum orthodoxorum auctoritatem non reieciſſe, ſed ijs & miraculis, quæ in alijs,quàm Canonicis libris facta fuiſſe recitantur, ſecundum locum aſſignaſſe. *Nulla ſiquidem hac de re inter nos fuit contentio, ſed num Patrum ſcripta (quemadmodum ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum) ſint norma fidei Chriſtianæ, & auctoritatem habeant obligandi: quod pernegamus.*

ANASTASIVS CARMELITA.

60. §. 1. Egone tibi, tu qui mihi vapulare debueras? Non fallor, tantùm abeſt vt miſerè, non fallo, tantùm abeſt vt malitioſè. Quid immeritò obſtrigillas? Non negaueras *Patrum ſcripta regulam eſſe fidei Chriſtianæ?* Nō negaueras *habere obligādi autoritatem?* Illud vt probares, non in medium adduxeras D. Thomæ Aquinatis dictum, quo vult *fidem noſtram inniti quidem reuelationi factæ Apoſtolis, Prophetis, qui Canonicos libros ſcripſerunt, non autem reuelationi factæ, ſi qua fuit, alijs doctoribus?* Non diui Auguſtini ſententiam, quam ibi recitat, ad idem inſtitutum allegaueras? Quid ego adhæc? Te ex induſtria hæreticis ſolemni, ſilentio præterijſſe ſolutionem adhibitam ei rationi, quam ſibi obducit. Quænam verò eius ſolutio? Fidem quidem inniti reuelationi factæ Apoſtolis & Prophetis, qui Canonicos libros ſcripſerunt, tanquam *proprijs & neceſſarijs*: non inniti autem reuelationi factæ alijs doctoribus, tāquam proprijs & neceſſarijs: inniti tamen *tanquam proprijs, probabilibus: iſtis arguendo, illis argumentando.* Hanc diſtinctioni & ſolutioni D. Thomam attemperare diui Auguſtini ſentētiam. Innititur enim fides primò & per ſe, propriè & neceſſariò reuelationi factæ Apoſtolis & Prophetis; ſecundariò autem & per accidēs, propriè & probabiliter, reuelationi factæ alijs doctoribus. Quid verò nomine reuelationis factæ Apoſtolis & Prophetis intelligimus? Nōne ea, quæ eis diuinitùs reuelata ſunt? Nōne ea, quæ Deo dictante ſcripſerūt? Quid etiam nomine reuelationis factæ alijs doctoribus? Non etiā ea quæ eo reuelante dixerunt, eodē dictante ſcripſerūt?

D. Thomas 1. quæſt. 1. art. 8.

Ve-

Verùm, quoniam quæ iſtis ſunt reuelata, & quæ ab eis, Deo dictante, ſcripta ſunt, non aliena ſunt ab ijs, quæ Apoſtolis & Prophetis reuelata ſunt, non aliena ab ijs, quæ ſcripſerunt. Quis non videt fidem etiam inniti reuelationi ipſis factę, eorundem ſcriptis? Rurſum, quia quæ ipſis reuelata fuere, quæ ipſi ſcripſerunt, pendent ab ijs, quæ Apoſtolis & Prophetis reuelata ſunt, ab ijs, quæ Apoſtoli, & Prophetæ ſcripſerunt: quis non colligit fidem inniti ijs quæ Apoſtolis & Prophetis reuelata ſunt, ijs quę in libris Canonicis ſcripta reperiuntur, tanquam primis, proprijs & neceſſarijs, ijs autem quæ alijs doctoribus reuelata ſunt, ijs quę ipſi ſcripſerunt, tanquam ſecundarijs probabilibus, proprijs tamen? Num ijs non innitimur, quæ ad rem probandam aſſumimus? Quod ſi non vt æquè primis & neceſſarijs, ſaltim vt ſecundarijs & minus neceſſarijs? Præſertim ſi hæc ad illa reduci poſſunt, præſertim ſi hæc ab illis hauſta & deducta? Cuius generis sūt ſanctorum Patrum dicta, quæ ad probāda ea, quæ ſunt fidei, induxerūt? Quæ ſi ſuperiore libro, non tam exactè delibauimus, fuerunt tamen ſubintelligenda, vt ſolent intelligenti pauca ſufficere. Ad Rhombum ergo reſponderam. Quid etiam ad iſtud, quod secūdò negaueras, Patrum ſcilicet ſcripta habere auctoritatem obligandi? Nonne reſpondi obligare, inquantum ſunt *fidei Chriſtianæ conformia & communi ſenſui Eccleſiæ*? vide pag. 32.

2. At pernegatis *Patrum ſcripta eſſe fidei Chriſtianæ normam, obligandi habere auctoritatem*. Admitto. Sed non fronte pluſquam meretricia? Non negat ſcriptura, quæ beatos fore pollicetur eos, qui *ſe elucidant* Eccleſiaſtici. 24. quæ *doctos velut ſplendorem*

Deuter. 12. *rem firmamenti, & eos, qui ad iuſtitiam erudierint multos, quaſi ſtellas in perpetuas æternitates fulſuros* prædicat. Non D. Paulus, qui *Doctores, Paſtores*, qui *interpretes* à Deo venire, ab eodem inſtitutos narrat. Non Chriſtus, qui iubet, *quæ dicunt facere*, qui dicit, *Qui vos audit, me audit*. Aut Chriſti Eccleſia in Apoſtolis ſui initium, in alijs autem patribus progreſſus ſuos habere non debuit?

1. Cor. 12. Matth. 23. Luc. 10. Prouerb. 15. Eccl. 39. Hierm. 6. Deuter. 32. Iob 30. D. Greg. lib. 20 Moraliū, cap. 7.

Pernegatis, vt in eius claſſem reponamini, de quo ſcriptura. *Stultus diſciplinam patris ſui deridet.*

Admitto, *pernegatis*, quamquam ſcriptum ſit. *Sapientiam Antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetiis vacabit*. Rurſus, *Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea*. Denique, *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.*

Pernegatis ſpurij, *tempore iuniores, quorum* Chriſtus verus Iob noſter, *patres* Lutherum, Caluinum, Zuinglium & ſimiles Hæreſiarchas, *non dignabatur ponere, cum canibus*, D. Paulo, D. Auguſtino, ſanctis Doctoribus *gregis ſui*, id eſt Eccleſiæ ſuæ.

Pernegatis, quia iam olim impia dogmata veſtra condemnarunt. Verùm & iſtud vnum valde æquum, ſi quando illos, allucinari putatis vobis fauere, quanto ſtudio, quantâ celeritate eorum teſtimonia & auctoritatem nobis opponitis? Quoties autem ab illis reuincimini, an non toties *pernegatis* eorum ſcripta, normam fidei eſſe, auctoritatem obligandi habere? Quis ſanus hoc probet?

Pernegatis, ne ſcilicet lato vngue à Pelagianis, eorum nepotes recedatis. Iſti enim inter cæteros ſuos errores, adſtruebant infantes naſci ſine pec-

Digitized by Google

peccato originali. Hoc impietatis dogma propugnatis. Non eſtis eorum nepotes? Iſtis D. Auguſtinus non ſcripturam modò, ſed etiam ſanctorum Patrum, verbi gratia D. Irenæi, D. Cypriani, Reticij, Olimpij, D D. Hilarij, Ambroſij, Gregorij, Innocentij, Ioannis Chryſoſtomi, Baſilij, Hieronymi auctoritatem opponebat. Quid illi? Quid vos? Flocci paruique faciebant, reijciebant. Flocci paruique facitis, reijcitis? Et non eorum nepotes eſtis? Quis tam manifeſta negete? D. Auguſtin. tom. 7. lib. 2. contra Iulian. Pelag.

Inſignis eſt impudentia tua, qua negas inter nos contentionem fuiſſe, an D. Auguſtinus *reiecerit Patrum orthodoxorum auctoritatem, an eis ſecundum locum tribuerit.*

Quo inſtituto igitur ſic loquentem Epiſtola ad D. Hieronymum introduxiſti? *Solis ſcripturarum libris, qui Canonici appellantur, hunc honorem deferre didici, vt nullum auctorem eorum in ſcribendo erraſſe firmiſſimè credam: alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinaque polleant, non ideo verum putem quod ipſi ſenſerint vel ſcripſerint.* Nonne vt probares hac eius ſententiâ ſcripta Patrum regulam non eſſe fidei, nullam auctoritatem obligandi habere? Doceres diuum Auguſtinum in tuam ſententiam deſcēdere, & quemadmodum auctoritatem Patrum reijcis, non primum, non ſecundum ei locum attribuis, ſic eum illam reijcere, non primum, non ſecundum locum illi dare? Non eodem fine diui Thomæ Aquinatis ſolutionem & diſtinctionem, quam eius ſententiæ attemperat, tacueras? Frontem habes? Quæ cùm ita eſſent; non meum fuit ex alijs eius teſtimonijs oſtendere, quanto in pretio Patres habuerit? quanta apud eum illorum eſſet aucto- D. Augu. Epiſt. ad D. Hier. Tom. 2.

Digitized by Google

auctoritas? Rurſus audi eumdem & ne frontem rugis inarare velis. *Obnoxios naſci homines origini vitiata, quæ trahitur ex primo homine, & ideo ire in damnationem, niſi renaſcantur in Chriſto, probauimus auctoritate Catholicorum ſanctorum, qui & hoc aſſerunt, quod de originali peccato dicimus, & illa eſſe vera omnia confitentur. Ac per hoc, non eſt conſequens vt hoc falſum ſit, quia vera ſunt illa. Tales quippe & tanti viri ſecundùm Catholicam fidem, quæ vbique toto orbe diffunditur, vt & hoc & illa vera eſſe confirmant, vt veſtra fragilis & quaſi argutula nouitas ſola auctoritate conteratur illorum præter quam quod ea dicunt, vt ſe per eos loqui veritas ipſa teſtetur. Sed nunc auctoritate primitùs eorum, veſtra eſt contumacia comprimenda, vt à præſumptionis impetu repercuſſi & quoddammodo ſauciati, auſus præcipites refrenetis, & tanquam ex furore reſipiſcentes, incipiatis, in qua nutriti eſtis, recolere, aduertere & reſumere veritatem.* Quid cenſes? Non amplectitur, quam pernegatis Patrum in rebus fidei decidendis auctoritatem? Et nulla fuit inter me & te de re hac, contentio? Bona fide lector, non opus huic Miniſtro latebris: audet in publicum prodire?

Idem lib. 2. contra Iulian. Pelag.

3. Eadem fronte mihi affingit, quod dixerim D. Thomam. 1. quæſt. 1. art. 8. aſſerere *ſacram Doctrinam inniti auctoritatibus Philoſophorum*, &c. cùm tamen ne verbum quidem iſtiuſmodi attigerim. Imò ſiluerim quæ de Philoſophorum ſentiat auctoritate, in materia ſacrę Doctrinę. Neque enim neceſſum erat, nec ad rem faciebat, quando nec Polyander vllam de ea mentionem feciſſet.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XX.

Quàm impudenter Caluiniſta Miniſter mentiri, agereque ſoleat. Eccleſia ſententiam tulit in hæreſes eo tempore, quo natæ. Indefinita propoſitio ſumi contingit pro particulari. D. Hieronymus credidit realem Chriſti deſcenſum ad inferos. Meritò Miniſtris hæreticus exprobratur quæſtus ac inſanum lucrum.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *O Scientia, ô conſcientia, quàm procul ab huius Monachi præcordijs exulatis? Quam impudenter Caluino ac mihi contrarias affingit enuntiationes, & quàm imperitè eas vocat contradictorias. Vtraque ſiquidem enunciatio eſt vniuerſalis, atque à ſenſu noſtro alieniſſima.* 2. *Etſi enim Caluinus neminem patrum eſſe indicet, qui non in ſuis ſcriptis deſcenſum Chriſti ad inferos commemoret, idem tamen ibidem mecum affirmat, quoſdam ſcriptores vetuſtiſſimos (in quibus Ireneum ac Tertullianum annumeraui) in fidei ſuæ confeßione hunc articulum omiſiſſe,* &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

61. §. 1. Si tui non commiſererer, reciprocâ hac te exclamatione impeterem. O, ô titubat hîc Miniſter Caluiniſta, & vino proſtitutionis parentis ſui Caluini ebrius, niſi fortibus fulcris ſuſtentetur, funibus ligetur, cadens domum totam euertet. Bonâ fide, non tibi ſenſus, non mens perijt?

perijt? Fateris Caluini propoſitionem, & tuam enunciationem, vniuerſales eſſe.

Et certè Caluini eſt iſta, *nullus eſt patrum, qui non mentionem faciat de Chriſti ad inferos deſcenſu*. lib. 2. Inſtit. c. 16. 7. 8 Hęc vero tua *omnes vetuſtiſsimi Patres hunc articulū de Chriſti ad inferos deſcenſu omiſerūt, & tacuerunt.* Vniuerſalis negatiua, & vniuerſalis affirmatiua, de re eadē, non ſunt cōtrariç enūciationes?

Rurſus iſtę. *Nullus eſt veterum patrum, qui non faciat mentionē de Chriſti ad inferos deſcenſu. Quidam ſcriptores vetuſtiſsimi, in quibus Ireneus & Tertullianus, qui fidei Articulos recēſent, nullā huius Chriſti ad inferos deſcēſus mētionē faciūt.* Prior propoſitio nōne Caluini eſt? Poſterior, nōne tua? Enūciatio vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua de re eadem, eadē ratione, nō ſunt cōtradictoriç? Inſurgis ac dicis nō eſſe cōtradictorias, quoniā nō κατὰ τὸ αὐτὸ, ſed ſecundùm partes diuerſas, contra 2. cōtradictionis conditionē opponūtur. In priore enim Caluinus affirmat omnes Patres deſcenſum Chriſti ad inferos, *in cæteris ſuis ſcriptis*, commemoraſſe. In poſteriore negatis quoſdam Patres articulum de deſcenſu Chriſti ad inferos *in Symbolis ſuis* priſcæ Eccleſię exhibitis recēſuiſſe. p. 174. At bonę vir

Non auis vtiliter viſcatis effugit alis
Non bene de laxis caſsibus exit Aper.

Hoc effugium quippe, quod tibi paras, duobus atque inſignibus mendacijs coniunctum eſt. Primò enim, Caluinus non vtitur iſtā parte diſtinctionis à te excogitatę, *in cæteris ſuis ſcriptis*, nō iſta, *in ſymbolis ſuis*, ſed ſimpliciter & abſolutè enūtiat. *Nullus eſt veterum Patrum, qui mentionem non faciat de deſcenſu Chriſti ad inferos.* Neque etiam neceſſe fuit, vt aliter, oſtēderem, tam ex parte eius, quod pro- ban-

Caluin. lib. 2. Inſtitut. cap. 16. parag. 8.

bandũ, quàm ex parte eius, quod improbãdũ ſuſceperat, niſi breuitati conſulerẽ. Tãtùm addidit iſtud, *licet in diuerſis ſenſibus*. Cùm enim intenderet negare realẽ Chriſti ad inferos deſcenſũ: videret eorũ patrũ conſenſum, cõmunem locũ receſſum huius articuli ſufficere ad reuincẽdam ſuam impietatem: Vt quos concordes in eius recitatione inuenerat, in ſenſu diſcordes mentiretur, iſtud, inquam, addidit. Et quemadmodum Sepia, hac ſpumâ tectus elaberetur, & errori ſuo colorem faceret. Secundò hanc vniuerſalem Caluini enuntiationem, in particularem hanc mutaſti. *Sunt quidam & ex veteribus nonnulli, qui eam, non prætermittunt*. Nec ſolùm mutaſti, verumetiam falſiſsimè eam ei appinxiſti, p. 173. Non enim ſic legit, aut enũtiat. Et vbi fides? Vbi tibi conſcientia? Tantiſper hæreas. Pagina. 172. Lineis. 18. & 19. exclamando & vociferando ſcribis Caluini, & tuam enuntiationem vniuerſalem eſſe. *Vtraque enuntiatio* (inquis) *eſt vniuerſalis*. Non ergo tua confeſsione Caluino impoſuiſti, quando eum particulariter enuntiaſſe hìc ſcribis? Mendacem memorem fuiſſe non oportuit? Aut tibi vniuerſalis enuntiatio particularis eſt, particularis autem vniuerſalis? Nunc, nunc ac ſecundò vociferare, *ô ſciẽtia, ô conſciẽtia quàm procul ab huius Monachi præcordijs exulatis.* Adde *me lolio victitare, ſpiritumẽdacij agitari*, Hæc erunt prodigi tui furoris cõuitia, gratis in aërem emiſſa, digna tuæ impudentiæ prodigioſę.

Quod attinet ad Tertullianũ & D. Irenæum, ſuperfluè eos in mediũ adducis. Nouimus enim in recitatione eius ſuæ fidei confeſsionis eos hunc articul. non apertè exprimere, alibi tamen, vt ſuperiore lib. oſtendimus abundè exprimere.

Quod

Digitized by Google

Quod autem ad Ruffinum. Reſpondeo eum loqui non de ſymbolo Apoſtolico, qui legitur in Romana Eccleſia, in quo aperta eſt mentio huius Chriſti ad inferos deſcenſus, ſed de ſymbolo Niceni Concilij, qui etiam in eadem Romana Eccleſia cantatur, & legitur ſtatutis diebus à quouis ſacerdote miſſam celebrante, in quo nulla eius fit mentio.

Polyander Calvinista.

1. *Ad ſecundam partem venio, in qua primùm concedis Synodum Nicenam, Conſtantinopolytanam & alias nonnullas ab Hilario commemoratas, hunc articulum de Chriſti deſcenſu ad inferos ideo prætermiſiſſe*, quia nondum mota erat quæſtio de Chriſti deſcenſu ad inferos. *Deinde tuam propoſitionem, non vniuerſalem*, ſed indefinitam & particularem *fuiſſe replicas, meque id* neſciuiſſe *obijcis*. *Conceſſione ruditatem tuam dupliciter pateſacis. Primùm, quia meum reijcis argumentum, non (vt putas) ab auctoritate, ſed ex parte ſubiecti negatiuè deductũ.*

Nonnulli Patres & Synodi articulum de Chriſti deſcenſu ad inferos in ſuis ſymbolis omiſerunt. Non ergo omnes Patres Synodi ex hoc articulo demonſtrarunt Chriſti animam deſcendiſſe in infernum. 2. *Deinde cùm vitium huius tuæ collectionis non conſideras*. Nondum erat mota quæſtio de deſcenſu Chriſti ad inferos. *Ideo igitur*, Synodi ſupra commemoratæ, articulum iſtum prætererunt. *Conſimili enim modo poſſum arguere, Ireneum in ſuo ſymbolo articulum de conceptione Chriſti ex Spiritu ſancto, Gregorium agnomine* Θαυματουργὸν, *id eſt mirificum articulos de incarnatione, paßione, reſurrectione, aſcenſione Ieſu Chriſti ad cælos*, &c. *Hieronymum, Athanaſium articulum de Eccleſia Catholica, communione ſanctorum propterea omiſiſſe, quòd ipſorum æuo, nulla ſuper iſtis articulis*

Digitized by Google

culis quaſtio moueretur: quod ex eruditis, qui hiſtorias Eccleſiaſticas inſpexerunt nemo conſignabit, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

62. §. 1. Concedo, mi homo, atque rationem, ob quam ſiluerunt approbo. Neque ſi tu, Aſine, rudis, propterea ego. Non tantùm putaui, ſed & & iuxta rei veritatem verè putaui tuum argumentum fuiſſe ab auctoritate negatiuè deductum. Et ſi verò neges, non propterea non fuerit deductum. Nam quod dicis *ex parte ſubiecti fuiſſe deductum, non ab auctoritate.* Inſigne effugium eſt: Cùm iſtius tui argumenti ſubiectum patrum ſit Auctoritas. *Reſpondeo* (inquis) *ſecundò, quòd Irenæus, Tertullianus, atque alij vetuſtiſsimi Scriptores, qui fidei articulos, recenſent, hunc de Chriſti ad inferos deſcenſu omiſerūt quemadmodum Nicæna Synodus, &c. Non ergo ex hoc articulo demonſtrarunt animam Chriſti ad inferos deſcendiſſe.* Nonne in antecedente & conſequente ſubiectum huius argumēti eſt auctoritas patrū & Synodorum, in his recitatarum? Quare ſi ex parte ſubiecti, non etiam auctoritatis? Neque verò hoc argumentum neceſſariò concludit. Nam ſi Patres in recenſione articulorum fidei hunc omiſerunt, non tamen alijs ſcripti ſui locis, vt ſuperiore libro, pag. 36. & 37. abundè oſtendimus. Concilia ſupradicta compoſita erant ex patribus, qui etſi in illis ſynodis de hoc articulo mentionem non fecerint; fecerunt tamen in ſuis ſcriptis. *Nullus eſt patrum veterum*, inquit parens tuus Caluinus, *qui huius articuli*, & ſi te audiamus addentem, *in cæteris ſuis ſcriptis, non fecerit mentionem.* Quocirca ex hoc articulo, probarunt animæ Chriſti realem ad inferos deſcenſum.

S 2. Vitium

D Baſil. Epiſt.78. D Hier. Epiſt.65. 2. Vitium nullum eſt in collectione mea. Meam dicam, non etiam D D. Baſilij, & Hieronymi? imò vtriuſq;, licet in altero fidei articulo. Quò fit, vt non me ſolùm ruditatis, ſed etiã inſignes illos patres & omni exceptione maiores, arguas & accuſes, cum quibus malim ſic colligere, quàm tectũ diſpergere. Subſumis *ſimili modo poſſe te arguere. DD. Irenæum, Gregorium Taumaturgũ, Hieronymum, Athanaſium aliquot articulos omiſiſſe ac prætergiſſe*: Eadem nempe ratione. Quid etiam inde? Verumtamen, non par eſt ratio Synodorũ, & iſtorum patrum ſigillatim recenſorum ac conſideratorum. Atque alia potuit eſſe ratio, cur reticerent Synodi legitimæ, quarum eſt decernere, quid quidque, & quâ ratione, vel recenſeri, vel taceri debeat. Alia patrũ ſeorſim conſideratorũ, vt pote, qui pro ratione diuerſitatis materię, quã tractabant, ſtatim de vno, ſtatim de altero, alijs ſilẽtio prætermiſſis, mentionẽ facere potuerint. Quapropter ex ſuperfluo, vt ſoles, hunc in nos

——— *Craſſum vomis ore cruorem.*

3. Sed & aliud miſſile quod in me libras, quodque inane abire facilè iuſſero. Quodnam iſtud? *Neſcire te num in inſcitiam, an verò in malitiam meam remouere debeas*, quòd *indefinitam propoſitionem pro particulari acceperim*, quòdque vocem hanc *vniuerſalis*, *ex meo ſcripto, cuius habes apographum, expunxerim. Imperitiæ ſignum eſſe illud, cùm indefinita propoſitio, nec ſit vniuerſalis nec particularis, ſed intermedia, & notâ quantitatis tam particulari, quàm vniuerſali deſtituta. Malitiæ autem quòd vocem hanc vniuerſalis expũxerim, ex qua conuinci poſſim, quòd vniuerſalis hactenus Eccleſia, id eſt omniũ Patrum orthodoxorum fidem ac doctrinam de ſedibus inferni Caluini ſentẽtiæ oppoſuerim. Hoc enim meũ pronunciatũ.*

Vbi

Digitized by Google

Vbi quod hactenus de inferno credidit vniuerſalis Eccleſia? *Iſti enim æquiualet.* Vbi quod hactenus omnes Patres ac doctores orthodoxi de inferno crediderunt?

Ad illud reſpondeo. Indefinitam propoſitionem pro particulari ſumi, apud omnes Philoſophos. Quamquã ſi eius naturam ſpectemus, nec vniuerſalis ſit nec particularis, ſed intermedia.

Indefinitam autem fuiſſe enunciationem meam, nullaque notâ quantitatis ſiue particulari, ſiue vniuerſali affectam ſatis conuincũt quinque aliæ eiuſdem formæ & conſtitutionis, quibuſque nullum quantitatis ſignum affixum fuit. Errauerim in vna & non in alijs? Ei tamen, qui tranſcripſit ſcriptum meum, tuæque fidei relinquo. Quòd autem *ex fraude & improbitate*, vt ſcribis, *expunxerim*, ne per ſomnium cogitaui.

Hoccine iſtud, ob quod toties, p. 3 o. *notabilem improbitatem.* p. 177. *malitiam*, in ſolitũ tuum cõuitiandi campũ excurrẽs appingis? ob quod domũ tot reples vociferationibus? Sic ſæpe vidimus

Per noctem reſonare, Lupis vlulantibus, vrbes.

In ſimili,

Aſpice num magè ſit noſtrum penetrabile telum.

Quî ſic? Quoniam apud me habeo, non alterâ, quàm tuâ propriâ manu exaratũ ſcriptũ tuum. In eo adducis Lyranum in 27. Geneſeos verſ. 35. & in Pſalmum. 29. v. 4. (poſt me curaſti prælo committi) qui in tuo ſcripto, quod habeo, loquitur: in iſto, prælo commiſſo, ſilet, atque eius loco Caietanum introducis. Quâ fraude quæſo? Nonne, quia Lyranum, quem tu adduxeras, oſtenderam vobis aduerſari? Dictionem, *Scheol*, à Catholicis Doctoribus meliùs interpretari, pro infer-

Digitized by Google

no, id eſt limbo, parte ſuperiore inferni, quàm pro ſepulchro aut fouea, ſcribere? denique, quia in Pſal. 29. nihil omnino eorum habere, quæ tu illi impoſueras? nonne tandem quia iſtis tam apertis mendacijs erubueras?

——— *Palleret veſtris aurora venenis?*

Ne porrò hoc tuum telum potiùs ſubterfugere, ac eludere videar, quàm ſeriò retundere; eſto hoc meum pronuntiatum, *Vbi quod hactenus de inferno credidit vniuerſalis Eccleſia?* Atque iſti, quia vis, æquiualeat, *Vbi quod hactenus omnes Patres ac Doctores orthodoxi de inferno tradiderunt?* Cauſæ meæ derogabat? Ita enim *conuincebar*, vt ipſe fateris, *opponere vniuerſalis Eccleſiæ fidem ac doctrinam de inferni ſedibus, Caluini ſententia.* Qua de cauſa ergo expunxiſſem? Totius Eccleſiæ fides ac doctrina non validiſſimum omnium arietem dixero, ad euertendam Caluini impiam de inferno ſententiam? *Malitia*, vt Cicero. 2. Philoſophorum volumin. *eſt verſuta, & fallax nocendi ratio*, Sic hanc vocem *vniuerſalis* expunxi, non robur, non vires argumento, quod conſtruxeram, adimebam? non mihi ipſi derogando, rem Caluini meliorem faciebam? ô *notabilem improbitatem*, ô *malitiam*, quæ aduerſario non noceat, ſed ſibi. Bona fide Lector, quæ iſtis ſpecies? & tamen en illud crimen, quod Polyandro commiſi, ſi hanc vocem expunxero.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tertia pars aliquot complectitur argumenta, quibus hæc mea verba*, Hieronymum, cùm ad Algaſiam ſcriberet, dubitaſſe ſententiam illorum approbare, qui affirmabant Chriſtum in locum damnatorum deſcendiſſe, *in falſi ſuſpicionem pertrahis. Primò indicas Hieronymum atque alios iſtius ſeculi doctores exiſti-*

existimaſſe (atteſtante Chryſoſtomo, homilia. 37. in Matthæum) *Iohannem* Baptiſtam ignoraſſe Chriſtum manu hominum occidendum. Vnde concludis nullam eſſe diſputationem in Epiſt. Hieronymi ad Algaſiam, de probandâ, aut improbandâ eorum fide, qui Chriſtum ad infernum deſcendiſſe credebant, ſed ſolùm, quòd D. Baptiſta hâc dubiâ ad Chriſtum legatione ignorare ſe ſignificaret, an Chriſto, vt pote filio Dei conueniret mortem guſtare &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

63. ſ. 1. Hanc partem & eius argumenta vt eludas; primò dicis *te mirari*, *quòd D. Chryſoſtomi teſtimonium proferam ex homilijs incerti operis in Matthæum, ei falsò adſcriptis.* Secundò, *quomodo mihi in mentem venerit auctorem iſtius homiliæ. 37. in Matthæum diſſerere de Ioannis Baptiſtæ dubitatione, an occidendus eſſet Christus manu hominum, quum ne nomen quidem Baptiſtæ memoret.* Quidni verò mirareris? Tibi enim

——— *Neſcio quod trepido malè numen amicum*
Confuſam eripuit mentem.

Paucis tamen efficiam vt mirari deſinas, aut perampliùs mireris; videat Lector, quanta tibi fides adhibenda ſit, videat quàm hæreſis

Vanum etiam mendacemque improba finxit.

Siquidem non diui Chryſoſtomi teſtimonium ex homilijs imperfecti operis & incerti auctoris in Matthæum produxi, atque mihi imponis. Quid igitur? Eiuſdem teſtimonium ex homilia. 37. operis perfecti in Matthæum; in qua ex profeſſo hanc tractat materiam. Atque quorundam fuiſſe opinionem, quòd D. Baptiſta hâc ad Chriſtum dubiâ interrogatione dubitarit, ac ignorarit, an Chriſtus eſſet occidendus hominum ma-

nibus. O ſi me in tuam ſegetem ſic deprehendiſſes, tibi quibus conuitijs ac maledictis non vapularem?

Tertiò *miraris, quòd putem D. Hieronymũ in hâc ſententiâ fuiſſe, Ioannem Baptiſtam ignoraſſe Chriſtum manu hominum eſſe occidendum, cùm faſſus ſim eum de Chriſto pronuntiaſſe*, Ecce agnus Dei, ecce qui tolit, &c.

Cur miraris? Cur non putarem? Abundè enim ſeipſum declarat Commẽtarijs in, 12, Matthæi, ad quæ remittit Algaſiã, vt videre eſt in eius Epiſt. ad eamdẽ. Cuius verba hîc non repeto ſed breuitatis cauſa prætermitto. Adde quòd Lector ea poterit repetere ex ſuperiore lib. noſtro. p. 39.

Neque verò eſt quòd colorem facias huic mendacio, nempe quòd D. Hieronymus dubitarit approbare eorum ſententiam, qui Chriſtum ad infernum deſcendiſſe credebant, verbis, quæ tu pag. 181. ex Epiſtola ad Algaſiam producis. Nam iſtis, vt ſuperiore lib. oſtendi, pag, 38. 39. & 40. ſufficienter reſponſum eſt, nihilque aliud poteſt educi, quàm quòd inſinuet D. Baptiſtam ignoraſſe Chriſtum occidendum hominum manibus: ignoraſſe an in infernum eſſet deſcenſurus.

Alioqui quæ fuerit hæc conſequentia? D. Hieronymus ad Algaſiam aſſerit D. Baptiſtam ignoraſſe an Chriſtus eſſet occidendus hominum manibus, an etiam in infernum eſſet deſcenſurus. Ergo D. Hieronymus dubitauit approbare illorum ſententiam, qui Chriſtum in infernum damnatorum deſcendiſſe affirmabant. Vnde enim petita? An quod ſit neceſſe, hæc duo eum ignoraſſe, ſi D. Baptiſta ea ignorârit? An quoniam iſta duo ignoraſſe D. Baptiſtam narrat,

Digitized by Google

narrat, propterea eadem eum ignoraſſe oporteat? Quiſquis alterius, de re aliqua vel ignorantiam vel dubitationem retulerit ac recitauerit, is de eadem ignorauerit, & dubitauerit? maximè, ſi Polyandro credere velimus. Ne igitur velimus aliorum errores, dubia, ignorantias recitare, referre, aut iiſdem erroribus, dubiis & ignorantiis laborabimus. Nobis hæc mendacia vendes? has ineptias? non ememus. Tu aliis.

Quartò *miraris, quòd ſignificem D. Hieronymum Commentariis ſuis in Matthæum deſcenſum Chriſti ad inferos aſſeruiſſe, antequam Algaſiæ ſcriberet, nec tamen conſiderem* δευτέρας φροντίδας εἶναι σοφωτέρας, *Patreſque orthodoxos priora ſua dogmata, in quibus vel hæſerant dubitanter, vel errauerant imprudenter, poſterioribus retractaſſe.*

Eiuſmodi *admiratio mater eſt hæreſeos*, mirum ſi in ea hæreticus Miniſter perſeueres? Cur verò iſtud in D. Hieronymo conſideraſſem? Non enim illi hoc, quod patribus ex calumniâ appingis, contigit: neque Commentariis in. 12. Matthæi Chriſti ad infernum deſcenſum credens, errauit neque hanc fidem Epiſtolâ ad Algaſiam retractauit, quin potiùs, eam ad hæc, quæ ibi ſcripſerat, remittit. Hæreticum fuiſſe tibi ſimilem putas, atque criminaris? Apage, apage iſtas aduerſus ſanctos blaſphemias. Tertull. lib. præſcripi.

POLYANDER CALVINISTA.

Reſtat pars quarta falsis ac nugatoriis accuſationibus referta. Primam, quâ exprobras me à Caluino (qui beneficiorum Eccleſiaſticorum donationes ſemper fuit deteſtatus) mercede eſſe conductum vt falſis eius inſeruiam dogmatibus, noſtróſque Theologos pietatem, quæſtui habere, *in vos Simoniacos & mica Romani mercenarios retorqueo, qui ſub eo*

merentes, Verbum Dei cauponamini, turpique Lucro ac prouentui ex vectigalibus ab ipſo conſtitutis inhiantes, miſſas, preces, vnctiones, atque abſolutiones veſtras magno diuenditis: ac præſertim in veſtros Ieſuitas qui omnia gratis facientes, plures tamen opes ſua mendicatione in ſua palatia, ſpatio annorum ſexaginta, quàm vos veſtraq; rapacitatis conſortes ſpatio trecentorum in veſtra clauſtra congeſſerunt.

ANASTASIVS CARMELITA.

1.Tim.6. 64. §. 1. Exprobraui, ſed cum D. Paulo. Nam, *qui veritate priuati ſunt* (inquit) *quæſtum pietatem eſſe putant.* Exprobraui, ſed poſt Tertullianum. Etenim *hæreſis*, cuius generis eſt Caluiniana ſecta, *altera ſpecies Idololatriæ*, imò ipſâ Idololatriâ deterior, *non gratuita eſt, ſed quibuſdam nummis, vt Iudas argenteis Chriſtum venditans.*

Tertull. lib. de corona. cap. 12.

Retorques quidem, at non ex rei veritate ac iuſtitiæ causâ, ſed conuitio & calumniâ. Siquidem non ſi virgines debitis infamiæ notis ac titulis meretrices appellent, & meretrices eas iiſdem notis ac titulis dedecorare tentent, propterea par vtrarumque cauſæ æquitas. Non ſi veri ac legitimi Domini furti ac latrocinij fures, latrones accuſent: iſti autem veros & legitimos Dominos iiſdem criminibus inſimulent, propterea iſtorum & illorum par cauſæ iuſtitia. Denique non ſi pij & impij, iuſti & iniuſti bonis ac diuitijs abundent, iiſdem gradibus ac medijs illos & iſtos ea ſibi acquiſiuiſſe putandum.

Aut accuſa tribum Leuiticam, ſacerdotalem ordinem, cui nulla alia pars in terræ diſtributione aſſignata fuit ipſius Dei decreto, quàm omnium rerum decima. Quantas enim putas Leuitis ac

Numer. 18.

ac ſacerdotibus, quàm affluentes opes inde accreuiſſe? Cur Dei imperio? niſi quia eos ſacrorum obſequio deſtinabat? *Ecquis in vobis eſt* (aiebat) *qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuito?* Malach. 1. & 3.

Olim Deus neminem tabernaculū, templum ingredi vacuus manibus voluit. *Non apparebis coram me vacuus.* Hinc & Gazophilatia recipiendis pecunijs, ad ornatum & cultum altarium, ad fabricam, reparationes & neceſſitates templi, ad victum ſacerdotum & viduarum. Inde quot opes? quantum argenti, quantum auri? hæc calumniare, eodem enim iure potes, quo nos *mercenarios eſſe, verbum Dei cauponari, turpi lucro & prouentui inhiare* criminaris. Aut Eccleſia Euãgelica minoris dignitatis, quàm ſynagoga? Ad eius gubernaculum minora præſcribuntur, quàm ad ſynagogæ regimen? nulli ad ſacrorum officia deſtinandi? nulli miniſtrantium ordines? nulla templa, nulla altaria? Non apud Caluinianæ ſectæ homines. Nihil ad fabricam templorum, nihil ad ornatum & cultum, nihil ad victum eorum, qui ſacris inſeruiunt? Reclamat Ieſus noſter. *Quicumque non receperint vos neque audierint ſermones veſtros, exeuntes de domo, vel ciuitate illa excutite puluerem pedum veſtrorum in teſtimonium contra illos. Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Reclamat & diuus Paulus, *Si ſpiritualia nos vobis ſeminauimus, magnum ſi carnalia metamus? Neſcitis quia qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſeruiunt, cum altari participant? Ita Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium Dei annunciant, de Euangelio viuere.* Hæc & ſimilia, quibus mandantur? Nonne Chriſtianis? Nam viliores in deuotione

Exod. 23. & 34. 4. Regum 12.

Matth. 10. Marc. 6. Luc. 9. 1. Cor. 9.

Digitized by Google

Iudæis? Quid ergo Chriſtiani? Quanta ex bonis ſuis Eccleſijs largiti ſunt? Quanta ad fabricam, ad officium Dei continuandum, ad victum Miniſtrantium, Euangelizantium dederunt? Hinc magni illi prouentus, cenſus ac propè regales reditus annui: hinc Eccleſiæ patrimonium. Ad cultum autem & ornatum cum ſacerdotum & ordinis miniſtrantiũ, tum altarium templorum, *Pallia regalia, vaſa aurea, lapides pretioſi, ſacra veſtes, Linteamina, ligna* Apud Tertullianum libro de pudicitia capitulo ſeptimo & decimo. Apud Optatum Mileuit. libro ſexto contra Donatiſtas. Auguſt. lib. 3. contra Creſconium Concione 29. D. Ambroſium lib. 2. officiorum. *Ampulla, in quibus ſacrum Chryſma reconderetur*, apud eumdem Optatum Mileuit. lib. 6. *Oblationes, confectiones.* apud Soſomenum. *Primitiæ ſegetum, vini, olei & ſimilium oblationes*, apud D. Athanaſium Epiſt. ad vbique orthodoxos, & D. Chryſoſtomum homilia. 81. in Matthæum. *Velamina & ea, quæ ad cultum & memoriam Dominicæ paſſionis pertinent, ex conſortio corporis & ſanguinis Domini veneranda affluentia*, apud Theophylum Alexandr. Epiſtola ante lib. Paſchales. *Menſæ coopertoria auro nitentia, pauimenta vermiculato emblemate decorata, Lychni, lucernæ argenteæ, argenteis Cathenis ex laquearibus aureis pendẽtes*, apud Optatum l. 3. contra Donatiſtas. D. Chryſoſtomum homil. 60. ad Populum Antiochenum & homilia. 81. in Matthæum. *Mitra, infulæ*, apud Euſebium lib. 3. cap. 30. *Collobia*, apud Origenem homilia. 5. in Numeros, Theodoretum lib. 2. cap. 27. Nicephorum lib. 9. 46. Hinc tandem cætera auitæ pietatis, deuotionis inſignia, argumenta. Vt olim Arriani, Luciani, & reliqui hæretici, ſic vos hæc

Hiſt. tripart. l. 2. cap. 18. lib. 3. cap. 5.

Digitized by Google

hæc omnia in vſus veſtros ac profanos commutaſtis. Hæc rapuiſtis, profanis manibus temeraſtis. Hæc in cenſum ſecularem retinetis; eorum pretio & abundantiâ in Chriſtum armati proceditis. Iſtis ſacrilegis furtis, latrocinijs ſuſtentaris, hoc turpi lucro & prouentu aleris, huic inhias. Iſtis Antichriſti ſtipendijs, eiuſdem Mercenarius gloriaris, veſtiris. Quotquot eſtis Caluiniani Miniſtri nefandâ hâc mercede conducti, verbum Dei non cauponamini modò, verùm etiam ſacrilego adulterio, nequiore inceſtu corrumpitis, polluitis. Aut reddite Eccleſiæ ſuos cenſus & prouentus & ſibi olim donatos deuotione ac pietate patrum noſtrorum, aut ne grauiter ferte, ſi toties violentas iſtas deprædationes, ſacrilega iſta latrocinia vobis obducamus. Non enim alio iure obtinuiſtis, non alio iure iſtis diuites facti eſtis, non denique alio poſſidetis. Quare, non ſi noſtri opibus, ſibi maiorum pietate donatis abundant, eodem iure vos.

De me equidem dico & verè, Ex iſtis, tam inſigni latrocinio partis & detentis, ſi non pluribus gauderes, quàm ego ex bene & legitimè Eccleſiæ Chriſti acquiſitis, à ſummo Pontifice Romano donor, ne obolo, magiſter Ioannes, gloriareris.

Ex mendicatione, fateor, non *ex rapacitate*, vt criminaris, quod ne ipſa quidem impudentia criminaretur, viuo, nihil habens niſi quod à pijs viris ad victum & veſtitum erogatur.

Conſortes rapacitatis non ſumus, quemadmodum iterum criminaris. Atque nos rapacitatis con-

Ioan. 8. conſors, tuo & tuorum nomine inhonoras, *eſt*, vt cùm Ieſu noſtro dicam, *qui quærat & ſemel iudicet*, Euerſa templa, altaria, eorum rudera, communis rerum omnium Chriſtianarum deflagratio, ſemel in gratiam (ſi dijs placet) & fauorem veſtrum loquetur, pronuntiabit. Niſi verò cum perditis hominibus dicas tempus eiuſmodi pecunias ſufficienter redempturum. Hoc quoque tibi per me liceat.

Quid verò tibi cum *Ieſuitis*? Quî ſcis eos *plures opes ſua mendicatione in palatia ſua, ſpatio annorum ſexaginta, quàm nos ſpatio trecentorum in noſtra clauſtra congeßiſſe?* Cum eis computaſti? Si, vt dicis, ita eſt, non inuidemus; imò vt Dominus eis peramplius benedicat, ac ſuis eos vallet benedictionibus peroptamus. Hactenus honeſtas eorum domus, non *palatia*, vidimus. Regnent, vt cum ipſis in Domino regnemus. Rurſus nobiſcum computaſti, vt ſubductis calculis, tantam eorum in congerendis opibus diligentiam, noſtram verò negligentiam certò collegeris? Mi homo, ſpatium quingentorum annorum exceſſimus, ſuperauimus, præſertim ſi de Carmelitis agas. Hoc te ſcire oportuerat, quò Patrum Ieſuitarũ in acquirẽdis opibus maiorem & ampliorẽ diligentiam meritò perſequereris, nos autem amplioris tarditatis ac negligentiæ notares. Reclamat tamen huic tuo calculo vir ille, quem tu Doctiſſimum vocas, ego autem linguæ quidem peritum, at cætera ignorantiſsimum & propudioſiſſimum, ille inquam, qui nuper ſuppreſſo ſuo nomine, Typographi & loci *Diſſertationem* de mentito *Idolo Hallenſi Iuſti Lipſij; Mangonio & Phaleris exornato*, publicauit. In eo enim libro narrat vnum Ioan-

Ioannem de Valentia Monachum ordinis Franciſcani, 25000. marcarum argenti annui quæſtus Monaſterio ſuo acquiſiuiſſe. Æſtimetur vnaquæque Marca ſolùm quindecim florenis, en ſummam trecentorum millium florenorum annui reditus. Si vnus tantum potuit, quid non reliqui? Hoc ſi concedatur, non video aſſertionem tuam ſtare poſſe, nempe noſtros Ieſuitas ſua mendicatione plura cõgeſsiſſe in ſua Palatia, quàm congeſſerint ſoli ordinis Franciſcani fratres in ſua clauſtra. Verùm illi & tibi liceat mentiri; & quidquid in buccam venit, ſcribere, quò noſtros Ieſuitas apud plebem, quantum in vobis eſt, traducatis.

CAPVT XXI.

Polyander quàm erret circa leges Dialecticæ. Patrum fidem de deſcenſu Chriſti ad inferos non repugnare Analogiæ fidei, non etiam Scripturis Sacris. Enoch, & Eliam ad Paradiſum terreſtrem tranſlatos communior eſt Eccleſiæ opinio. Si duo corpora vnum & eumdem locum ſimul & ſemel obtinēt, vnum & idem corpus etiam ſimul & ſemel poterit eſſe in pluribus locis. Non ſi Deus vbique, propterea vbique Paradiſus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. EX *altera tua accuſatione, quòd hæ ſententiæ non conſtent*. Quoſdam ex Patribus articulum de

de Chriſti deſcenſu ad inferos in ſuis ſymbolis omiſiſſe, quoſdam verò non omiſiſſe, *te Dialectica imperitum arguo, quinequidem noris duas ſubalternas enunciationes ſubcontrarias, quales hæ ſunt, poſſe in materia contingenti ſimul eſſe veras.*

ANASTASIVS CARMELITA.

65.5. Si quis Dialecticę doctus argueret me imperitiæ eius,atque,vt tu,tam ſępe,commouerer.Sed quoniã, imperitus illius arguit, nullo modo afficior.Zoilũ illum luſcũ Poetis celebratũ nouiſti? Tu *Quiſquis es ex illo Zoile nomen habes.* Diſpiciamus.1. Has duas propoſitiones,quas hîc ſternis,in toto meo ſcripto nõ leges,non etiã reprehenſas.2.Fraudis cuiuſdã nobilis vitio tibi familiari,hanc diſtinctionis partẽ,*in ſuis ſymbolis*,quã antea numquã attigeras,excogitaſti.3. Imperitiã tuam magnificè prodis, quando ſcribis ſubalternas propoſitiones eſſe ſubcõtrarias.Nemo enim qui tuã non rideat in Dialectica inſcitiã.Quî ſic? Quoniam ſubalternarũ propoſitionũ vna vniuerſalis eſt, altera verò particularis. Earũdem vtraque,vel affirmatiua vel negatiua: Earumdem deniq; neutra alteri repugnãs.Subcontrariarum autem vtraq; particularis; vna affirmatiua altera negatiua:ambæ ſibi repugnãtes; Atq; in materia etiam de contingẽti, quãdo id quod in vna earũ de omnib⁹ & ſingulis in ea contẽtis affirmatur, illud ipsũ, in altera, de iiſdẽ, aut earũ parte, eadẽ ratione negatur. Adeò vt cũ propter tẽpus magiſter eſſe deberes,rurſus indiges vt quis te doceat quę ſunt elementa Dialecticæ. Quartò, vt Lector perſpicacioribus,quàm tu,oculis videat has duas propoſitiones, quas hîc ſubijcis, me non cõſtruxiſſe,en ei exhibeo,quas tu contradictoriè admiſeras,

Digitized by Google

ſeras, & quas. p. 41. lin. 14. 15. 16. ſuperioris lib. noſtri adnotaui. Iſtæ autem ſunt & cõtradictoriç, vna exiſtente vniuerſali & altera particulari. *D. Irenæus, Tertull. & alij vetuſtiſſimi Patres hunc articulũ de deſcenſu Chriſti ad inferos omiſerunt. Et eorundem quidam non omiſerunt.* Videat Lector frontem'ne habeas.

POLYANDER CALVINISTA.

I. *Poſtremã partem*, in qua exprobras, *quod ex his Chriſti verbis*, hodie mecum eris in Paradiſo. Et pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, *præcipue collegerim* Patrum opinionem de reali deſcenſu animæ Chriſti ad inferos non conſentire cum S. Scriptura, nec cum fidei analogia, *abſurdis atque heterogeneis probas interpretationibus repetitione indignis, quibus falſas adſtruis aſſertiones, quas ordine euertam.*

ANASTASIVS CARMELITA.

66. §. Valeant hæc cõtumeliç verba, vt nos in tuorum contemptionem & diſpiciẽtiam adducas. Siquidem *apud hæreticos multum valent, quæ nihil in fide valent*, inquit Tertull. Tui hoc te gradu magnum habeant, eleuent, non tamen, hi qui vel Hieroclem, vel Menoclem dicentem minimè contemnerent; non hi, quibus odioſa & moleſta, vana & iniurioſa garrulitas eſt: non denique, hi apud quos eiuſmodi contumeliarũ voces, verarũ reſponſionũ locum obtinere nequeunt. Et verò

Tertull. lib. præſcript. cap. 2.

Quis Deus tibi non bene aduocatus
Vecordem parat excitare rixam?

Nam ſi noſtra abſurda, ſi heterogeneæ noſtræ interpretationes, oſtende; ſi repetitione indignæ ſunt, cur repetis? Si falſæ aſſertiones, adſtrue. At non abſurda attulimus, non heterogeneas interpretationes, non falſas aſſertiones. Neque aliquando conuinces. Imò, ais, *ordine euertes*. Tu, tu inquam?

inquam? Euertes? quando Lunam dentibus (quod dicitur) capies, & poteris

— *vertere ſydera retro.*

Quod quomodo videamus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Prima eſt, hanc expoſitionem, qua ſignificamus Chriſti animam illâ ipsâ horâ, quâ verba iſta pronunciauerat in cælum aſcendiſſe*, ſacræ Scripturæ repugnare. *Sacra enim ſcriptura docet animas ſanctorum, illico à diſſolutione, id eſt, diſceſſu & diſſociatione à ſuis corporibus*, redire ad Deum, qui dedit eas. *Eccleſiaſt.* 12. v. 7. eſſe cum Chriſto. *Philip.* 1. verſ. 23. à Chriſto adſtante ad dexteram Dei in cælum ſuſcipi. *Act* 7. 59. Requieſcere paululum temporis ſub altari Dei, *Apocalypſ.* 6. 9. & 14. 13. Eſſe in manu Dei, vt eas minime attingat cruciatus, *Sap.* 3. 1. Dimitti in pace, *Luc.* 2. 29. Aſportari ab Angelis in ſinum Abrahæ, *Luc.* 16. 22. frui ſolatio, *Luc.* 16. 25. & requie æternâ, Heb. 4. 11.

ANASTASIVS CARMELITA.

67. §. 1. Verum verè dixi. Non enim ante quadragesimum diem à ſua reſurrectione Chriſtus cælum aſcendit, quemadmodum narrat ſacra Scriptura, Act. 1. Quare falſa eſt illa tua expoſitio, quâ vis Chriſti animâ illâ ipsâ horâ, quâ iſta pronuntiauerat. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, & iſta, *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, in cælum aſcendiſſe, & contraria fidei Chriſtianæ. Hactenus enim non aliter docuit ac credidit Eccleſia Catholica. Sed neque neceſſe erat vt Chriſtus in anima aſcenderet in Paradiſum, antequam ſimul cum corpore aſcenderet, cum beata eſſet & ſemper coniuncta diuinitati. Quòd etiam non eſſet neceſſe vt ibi latronem collocaret, ac bea-

beatum redderet, ſuperiore libro oſtendimus. Tu verò, quid reſpondiſti Scripturæ ſacræ, quæ Act. 1. docet non ante quadrageſimum diem à reſurrectione Chriſtum aſcendiſſe? Nihil. Tantùm aliò excurris, vt reclamante ſcripturâ, quæ ſibi haud contrariatur, aduerſus eamdem ſcripturam ex eadem probes tuam expoſitionem. Itaque ſcribis

2. Scripturam ſacram docere animas ſanctorum illico à diſceſſu è ſuis corporibus, in cælum recipi. Ad hoc obduco, nullas receptas fuiſſe ante Chriſti aſcenſionem, Act. 1. recitatam. Ita enim orthodoxi Patres poſt Chriſtum, qui dixit. *Nemo aſcendit in cælum* (ſubaudi priùs) *niſi, qui deſcendit de cælo filius hominis qui eſt in cælo*. Priùs, inquam, nam, *eò præceſſit gloria capitis, vt eòdem ſpes vocaretur corporis*. Et D. Chryſoſtomus ſerm. item de aſcenſione, *Chriſtus aſcendens in cælum, naturæ noſtræ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus eſt pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nullâ maculâ fœdabatur*. Ante eum D. Ignatius, *Deſcendit in infernum ſolus, regreſſus eſt autem cum multitudine, & impletum eſt*, inquit poſt eum Origenes, *quod à Dauide dictum fuerat*. Aſcendens Chriſtus in altum, captiuam duxit captiuitatem. *Quod alter Propheta dixerat*. Aſcendit iter pandens ante eos. Hoc vt probet D. Epiphanius, nempe ante Chriſtum neminem aſcēdiſſe in cælum, aſſumit iſta, quæ Chriſtus Ioan. 3. coram Nicodemo habebat. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendet de cælo filius hominis*. Conſpirat & parens tuus Caluinus in 1. Pet. 3. *Spiritus fidelium, qui tunc è corpore exceſſerant, in carcere detinebantur atque illuc adſtricti & incluſi, ſun mis & ardētibus votis exſpectabant aduentum Chriſti, quia ſpiritus*

Ioan. 3. D. Leo ſerm. de Aſcenſione Domini. D. Ignat. Epiſt. ad Trallian. Origenes lib. 5. in Epiſt. ad Rom. Pſal. 67. D. Epiphanius tom. 1. lib. 3. hæreſ. 75.

ritus libertatis nondum plenè illis conceſſus erat. Conſpirat & Petrus Vermillius aliàs Martyr, Pſeudopropheta alter, in 2. Regum cap. 2. pag. 181. *Quòd ad ſublimem illum aſcenſum ſuper omnes cælos attinet, concedimus neminem illò eſſe potitum ante Chriſtum.* At Chriſtus, act. 1 non niſi, 40. die poſt ſuam reſurrectionem in cælum aſcendit. Contrarium ſi probaueris, aliquid effeceris; tuā expoſitionem veram eſſe oſtenderis. Noſtram aſſertionem falſam eſſe probaueris, atque ex his primam euerteris. At facies numquam, fruſtraque iſtas Scripturæ ſacræ ſententias congeſſiſti.

Quòd enim attinet ad iſtam Eccleſiaſt. cap. 12. *Puluis reuertetur in terram de qua ſumptus eſt, & Spiritus ad Deum, qui dedit eum.* Ante Chriſti aduentum pronuntiata, non de ſolis Sanctorum animabus intelligitur, ſed generaliter de omnibus. & *Spiritum redire ad Deum*, nihil aliud eſt; quàm eundem ſiſti coram Deo, ſeu iudice, ſeu præmiatore. Quâ conſideratione Eccleſiaſtes monet vnumquemque, *timere Dominum*. Aut ſi redire ad Deum ſit ſimpliciter & abſolutè in cælum aſcendere, & in Paradiſum aſſumi, iube reproborum animas, quas Deus eis dedit, etiam recipi in cælum illico poſt earum diſceſſum à corporibus, & in Paradiſum euehi.

Quòd autem ad deſiderium ſpectat D. Pauli Philip. 1. cupientis diſſolui, & eſſe cum Chriſto, etſi non neceſſario concludat, tamen poſt Chriſti aſcenſum in cælum, pronuntiatur, vt & quod de D. Stephano Act. 7. & Apocalypſeos. 6. & 14, de animabus Sanctorum ſub altari requieſcentium, in medium protuliſti.

Quòd de ſanctis & iuſtorum animabus habet ſapiens

ſapiens cap. 3. illas nempe eſſe, *in manu Dei ne eos tangat tormentum*, non ſimpliciter tormentum dixit, ſed cum adiuncto, nempe, *malitia*. Tormento autem malitiæ ſignificat mortem æternam, pœnam, ac ſupplicium debitum damnatis, quaſi ergo diceret: Non perpetuò non æternùm cruciabuntur. Eſt enim intelligentia ſapientis. Alioqui ſunt alia tormenta, alij cruciatus, aliæ pœnæ, quas ipſi ſubeunt, vt probētur vel purgētur. Nec locus ille probat ſanctorū animas illico ac è corporibus diſceſſerunt, in cælū euolare. Nam quòd dicitur *eſſe eas in manu Domini*. De ſpeciali Dei cuſtodiâ ac prouidentiâ eis aſſiſtente aſſeritur. Alioqui omnium hominū animæ in manu Dei ſunt, Nec eſt qui ſe abſcondat, ab eius poteſtate.

Quòd verò attinet, ad D. Simeonis iuſti Luc. 2. orationem per modum gratiarum actionis, ac pacem, *in qua dimitti* ſe dicit, licuit ipſi, quod & olim Thobiæ cap. 3. *Et nunc Domine ſecundùm voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum*. Pacis nomine locum quietis quidem, ſed non ipſum Paradiſum in cælo, innuere. Nemo enim ante Chriſtum, in cælum aſcendit.

Ad hunc ſenſum reuocanda, quæ ex Luc. 16. de ſolatio & ſinu Abrahæ attuliſti. Siquidem vt Orthodoxi patres ſentiunt, *ſinus Abrahæ erat locus, etſi non cæleſtis, longè tamen inferno ſuperior & altior*. Tertullianus lib. 4. in Marcionem. *Locus in quo tamdiu animæ iuſtorum detinebantur, donec illis ad regnum cælorum aditus pateret*. D. Hilarius in Pſalmum 110. *Locus refrigerij ab omnibus inferni regionibus ſemotus*. Eucherius Lugdunenſis lib. quæſtionum noui teſtamenti. *Dictus Paradiſus, quia ibi congregatio electorum*, D. Chryſoſtomus homil. 1 ſ1

T 2 de

Digitized by Google

do diuite Epulone. *Locus animarum beatificandarum.* D. Ambroſius orat. de obitu Valentiniani. *Portus non obnoxius procellis, quem ſanctorum animæ adibant.* D. Gregorius Niſſenus, diſputatione de anima & reſurrectione. *Remota ab inferno ſedes quietis, non ipſe ſinus corporis Abrahæ.* Diuus Auguſtinus lib. de Origine animæ.

Quod tandem attinet ad iſtud D. Pauli Heb. 4. v. 11. *Feſtinemus intrare in illam requiem, ne in idipſum quiſquam incidat infidelitatis exemplum.* Iſta dicuntur ab Apoſtolo poſt Chriſti aſcenſum, & apertionem regni cæleſtis. Et vide Lector, quàm iſta neceſſariò concludant. Monet Apoſtolus vt feſtinemus in illam requiem. Ergo ſanctorum animę, illico ac è corporibus diſceſſerunt intrant in illam requiem. Non negamus ſanctorũ animas illico in cælum recipi, ſed illorum, qui in perfectâ iuſtitiâ deceſſerunt. Verumtamen dicimus non neceſſariò cõcludi, ex illâ Apoſtoli admonitione & conſilio. Aut quoties quis monuerit feſtinandum, feſtinauerit autem, cui hoc cõſilium datum fuerit, illico metam attigerit, ingreſſus erit? Non in itinere aliquando, aut in ſuburbijs vrbis, viator monitus de accelerando ſubſiſtere ſæpe debuit, licet ad conſilium monentis feſtinarit? Quid quod Apoſtolus de feſtinatione, acceleratione, & diligentiâ ad credẽdum & bene operandum moneat? non enim alijs, quàm iſtis gradibus ad vitam æternam, ad requiem cæleſtem aſcenditur. Vndè ſubiungit, *ne in ipſum quiſquam infidelitatis exemplum incidat.* Nam, vt ibi D. Chryſoſtomus homilia. 7. *Quid eſt in idipſum exemplum infidelitatis? Tanquam ſi diceret. quare non viderunt terrã promiſſionis illi? Acceperant diuinæ potentiæ pignus, & cum*

Hebr. 4. verſ. 11.

cùm oporteret diuino illi terrori credere, amplius meticuloſi facti, nihil magni de Deo imaginabantur, animo exiſtentes puſillo, atque ita perierunt. Poteſt & aliud dici, quia & maximâ parte itineris perfectâ, cùm ad ipſa limina perueniſſent, quum ad ipſum portum intrarent, demerſi ſunt. Et poſt pauca. *Nemo igitur Puſillaminis ſit, neque in termino iam proximus animo deſponſo cadat. Sunt enim, ſunt, qui in principio cum ingenti deſiderio arripiunt aliquid, poſtea verò paululum quiddam, quod adhuc deeſt vniuerſo adijcere nolentes, totum amittunt.* Hoc nimirum, non feſtinare eſt ad illam requiem, ſed ab eâ cadere. Igitur Apoſtolus iſtis monet vt ventis, remiſque, omni feſtinatione properemus fidem tenere, vitam piè, religioſeque inſtituere, iſti & illi firmè, fixè ac grauiter adhærere, in iſtis perſeuerare. Prouehor.

POLYANDER CALVINISTA.

2. Secundū eſt. Sacram Scripturam narrare Enochum & Eliam tranſlatos fuiſſe in paradiſum & locum illum terreſtrem, in quo Deus hominem poſuerat. Nullam ſiquidem iſtius horti mentionem facit Eccleſiaſticus cap. 44. verſ. 19. &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

68. §. 1. Fateor me dixiſſe Scripturam narrare Enochum & Eliam tranſlatos fuiſſe in Paradiſum terreſtrem, quamquam nec Eccleſiaſt. 44. nec. 2. cap. 4. Regum explicitè narraretur. Dixi, ſed iuxtâ receptam à totâ Eccleſia fidem. Dixi, ſed per tranſennam. Tu autem, vt à propoſito recedas, pro argumento arripis, colorem facturus ac fucum tuæ leuitati, ac vacuitati.

Digitized by Google

2. *Paradiſum terreſtrem vaſtatum, & deſtructum diluuio fuiſſe*, problematica eſt propoſitio. Communiorem & receptiorem, & traditioni Eccleſiaſticæ conformiorem, quicquid Rupertus, Pererius, D. Gregorius dixerint in alteram partem, magis probo. Diſputatio hæc, non eſt iſtius loci. Quid enim ad propoſitam, ex D. Auguſtino, Paradiſi acceptionem? Nam Paradiſi nomine Scriptura ſæpè generaliter intelligit omnem locum, *vbi feliciter viuitur*. Et cùm audimus Chriſtum latroni dicentem. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, nomine Paradiſi, *nõ eſt, quòd exiſtimemus innui celeſtem illam beatorum in cælo ſedem*. Epiſtola 57. ad Dardanum. Tu ſi potes euerte. Et è diuerticulo, ad ſtadium redito. Oſtende hanc diui Auguſtini ſententiam ad hæc Chriſti, hæterogeneam eſſe; non enim mea, niſi poſt eum, ſententia.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tertia eſt. Nos concedere vnum & idem corpus ſimul & ſemel locos plures ac diuerſos obtinere. Id enim conſtanter negamus, veſtrique dogmatis inſaniam hoc nomine execramur, quòd contra immotum principium, Omne corpus Phyſicum (quale Chriſtus aſſumpſit) in vno tantùm loco, actu & circumſcriptiuè conſiſtere, Corpus Chriſti* κατ᾽ ὀυσίαν *eſſe* πολύτοπον *ſtatuatis, dum illud vno, eodemque momento, ſine motu locali, ſimul pluribus in locis, nimirum in cælo, atque in manibus Sacrificulorum Miſſas adminiſtrantium, corporaliter contineri fingitis.*

ANASTASIVS CARMELITA.

69. §. 1. Rurſus vt diſputationem aliò trahas, incidens, quod ex ſermone effluxit, velut propoſitæ materiæ ſubiectum arripis. Ex D. Iuſti-

Digitized by Google

no quæſtione Orthod. 76. ex D. Chryſoſtomo, Theophylacto, Euthimio in Matthæum, Ex Euſebio Emiſſeno, Paradiſi appellatione dixi Chriſtum ad latronem intellexiſſe non Paradiſum cæleſtem, ſed terreſtrem. Inibi animam latronis conſtituiſſe, dum ipſe in anima deſcenderet in infernum. Animam verò Chriſti, nō potuiſſe loco illo ſic aſtringi, quin poſſet inde deſcendere in infernum. Dixi, nec mentitus ſum, vos *concedere*, ſed ex ſuppoſitione, nempe, *dato ac conceſſo, quòd duo corpora ſe penetrando, vnum & eundem locum ſimul & ſemel occupent, nihil difficultatis remanere, quin etiam vnum & idē corpus ſimul & ſemel obtineat diuerſos locos.* Quod vnum fuit incidens ad propoſitæ quæſtionis ſtatum & caput. Neque porrò falſitatis me arguere iuſtè potuiſti. Alioqui, cur cum Philoſophis negatis poſſe dari penetrationem, id eſt poſſe fieri vt duo corpora ſimul & ſemel, vnum & idem locum obtineant? Cur reclamante Euangeliſta negatis Chriſtum ad diſcipulos ianuis clauſis ingreſſum fuiſſe? Cur nonniſi reuoluto lapide, è ſepulchro egreſſum? Cur reclamante D. Paulo Hebr. 4. negatis eum cælos penetraſſe? Cur nonniſi effractis virginis matris pudicitiæ clauſtris, enixum mentimini? nonne, quia ſi iſtud concederetis, admitteretis quoque illud? Nempe vnum & idem corpus ſimul & ſemel plures locos poſſe obtinere? Non igitur falſa fuit hæc mea aſſertio.

2. *Noſtri autem inſaniam eſſe dogmatis, quòd contra immotum principium Phyſicum corpus Chriſti ſtatuamus vno & eodem momento ſine motu locali, ſimul in pluribus locis.* Quia iſtius loci non ſit hæc diſputatio, quæ integrum volumen poſtularet, paucis tantùm

reſpondeo. Nos non inſanire, niſi poſt Chriſtum, qui dixit, *hoc eſt corpus meum*. Corpus quod dedit manducandum ſuis Apoſtolis plures locos partiales obtinentibus. Corpus quod pro nobis tradendum inſinuabat, aſſerebat. Corpus quod vere cibum antea promiſerat futurum. Corpus, quod aſſúpſerat de virgine matre. Corpus quod dabat non, *contra*, ſed ſupra Phyſicum principium. Supra, non, *immotum*, ſed ab eo, qui naturam omnem mutare poteſt, motum, mutatumque. Et vt aliquid dicam de principio, quod attingis; quia placet modeſtiæ tuæ, audi nos, poſt Chriſtum, aduerſus hoc principium inſanientes. Itaque Chriſtus Matthæi, 19. *Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico vobis, facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum cælorum*. Ad hæc ſtupent ac mirantur qui aderant. Colligunt ex dictis Chriſti diuitem minimè ſaluari poſſe. Nam, cùm iuxta principium Phyſicum impoſſibile ſit Camelum, id eſt, animal ſic dictum, vt quibuſdam placet, vel, vt receptior eſt ſentẽtia, Rudentem Nauis, corpus Phyſicum tranſire per locum ſibi non proportionatum, hoc tamen illo facilius eſſe diceret Chriſtus, Inde colligebant diuitem numquam ſaluandum. Nam ſi quod factu facilius eſt, impoſſibile ſit, & id quod eſt factu difficilius, impoſſibile quoque erit. Ad hæc quid Chriſtus? *Apud homines hoc impoßibile eſt, apud Deum autem omnia ſunt poßibilia*. Hoc autem, quid demonſtrat? *Camelum* poſſe *tranſire per foramen acus apud homines eſſe impoßibile*. Alioqui credebant antea diuitem poſſe ſaluari. Neque verò negabis diuitem poſſe intrare in regnum cælorum. Verumtamen

Digitized by Google

tamen Chriſto faciliùs eſt camelum tranſire per foramen acus, quàm illud. Quare, ſi diuitem intrare in regnum cælorum poſſibile eſt, & Camelum per foramen acus tranſire, quod eſt faciliùs, poſſibile eſt. Quando igitur contingit diuinâ potentiâ Camelũ tranſire per foramen acus, locum minimè ſibi proportionatum, ecquis locus tuo principio, tuæ circumſcriptioni? Manet ne immotum tuum principium? Quis dicet? Nemo me hercle. Ergo motum fuit, atque diuinæ ceſſit potentię. Iſtud porro reiipſius ſeu corporis, *immutatâ naturâ*, licet moto principio Phyſico. Qui fieri poteſt? Manet enim Camelus integer. Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum omnia ſunt poſſibilia. Veritati Chriſto dicenti credimus. Minimè diſputamus. Verumtamen quantum fieri poteſt explicamus. Exemplis inſtructi docemus Deum ſine præiudicio ſpeciei creaturæ, auferre poſſe ab eâ ſecundarios ſuos actus. Ignem ſine calore eſſe, ne quidem virtute diuina fieri poteſt, niſi verò eius mutetur ſpecies, ne autem ſplendeat, ne vrat, qui ſunt ſecundarij eius actus, manãtes è ſecundarijs eius qualitatibus, fieri poſſe ſine præiudicio ſpeciei eius, ex ſcriptura didicimus, Exod. 3. 4. Regum 2. Danielis. 3. De ratione corporis mathematici, ſeu quantitatiui, vt verbis vtamur Scholaſticorum, eſt, vt faciat quãtum. Adeò vt ne virtute quidem diuinâ fieri queat, vt corpus, quod eſt altitudinis, latitudinis, profunditatis quinque pedũ, niſi eius ſpecies mutetur, altitudinem, profunditatem tantam non habeat. Ne autem circumſcribatur loco, ne locum occupet, quia ſunt ſecundarij actus quantitatis, virtute diuinâ fieri poſſe abſ-

que mutatione ſuæ ſpeciei ac quantitatis credimus, docemus, & ex ſacrâ Scripturâ didicimus. Alioqui, ne mihi dicas *Camelum poſſe tranſire per foramen acus*, ſaluâ eius ſpecie, locum ſibi minime proportionatum, etiam virtute diuina; & mentitum Chriſtum, imò inſanire, pro tua modeſtiâ, qui dixit, *apud homines hoc quidem impoſſibile eſſe, apud Deum autem omnia poſſibilia*. *Aſſumpſit* (inquis) *corpus Phyſicum*, concedimus, ſed ſupra corporis Phyſici naturam, quando & quomodo vellet nobilitandum, perficiendum Phyſicum corpus: à quo corporis Phyſici imperfectiones, quãdo & quomodo vellet, auferret. Corpus autem Phyſicum, aliud non poſſe penetrare imperfectio eſt. In pluribus locis eſſe non poſſe, altera imperfectio. Corpus Phyſicum, quod tamen quando voluit, inuiſibile reddidit. Cùm poſt reſurrectionem ſtatim huic vel illi loco præſens eſſet, cedo, quo motu mouebatur? motu ne locali? Cur ergo non viſus eſt moueri ab iis, qui in vicis & plateis vrbis Hieruſalem erant? Nam videri & videre corporum eſt Phyſicorum, & de ratione principii Phyſici immoti. Neque iuxta principium Phyſicũ minùs repugnat colorem à corpore Phyſico abeſſe, quàm idem quantitate minimè affectum & donatum eſſe. Attamen cùm poſt reſurrectionem, in vno loco, & poſtea in altero præſens appareret, nemo eum, niſi quando voluit, vidit moueri de loco in locum motu Phyſicali, locali. Igitur motum erat principium Phyſicum. Olim Marcion, ob eam cauſam Chriſtum putauit verum corpus, veram carnem non habuiſſe. Sentis idem? Non crediderim.

Ve-

Verumtamen aut verum corpus non habuit, aut non immotum remanſit, in eius corpore, principium Phyſicum.

Quando in cælum aſcendit, non etiam corpore aſcendit? ſi immotum manet principium Phyſicum, graue erat corpus Chriſti. nullum graue fertur ſurſum naturaliter, & iuxta immotum principium Phyſicum, niſi violenter. Credis violenter ſurſum Chriſti corpus latum fuiſſe? Non mihi perſuaſero, motum igitur erat principium & de graui, leue factum. Principium eſt Phyſicum, *omne tangibile eſſe corruptibile*. Non credis poſt reſurrectionem corpus Chriſti incorruptibile? Et corpora noſtra incorruptibilia erunt; quomodo ergo corpus Chriſti tangibile fuit? Nam *palpate* (inquit) *& videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa nō habet ſicut me videtis habere*. Non igitur remanſit immotum principium in eius corpore, Phyſicum.

Verùm, quò rapior? *Ex Philoſophorum ſemine & noſtram hanc nouitiolam paraturam viri quidam ſuis opinionibus ad Philoſophicas ſententias adulterarunt*, ait Tertulllianus lib. Apologet cap. 47. *Deq́, Philoſophorum ingenijs, omnis hæreſis animatur & ſubornatur*, ait idem lib. præſcript. cap. 7. *Atque hæreticorum Patriarchæ philoſophi.* Idem Tertull. lib. aduerſ. Hermog. cap. 8.

Verumtamen Phyſicum iſtud eſt. *Locus, eſt ſuperficies concaua corporis continentis.* Iſtud quoque Phyſicum. *Omne corpus, eſt in loco, atque in eo continetur.* Iſtud denique, ſupra *vltimum cælorum nullus eſt locus, nulla ſuperficies concaua*. Iſtud Chriſtianorum eſt, ſupra omnes cælos Chriſtum aſcendiſſe, ſedem Beatorum ſupra omnes cælos eſſe. Corpora exempli gratiâ ipſum Chriſti corpus ſupra omnes cælos exiſte-

Digitized by Google

exiſtere. Corpus Phyſicum latum, magnum, profundum Chriſtus ſupra cælos euexit. Supra omnes cælos, vt dictum eſt, nullus eſt locus. Quomodo ergo Chriſti corpus non in loco eſt? in iſtis, Magiſter Ioannes, iube tacere rationem humanam, Phyſicam, Philoſophicam, vt intelligas quàm parum modeſtè ſcripſeris nos inſanire, Nos? imò ipſum Chriſtum. Quo cum malumus,
Ioan. 11. & 14. inſanire, quàm vobiſcum ſapere. *Ego* (inquit) *ſum veritas*. Veritas mentiri, inſanire non poteſt. Veritas dixit, *hoc eſt corpus meum*. Credimus ergo quicquid Phyſica ratio in contrariũ obducat cæca. Sed redeat, vnde digreſſa oratio. Itaque D. Iuſtinus martyr D. Chryſoſtomus, Theophilactus, Euthimius, Euſebius, Emiſſenus Paradiſi nomine de quo Chriſtus ad latronem, cenſent Paradiſum terreſtrem Chriſtum innuiſſe. Tu ſi potes eorum ſententiam euerte, oſtende nomine Paradiſi intellexiſſe ſedem in cęlo beatorum, & demonſtraueris, illâ ipsâ horâ, quâ latroni locutus eſt Chriſtus, in cælum aſcendiſſe.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Quarta, quòd Chriſtus cùm reſponderet ſupplicationi pij latronis*, Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiſo, *appellatione Paradiſi*, ſuum conſortium intellexerit, & vbi Chriſtus, ibi ſit Paradiſus. *Ex quâ aſſertione ſequitur duos latrones tunc fuiſſe in Paradiſo, quum à Pilati ſatellitibus cum Chriſto crucifigebantur, ac Chriſtum inani promiſſione pium latronem lactaſſe, nec euentum ipſius exſpectationi reſpondiſſe, quam hoc voto declarauerat*, memento mei, cùm veneris in regnum tuum.

ANASTASIVS CARMELITA.

70. §. 1. Lector? quàm acutum, quàm ſublime huius

huius hominis ingenium? Diuum Auguſtinum, venerabilem Bedam, mentis acie, rationum firmamentis non ſuperat, non eos longo poſt ſe interuallo relinquit? Sancte Auguſtine, venerabilis Beda, hoc nos docetis, Chriſtum nempe, Paradiſi appellatione, ad latronis p.j ſupplicationem, *conſortium ſuum* ſignificaſſe. Si iſtud, non igitur ſequitur. *duos latrones in Paradiſo fuiſſe? Non ſequitur Chriſtum inani promiſſione pium latronem lactaſſe, euentum ipſius expectationi non reſpondiſſe?* Nam non præſentes aderant Chriſto, non iam eius conſortio fruebantur? Quid vos ad hæc? Quid? hunc remitte ad ſcholas, vt ibi ingenij ſtupiditatem feliciore ſtudio acuat. Non vbi Deus, ibi Paradiſus? Non Deus vbique? Ergone ſequitur, vbique eſſe Paradiſum? mortales adhuc viuentes in Paradiſo eſſe? Eſt enim Deus in terra. Eſt & in inferno. Ergone damnati exiſtentes in inferno, in Paradiſo ſunt? Nam Deum ſemper præſentem habent, dicente pſalto. *Si aſcendero in cælum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades.* Nobis ſæpe conſortium ſuum ſupplicantibus promittit, Ergóne inani nos lactat promiſſione, & euentus numquam expectationi noſtræ reſpondebit? Non ſunt hæc abſurda Pſal. 135.

Quæ deſrænato voluuntur in æquora curſu?

Quid igitur, vt rem attingamus? Conſortium nobis gloriæ in cælo promittit; In terra conſortium gratiæ ſuæ, quod iræ ac vindictæ exhibet reprobis, quod præſentiæ ac prouidentiæ omnibus creaturis. Vt idem de Chriſto iudicemus. Siquidem ſuum pio latroni gloriæ conſortium promittebat, conſortium glorificati poſt reſurrectionem corporis; conſortium beatæ ſuæ animæ,

quod

Digitized by Google

quod ipſi & impio latroni in cruce, afflictæ animæ ſuæ ſimul & corporis ſui, exhibebat. Conſortium tandem longè felicioris ſtatus, quàm Matthæi. 17. vidiſſent ac guſtaſſent. D D. Petrus Iacobus & Ioannes, in ipſo monte Thaboris. Quod quidem cōſortium, nonniſi, quando, vbi, & quibus vult exhibet. Tu ergo aliò quære quartam falſam aſſertionem. Non enim tales exponimus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Quinta eſt, hanc veſtram traditionem*, Chriſti animam poſt ſeparationem à ſuo corpore, in infernum deſcendiſſe, nec Beatitudini ac gloriæ ipſius, nec ſacræ Scripturæ repugnare. *Non enim in* Coloſ. 2. *inferno, ſed in cruce Redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum de morte ac hoſtibus infernalibus coram toto mundo, palàm triumphaſſe, his verbis innui*, Qui condonatis vobis omnibus peccatis, Chyrographum, quod aduerſum nos erat cruci affixum è medio ſuſtulit, & exſpoliata imperia, ac poteſtates traduxit confidenter, palàm de illis triumphans, in ea, *ſcilicet cruce, aut, vt vetus vertit interpres in ſemetipſo*, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

71. §. 1. Chriſtum in infernum deſcendiſſe, non eſt traditio tantùm noſtra, ſed diuinæ Scripturæ. Nam pſal. 15. *Animam ſuam non derelictam in inferno*, 1. Pet. 3. Chriſtus aſſerit. D. Petrus, *in quo* (inquit) *veniens, ijs, qui in carcere erant prædicauit*. Nec nos mouent impiæ veſtræ expoſitiones, ad hæc & ſimilia teſtimonia. Quî ſic? Quoniam, *materia ſapientiæ ſecularis, temeraria eſt diuinæ naturæ & diſpoſitionis interpres*. Quoniam, *à diabolo, cuius ſunt partes interuertendi veritatem, intellectus ſcripturarum aliquando interpretatur*,

Tertull. lib. præſcript. cap. 7. & 4.

Digitized by Google

tur, qui & ipſas quoque res Sacramentorum diuinorum in Idolorum myſterijs æmulatur. Ne longiùs abeamus. Ad hæreſim ſiquidem veſtram fulciendam aſſumis teſtimoniũ D. Pauli ad Coloſſenſes. 2. capite, atque, vt ex duodecim articulis fidei, quos perpetuò credidit Eccleſia, vnum auferas, vndecim tantùm conſtituas, inuitis etiam Apoſtolis. Coloſ. 2.

Fatemur Chriſtum *in cruce, in ſemetipſo palàm triumphaſſe de hoſtibus*; fatemur *Chyrographum decreti, quod erat aduerſum nos deleuiſſe, cruci adfixiſſe*. Nam, vt Propheta Eſaias, *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros portauit*. Fatemur *expoliaſſe principatus & poteſtates*. Verùm decretum illud nobis contrarium, non ſolùm nos morti addixerat, ſed etiam deſcenſui ad inferos. Quâ de causâ, quemadmodum neceſſe fuit, vt moreretur, vt nos à morte redimeret, ſic, vt ad inferos deſcenderet, vt nos à deſcenſu ad inferos redimeret. Fatemur Chriſtum ſufficienter nos redemiſſe in cruce, & ſufficienter Dæmones ibidem expoliaſſe, ſed conueniens fuiſſe, vt in inferos deſcenderet, quò efficaciter eos ſuo deſcenſu expoliaret. Eſa. 53.

Mors Chriſti cauſa eſt vniuerſalis ſalutis omnium hominum. Cauſa autem vniuerſalis debet applicari ſingulis effectibus per aliquod ſpeciale. Viuentibus ergo applicatur per ea Sacramenta, quæ nos ei configurant. Tunc autem mortuis applicanda fuit per eius deſcenſum ad eos. Quid quòd ſic ei placuit? Vnâ ſiquidem actione, vt pote emanante à perſonâ infinitâ & infiniti meriti, poterat nos omnes redimere, vnico vnius flagelli ictu, quot tamen ſuſtinuit? quin & ipſam crucem ac mortem. Nihil ad ſalutem noſtram contulit eius Reſurrectio? D. Thomas 3. p. quæſt. 52. art. 1. & quæſt. 1. art. 4.

nihil

Rom. 4. nihil eius aſcenſio? Ergo perperam Apoſtolus,
Ioan. 16. qui dicit? *Traditus, eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram*. Chriſtus? *Expedit vt ego vadam, ſi enim non abiero Paracletus non veniet*. In cruce ergo pretiũ redemptionis ſufficientiſsimè exoluit. In cruce remediũ ſuffiiciẽs exhibuit, quò peccata delerentur, nõ tamen efficaciter deleuit. In cruce Dæmones ſufficienter expoliauit, deſcẽſu ſuo ad infernum, efficaciter. Sic nec medicina, licet ſit ſufficiens, infirmum, ægrotumque ſanabit, niſi eidem quoque applicetur. Ex parte Chriſti, quot eius actiones, tot cauſæ noſtræ ſaluationis, ex parte noſtra alias eſſe voluit. Sic ſuam paſsionem valituram ad ſalutem voluit, ſi modò per fidem, ſpem, charitatem & obedientiam nobis applicari ſtudeamus. Sed vt ad tuam comparationem deſcendam de Imperatoribus Romanis victoribus: quæſo, ſi ſuos erepturi in ipſos carceres deſcendiſſent, hoccine repugnaſſet eorum gloriæ ac Maieſtati? ſuas faſces eouſque demiſiſſe, ſuo ſplendori nubem dedecoris offudiſſet? Aut talis dignatio, apud omnes non eis maioris laudis ac gloriæ cauſſa fuiſſet? Non igitur repugnat Scripturæ ſacræ Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, ſed ei conuenit, quemadmodum hîc & ſuperiore libro docuimus, & paulò inferius oſtendemus.

Non etiam iſta vltima Chriſti pendentis in cruce, verba. *Conſummatum eſt*. Hoc enim iſtis ſignificabat, nempe paſsione ſuâ omnia præcepta veteris legis ad cumulum compleuiſſe.

Moralia per dilectionem quâ patrem dilexit. Vnde ſuis, *vt ſciat mundus quia diligo patrem & ſicut mandatum dedit mihi, ſic facio*. Per dilectionem,

quâ

Digitized by Google

quâ nos etiam dilexit. *Dilexit enim nos & tradidit ſemetipſum pro nobis.* Ioan. 14. Galat. 2.

Cæremonialia, atque ea maximè, quæ ad ſacrificia & oblationes ordinabantur, idque ſummo illo ſuo ſacrificio in cruce, ad quod illa omnia ſacrificia & oblationes, tamquam vmbræ ad corpus dirigebantur. Quâ de causâ factum, vt Apoſtolus dixerit. *Nemo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei, aut Neomenia, quæ ſunt vmbra futurorum; corpus autem Chriſti*; in eos, qui ſacrilega mente volebant ſeruari veteris legis ſacrificia & oblationes illas. Cùm tamen corpore adueniente, vmbram recedere oporteret. D. Thomas 3. quæſt. 47. art. 2. ad 1. Coloſ. 2. Pſal. 68.

Iudicialia, quæ præſertim ordinabantur ad ſatisfaciendũ iniuriam paſſis. Quare idem Chriſtus, *Quæ non rapui, tunc exoluebam*, nimirum in cruce pendens ac moriens. Quid iſta obſunt, ne credamus Chriſtum realiter in anima ad inferos deſcendiſſe? Non erant adhuc alia quædam implenda, non modo ſuâ paſſione, ſed alijs etiam actionibus, in quibus deſcenſus eius ad inferos? Non prædictum de eo? *Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.* Ad quod teſtimonium Caluini expoſitionem, in libris ſuæ inſtitutionis, ne teruntio quidem æſtimamus; quia ad nihil valet, quàm ad euertendam veritatem huius articuli fidei, quia à deſertore fidei, refuga veritatis profecta. Zachar. 9.

POLYANDER CALVINISTA.

1 *Sexta*, ſacram Scripturam Chriſtum victorem ac triumphantem *introducere, pſal. 24.* Sic ipſos dæmones alloquentem eiſque imperantem. Attollite portas, Principes, veſtras, & eleuamini por-

Digitized by Google

tæ æternales, & introibit Rex gloriæ. *Quem locum à Græcò interprete inſcitè corruptum Hieronymus rectè tranſtulit iuxta textum Hebraicum*, *nimirum*, leuate portæ capita veſtra, & eleuamini ianuæ ſempiternæ, & ingredietur Rex gloriæ. *Hinc liquet Regis Dauidis ſermonem non conuerti ad Dæmones inferni Principes, ſed primâ ſignificatione ad portas templi Hieroſolymitani, q. d. Portæ attollite veſtra limina ſuperiora (quæ capita appellat) & vos reddite vobis ipſis maiores, vt in templum ſuum ingredi poßit Rex regum & Dominus dominantium. Secundâ verò, atque allegoricâ ad corda fidelium, quæ portæ ſunt templi ſpiritualis, q. d. Corda veſtra ſurſum erigite, deoque in Eccleſiam ſuam ingreſſuro aditum patefacitis*, &c.

Anastasivs Carmelita.

72. ſ. Et quidem ſcio, quoſdam eſſe. 1. qui literaliter velint vocem eſſe Regij vatis opponentis Rabbinis Templi Salamonis, portarum eius ædificationem ac ſtabilitatem, diuturnum fixumque harum & illius ſtatum, comparatione factâ ad inſtabilitatem Tabernaculi Moyſaici, quod hactenus fuerat ſine certâ ſede, ſtatim in Silo, ſtatim in Gabaon, nunc in Nobe, vt etiam ſubinde arca locum mutaret.

3. Quoſdam qui ſimpliciùs de Eccleſiâ interpretentur, vt ſit eiuſdem Prophetæ, ſeu etiam Apoſtolorum vox, vel ad Principes & Magiſtratus populorum, velint Chriſto & eius Euangelio locum dare, eique ſua capita, ſuas faſces ſubmittere: fore, vt qui id fecerint, ſint in cælum aſcenſuri. In his D. Auguſtinus in eum Pſalmum. Vel ad Iudæos, vt ſi ſuam ſuperbiam, auaritiam, cupiditatem relinquerent. Tres enim portas eſſe, quibus in infernum miſeris datur ingreſſus.

Ele-

Digitized by Google

Eleuẽt portas, *portas æternales*, nempe ampleĉtentur, colant fidem, ſpem, charitatem, quibus velut portis Chriſt⁹ in ſuam ingreditur Eccleſiam.

3. Quoſdam, qui dicunt eſſe vocem Angelorum bonorum, primò ad Dæmones, Principes & Poteſtates, aduerſus quas nobis colluĉtatio. In his D. Hieronymus ipſe, D. Auguſtinus, tom. 4. lib. quæſt. ex vtroque mixtum cap. 103. D. Hieronymus quidem, qui per portas Dæmonum, cupiditatem & timorem. D. Auguſt. autem perfidiã & fallaciam Idololatriꝗ, per portas ęternales, fidem, ſpem & charitatem interpretantur.

Secundò earumdem bonorum Angelorũ vocem, itemque piarum animarũ Chriſtum ſuâ ad cęlum aſcenſione concomitantium ad Angelos, qui in cælo conſiſtebant, & ſemper in eo manſerant. Et Septuaginta per hipallagen, hunc ſenſum ſequuti explicantes Proſopopæiam, volunt eſſe Apoſtrophem ad Angelos cæli Principes, cuſtodes & quaſi atrienſes, per quorum cuſtodiam conſcendimus ad cæleſtes ſedes, vt ipſi aperirent portas, quarum cuſtodes conſtituti erant. Nam à tempore, quo Adam peccauerat portæ Paradiſi clauſæ manſerant. In huius rei myſterium Angelus cum ignea Romphæa ante Paradiſum fuerat poſitus vt prohiberet ingreſſum. Ita D. Dyon ſius Areopagita in lib. Hierarchiæ cæleſtis, D. Iuſtinus martyr contra Tryphonem Iudæum. D. Hieronymus in hunc. 23. Pſal. Tertull. lib. ſcorp. aduerſus Gnoſticos, c. 10.

4. Quoſdam, qui Chriſti vocem eſſe aſſerant, primò ad Angelos, principatus & poteſtates cælorum in ſuâ aſcenſione. Secundò ad Dæmones, Principes & Poteſtates tenebrarum, in

Digitized by Google

& aperiam tibi theſauros obtenebratos, & inuiſibiles oſtendam tibi, addens. *Infernum ſic vocat. Nam quamuis infernus eſſet, animas tamen tenebat ſanctas, & vaſa pretioſa Abraham, Iſaac, & Iacob. Propter quod theſauros vocat: obtenebratos autem, quia nondum ſol iuſtitiæ ibi fulſerat, neque de reſurrectione ſermones prædicarat.* Has non euertes aſſertiones. Nec probabis ex iſtis Chriſti ad pium latronem verbis. *Hodie mecum in Paradiſo*, illâ horâ Chriſtum in cælum aſcendiſſe, & proinde non deſcendiſſe in infernum. Patrum aſſertionem non conuenire cum ſacrâ Scripturâ, nec cum fidei Analogiâ. Non data tibi aduerſus veritatem tanta facultas; ſed hîc in tuo ſpolieris cœmeterio, nudus in ignota

—— *Iacebis arena.*

CAPVT XXII.

Hæretici deprauant & adulterant ſcripta veterum Patrum, eorum ſenſum torquent. Non omnes animæ illico ac è corporibus euolarunt, cœlo recipiuntur.

POLYANDER CALVINISTA.

1. SEptima, ais, *Tametſi* morituri eadem Chriſti prece vtamur. *Deóque Patri ſpiritum, animas noſtras commendemus, eas tamen* in infernum deſcendere, vt ibi pœnas luant pro menſurâ & qualitate ſuorum peccatorum. 2. *Quare vt ſupra in refutatione primi tui axiomatis ex manifeſtiſſimis ſacræ Scripturæ locis contrarium oſtendi, Iuſtorum animas poſt ſepara-*

parationem à ſuis corporibus in cæleſtes ſedes remigrare, vt illic primitijs fruantur quietis, conſolationis ac beatitudinis æternæ, ſic idem ex vnanimi præcipuorum Patrum orthodoxorum hâc de re ſententiâ paucis demonſtrabo.

ANASTASIVS CARMELITA.

73. §. 1. Non ſimpliciter & abſolutè dixi pag. 44. & 45. poſtquam Deo Patri ſpiritum, animas noſtras morituri commendauimus, nos deſcendere in infernum, ſed non obſtare, etiam ſi eâdem, quâ Chriſtus vſus prece paulò antequam moreretur, vtamur, quin ibi deſcendamus, luituri pœnas pro qualitate delictorum noſtrorum. Non eſſe neceſſe, vt illâ ipsâ horâ in cælum aſſumamur. Oſtenderem vim argumenti tui nullam eſſe, perperam fulciri iſtis Chriſti ad Patrem verbis, *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.*

2. Quid verò ſupra oſtendiſti? Ex Scripturæ ſacræ teſtimonijs contrarium? Contendiſti quidem oſtendere, ſed tuâ causâ cecidiſti, tuo ſtudio. Nænias tantum tuas voluiſti confirmatas, ſed tuo curru deiectus es. Neque enim, illa Scripturæ ſacræ oracula tuæ impietati patrocinãtur. Oſtendiſti, vt ſtupent

—— Multo corda ſepulta mero.

3. Paucis Orthodoxorũ præcipuorum Patrum hâc de re ſententiâ demonſtrabis. Faceres ſi tua

Carmina, vel cælo poſſent deducere Lunam.

Quin potius, vide quàm fruſtra, nec paucis, vt ſpondes, ſed totis tredecim paginis, patrum ſententiâ abuteris. Primò ſiquidem, Patres non loquuntur de ijs, qui ante Chriſti aſcenſionem, quæ nonniſi à quadrageſimo die ſuæ reſurrectionis fuit Act. 1. Secundò Patres, vt ſuperiore libro docui, vnanimi conſenſu, fatentur Chriſtum deſcen-

Digitized by Google

deſcendiſſe ad inferos. Neque verò hoc negaſti, tantùm voluiſti eorum ſententiam repugnare ſacræ Scripturæ, nec conuenire cum Analogiâ fidei. Contrarium demonſtraui. Nunc prætendis eoſdem patres alterius ſententiæ, voluiſſeque Chriſtum non in infernum deſcendiſſe, ſed in cælum hâc ipſâ horâ, quando dixit pio latroni, *hodie mecum eris in Paradiſo*, & ad Patrem. *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, quandoquidem velint ſanctorum animas illico vt è corporibus diſceſſerunt in cælũ euolare, vt nempe ſibi fuiſſe contrarios ſtatuas. At allucinaris, & cartã fruſtra cõmaculas, vt nunc oſtendam. Tertiò quia Patres, non de omnibus & ſingulis ſine diſcrimine loquuntur, ſed ciuiliter ſint interpretandi. Et ſi verò concederem, nihil tamen ad quæſtionis inſtitutæ propoſitum. Nam, vt dixi, non de ijs, qui aſcenſionem præceſſerũt loquuntur. Atque hoc mihi ſufficeret ad ſolutionem eorum omniũ, quę ex illis in medio adducis. Verùm ne me effugia, captare putet lector expedamus quò fieri poterit paucioribus illas eorũ quas adducis auctoritates.

Itaque quæ ex D. Iuſtino ſeu auctore quæſtionum Orthodox. quæſt. 75. D. Gregorio Nazian. in Epitaphio Cæſarij adducis, de valdè bonis & valdè malis, non autem intermedijs intelligẽda veniunt. Quoniam autem nemo noſtrûm certò ſcire poteſt quiſnam in tantâ integritate diſcedat & illico cælo recipiatur: hinc factum, vt D. Gregorius Nazianzenus in eadem oratione, pro Cæſario fratre, oret, *vt Deus in ſuam tutelam & cuſtodiam eius animum ſuſcipere dignetur.*

Eodem ſpectant quæ ex D Athanaſio refers lib. de Virginitate. Neque tamen ſatis fideliter,

Digitized by Google

nam non conſtruit eo modo, quo tu. Ille enim ſic, vbi docuit duas vias nobis eſſe propoſitas, vitę ſcilicet & mortis, ac penes nos eſſe, vitam vel mortem nobis conquirere; mundum mortem eſſe, vitam iuſtitiam, atque iſtas duas vias longè inter ſe differre, *ſi igitur ambulas in mūdo, in morte ambulas & extra Deum ſecundùm ſacram Scripturam. Quòd ſi in iuſtitia, in vita ambulas;* Tu verò ſic iternis. *Quòd ſi in iuſtitia ambulas in hac vita, nequaquam te mors attinget.* Vbi D. Athanaſius vitam pro ſpirituali vitâ & rectitudine vitæ, Polyander, pro vitâ hâc quâ viuimus temporali. Lector numquid verum iſtud D. Hieronymi? *Vitioſum genus docendi, deprauare ſententias, & ad voluntatem ſuam ſcripturam trahere repugnantem.* Non Polyandro hoc hic cōtigit. Sed & ſi placebat ei hâc diui Athanaſij, quæ de valde perfectis & iuſtis eſt, ſentētiam adferre, cur eius, eodem libro de Virginitate, ſiluit fidem de Chriſti deſcenſu ad inferos? & quę huius loci pręcipua & fundamentalis diſputatio eſt? *Bonum eſt* (ait) *memorem eſſe duodena hora, quòd in illâ Dominus ad Orcum deſcenderit, qui conſpecto eo inhorruit, dicens, Quis eſt iſte, qui cum auctoritate & ingenti poteſtate deſcendit? Quis eſt iſte, qui de cælo deſcendens, & crucifixus à me, quum ipſa mors ſim, domitus non eſt? Quis eſt iſte, qui portas æreas inferni confregit, & vectes adamantinos contriuit? Quis eſt iſte, qui ſoluit vincula eorum, qui à me detinebantur? Quis eſt iſte, qui ſua morte meipſam mortem demolitus eſt?* Quid cenſes ad tantam pro Chriſto tubam? non tinniunt tibi aures ambæ?

D. Athanaſius lib. de Virgini.

Cæterùm eodem ſpectant quæ ex D. Chryſoſtomo habes homilia. 21. in acta Apoſtolorum. Quò loci, neſcio quâ fronte eius ibi taceas mentem, ſi tamen legeris. Ibidem enim abundè ſuam

ſuam intelligentiam aperit, & vbi inuitauit ad preces, oblationes, eleemoſynas, pro defunctis faciendas. *Non fruſtra* (inquit) *oblationes pro defunctis fiunt, non fruſtra preces, non fruſtra eleemoſyna. Hæc omnia ſpiritus diſpoſuit volēs, vt mutuum nos iuuemus.* Et paucis interiectis. *Ne dubita, quia erit aliquis fructus ſuauis. Quis autē ille ſit fructus ſuauis, pro defunctis*, paulò ſuperius ſignificauerat, nempe quòd ſit ereptio à morte & conſolatio, atque addit. *Non temerè Diaconus clamat, Pro his, qui defuncti ſunt in Christo, & pro his, qui illorum memoriam faciunt.* D. Chryſoſt. hom. 21. in Acta.

Quid eſt, quòd eundem profers homilia. 69. ad populum, quando ibi totus eſt, vt oſtendat mortuos non eſſe lugendos Chriſtianis, more Idololatrarum, qui ſpem reſurrectionis non habent, ſed eleemoſynas, officia pro eis præſtita multum illis prodeſſe? *Excogitemus aliquid ſolatij; minimum quidem, attamen clamemus. Qualiter & quonam modo? Orantes & alios precantes, vt pro eis deprecentur, pro eis pauperibus continuè largientes. Habet hæc res aliquam conſolationem. Audi namque Deum dicentem. Protegam ciuitatem iſtam propter me & propter Dauid ſeruum meum. Si iuſti dumtaxat memoria tantum potuit, cum & opera pro ipſis fuerint, quantum non valebunt? Non temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, vt in tremendis myſterijs, defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Cùm enim toties conſtiterit populus extenſis manibus, ſacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur ſacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes? Sed hoc quidem de his, qui in fide migrauerunt.* Ad hæc & ſingula teſtimonij tanti viri, non emendaris? Sententiam non mutas? Audis pro defunctis orari, Euchariſtiam ſacrificium eſſe tremendum Idem homil. 69. ad populum Antioch.

pro defunctis, ſanctione Apoſtolicâ celebrari, offerri in Eccleſia ſolitum? Eleemoſynas pro eiſdem factas multum lucrũ, multamque vtilitatem illis adferre? Quæ cùm ita ſunt, non ergo mens eſt. D. Chryſoſtomi, omnes & ſingulos, qui in fide Chriſti migrauerunt, illicò vbi diſceſſerunt, in cælo recipi. Quæſo non

——— *mero ſomnoque grauis titubare videris?*

Idem tom. 3. ſerm. de Euchariſtia.

Siquidem, præmunt quæ tu ex eodem ſerm. de Euchariſtia producis? Quis negat *venturam horam quando theatrum huius vitæ ſoluetur & nullus poſtea certabit? Non futuram poſt finem huius ſeculi negotiationem? Diſſoluto hoc, non dari, mereri coronas?* Nam non ibi, ſed hìc meruerunt, vt ipſis prodeſſent, quę poſt eorum diſceſſum pro eis à viuẽtibus fiunt. Quis negat *hoc tempus eſſe pœnitentiæ, illud iudicij?* Non ideo ibi diuinum iudicium ſubeunt iuxta quantitatem demeriti? Quis neſcit hoc ſeculum *agonum eſſe, illud coronarum?* ſed quis negat etiam ſuppliciorum illud eſſe? Quis inficiatur hoc ſeculum *laboris eſſe, illud relaxationis?* Atque ita vt damnatis nihil relaxationis, ſed ijs, qui in purgatorio detinentur? Quis ignorat hoc ſeculum *eſſe ærumnæ, illud verò retributionis?* Retributionis aut, vel valdè perfectis ſtatim dandæ vel detentis, in purgatorio ad tempus perfectæ purgationis, dilatæ?

Verùm vtinam ſaperes & nouiſſima prouideres. Amabò, quæ facies iſti rei eſſe poteſt, vt velis, in nos valere auctoritatem ſancti huius patris, in alijs autem ibidem contentis, aduerſum vos haud valere velis? Sermone enim illo *Agnum pro nobis immolari in tremendis myſterijs, ſacerdo-*

tem

tem pro nobis angi, ſanguinem ſpiritualem ex ſacra menſa reſlui, Seraphin, adſtare, ſex alis faciem tegentia omnes caleſtes virtutes cum ſacerdote pro nobis intercedere, ignem ſpiritualem è cælo deſcendere, ſanguinem in cratere in noſtram purificationem, ex immaculato latere hauriri, bibi, nec in ſeceſſum, vt calumniamini, *ire*, docet?

Quid etiam prodeſt tuo inſtituto atque obtentui eumdem producere homilia 4. in Epiſtolam ad Hebræos? An non enim ibi vides, *in funere feſtiuas ac ſplendidas lampades, hymnos & pſalmodias, pro defuncto?* Ceremonias Eccleſiaſticas; *ad gratiarum actionem, ad Dei glorificationem?* Ac dicit ideo nos gratias agere, quia *iam coronauit diſcedentem, eumque apud ſe habeat à timore liberatum*. Verùm, mi homo, hæc dicit iuxta morem receptum inter Chriſtianos, iuxta Chriſtianorum loquendi modum, iuxta Chriſtianæ fidei æſtimationem. Nam eum, qui benè & religioſè vixit; eum qui peccata ſua planxit, eadem confeſſus eſt quique in fide Catholica moriens perorauit, non damnatum, ſed beatum iri credit. *His qui in Chriſto ſunt non eſt damnatio*, inquit Apoſtolus. Propterea fit, vt quæ certò habebitur corona, licet necdum adepta & habita, pro iam recepta æſtimetur, habeatur. Atque hac dicendi phraſi diuus Paulus vſus eſt; loquens de ijs, qui Chriſti aduentum præceſſerant. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones.* Qui tamen vt ibidem ſæpe, necdum repromiſſiones adepti erant. *Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.* Adeò vt adipiſcendas, iam adeptas dixerit. Quod enim nobis certò dandum ſcimus, nec nos præteruolatu-

Idem homil. ad Hebræos.

Rom. 8.

Heb. 11.

laturum, quaſi iam adeptum & habitum reputamus.

Hoc ſenſu capienda, quæ ex D. Ambroſio orationibus pro Valentiniano & Theodoſio Imperatoribus. Quid quòd in illis orat pro eis? Nam etſi in obitu Valentiniani dixiſſet, quod tu ex induſtriâ & ſtudiò omiſiſti, *nec nos dubitamus de meritis Valentiniani*; adiunxiſſet. *Iam credamus vel teſtimonijs Angelorum quòd Valentinianus deterſa labe peccati aſcendit, quem ſua fides lauit & petitio conſecrauit. Credamus, quia aſcendit de deſerto*. Præterea: *ſi ſuo, martyres ſanguine abluuntur, & hunc ſua voluntas & pietas abluit*: tamen ſubiunxit. *Date manibus ſancta myſteria, pro affectu requiem eius expoſcamus; date ſacramenta, cæleſtia myſteria. Animam piam matris oblationibus proſequamur*. Spondet etiam ſe eum *omnibus oblationibus frequentaturum.*

In obitu Theodoſij, quid etiam iſtis clarius? *Da requiem perfectam ſeruo tuo Theodoſio. Requiem dico, quam ſanctis tuis præparaſti.*

Eodem ſenſu, quæ ex D. Hieronymo Epiſtola. 3. ad Helyodorū cap. 5. de Epithapio Neopotiani quæ Epiſtola, 27. ad Paulum de Epitaphio Euſtochij, eius filiæ cap. 1. Quæ denique epiſt. 25. ad Paulam, de obitu Bleſillæ, eiuſdem filiæ. Adde quòd eos computat in claſſem valdè Iuſtorum. Si verò diuum Hieronymum, Epiſt. 3. ad Heliodorum legiſti cap. 3. ſinum Abrahæ apud inferos fuiſſe legiſti. *Quod ſi, inquit, Lazarus videtur in ſinu Abrahæ loco refrigerij: quid ſimile infernus & regna cælorum? Ante Chriſtum, Abraham apud inferos eſt. Poſt Chriſtum latro in paradiſo.* Si eumdem Epiſt. 25. c. 3. Legiſti, iſta quoque obſeruaſti, aut ne videres, oculos clauſiſti. Ibi enim iſta patriarchæ Iacob,

Deſcen-

Digitized by Google

Deſcendam ad filium meum lugens in infernum pro vero inferno, non pro ſepulchro. *Necdum* (inquit) *paradiſi ianuam Chriſtus effregerat, necdum flammeam Romphaeam & vertiginem præſidentium Cherubim, ſanguis eius extinxerat. Vnde Abraham, licet in loco refrigerij eſſet, tamen cum Lazaro apud inferos erat.* Quàm ergo à tuâ D. Hieronymi mens diſſidet?

Eumdem adducis in homilia. 4. ad Hebræos. At non legiſti Polyander. Nullas enim homilias habet in Epiſtolam ad Hebræos, tantùm interpretationem quorumdam nominum. Eadem fronte profers D. Chryſoſtomum, quæſtion. 19. pag. 193. At nullum tractatum, hoc nomine, in toto diuo Chryſoſtomo reperies. Non erubeſcis?

Eumdem D. Chryſoſtomum, pag. 200. introducis in hęc verba prorumpentem homil. 33. ad populum Antiochenum, *Non ſinit nos Deus eò decidere, vbi diues ille cruciatur, nec audire verba tremenda, ſed in Abraha ſinum deducit.* Hunc locum aut non legiſti, aut ſi legiſti, inſigni vel ignorantiâ vel malitiâ adulteras. Nam, quæſo, eſt ne eleemoſynâ, Deus, Deus eleemoſyna? Quis ſanus dicet? Quî factum eſt ergo, vt Deum pro eleemoſyna, contra mentem D. Chryſoſtomi vſurpares? In ea enim homilia, eleemoſynæ virtutem ac vires proſequitur, atque ita loquitur.

Hæc lampades noſtras non ſinit extingui, nec ſordidis indutos veſtibus in nuptijs videri: ſed *lauat, & niue mundiores reddit. Si namque fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, Eſaiæ. 1. Non ſinit nos eò decidere vbi diues ille, nec audire verba tremenda, ſed in Abrahæ ſinus deducit.* Lector? huius Miniſtri fidem velut in ſpeculo hîc obſeruas? Nempe, diſplicebat

Digitized by Google

bat ei, bonorum operum valorem ac pretium à D. Chryſoſtomo celebrari ac prædicari. Quid igitur faciet? Correcturus D. Chryſoſtomum,& eadem ſaluâ nobis fucum facturus, maluit pluſquam Circea Metamorphoſi eleemoſynam facere Deũ,quàm eleemoſynę ſua merita tribuere.

Non minore fraude vſus eſt, quando *ſinum Abrahæ* in ſingulari ſcripſit, quum tamen diuus Chryſoſtomus in plurali *ſinus Abrahæ* legat, quò ad hæc Chriſti Ioannis. 14. cap. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt* alluderet. Qua intentione autem hìc rurſus textum eius adulterauerit, ipſe ſatis nouit.

Venio ad D. Cyprianum, quem non puto te legiſſe. Alioqui, cur ei falsò affingis Epiſtolam nonam de mortalitate, cùm de mortalitate nullas habuerit Epiſtolas, ſed librum tantum?

In eo libro eos perſtringit, qui ac ſi nulla illis ſpes eſſet futuræ reſurrectionis, more Paganorum immodico, nimioque fletu mortuos proſequerentur. Immodicum igitur luctum ſuper mortuos vetat, & ſcandalum potiſſimùm vrget Gentilium, ſi quando videbant Chriſtianos atras veſtes induere, non tamen omnem luctum prohibet. Itaque ſic ſcribit: *Mori timeat, ſed qui ex aquâ & ſpiritu ſancto non eſt renatus; hic enim gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat, ſed qui Chriſti cruce & paßione non cenſetur. Mori timeat, qui ad ſecundam mortem de hac morte tranſibit. Mori timeat, quem de hoc ſæculo recedentem perennibus pœnis æterna pœna torquebit. Mori timeat, cui hoc longiore confertur mora, vt cruciatus eius & gemitus interim differantur.* (D. Cyprian. lib. de mort.) Quo in loco. 1. loquitur de ijs, qui baptizati non ſunt. 2. Mortem duplicem, pœnas duplices.

Mor-

Mortem ſecundam & primam. Pęnas perennes, æternas & temporales eſſe ſcribit. Quid inde refers? Purgatorium? At pœnæ, quas poſt mortem patiuntur, qui in purgatorium deſcendunt, ſunt æternę, nec perennes quantum ad ſubſtantiam. Ignis enim eſt æternus, ſed quoad ſupplicium non eſt illis æternus, ſed temporalis. Cruciantur enim tantùm ad tempus aliquod à Deo determinatum, eiuſque iuſtitia. Quod autem ex eo adfers, vel de valdè bonis intelligi debet, vel dictum iuxta receptum ab Eccleſia loquẽdi modum ac morem, quo, vt dictũ eſt, certò adipiſcẽda beatitudo, quaſi [redacted] adepta cenſetur. Solent enim Patres de certò beandis, quaſi iam de beatis loqui. Et quoniam, qui in purgatorio ſunt, certi ſunt de ſuâ beatitudine, hinc eſt quòd de illis, ſicut & de iam beatis, ſcribant. Quare abundè fidem ſuam idem D. Cyprianus aperit lib. 4. Ep. 2. in ordine 52. Antoniano fratri, vbi diſtinguens ſtatum poſt hanc vitam, lapſorum, qui nondum omnem compleuerant pœnitẽtiam peccatis debitam, ſic ſcribit. *Aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad gloriam peruenire: aliud miſſum in carcerem inde non exire donec ſoluat nouiſſimum quadrantem, aliud ſtatim fidei ac virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari & purgari diu igne: aliud paſſione omnia peccata purgaſſe.* Illa Chriſti apud D. Matthæum cap. 5. *Inde non exibis donec ſolueris ad nouiſſimum quadrantem*, de purgatorio interpretatus, quemadmodum poſt eum diuus Hieronymus in Matthæum: diuus Ambroſius in Lucã capite duodecimo. Alludent etiam ad iſta diui Pauli 1. Corinthior. 3. *Saluabitur, ſic tamen quaſi per ignem.* Vt & poſtea Origines homil. 6. in Exodum, & homi-

D. Cyprianus lib. 4. Epiſt. 2.

Digitized by Google

homilia. 8. in Leuiticum. D. Ambroſius, Theodoretus, Oecumenius Commẽtarijs in priorem ad Corinthios. D. Auguſtinus in Enchiridio cap. 69. & in Pſalmum. 36. denique lib. 21. de Ciuitate Dei, cap. 26. D. Gregorius lib. 4. Dialog. cap. 7.

Forſitan aliter D. Cyrill. Alexandrinus, quem producis lib. 12. in Ioan. c. 36. Abſit autem, non enim ita eſt. Nam ibi inuehitur in duos errores infidelium, qui dicebant ac credebant, primò animas defunctorum palabundas verſari in terris, donec terræ, earum corpora fuiſſent mandata. Secundò omnes omnium peccatorum animas, nullis exceptis, ad immẽſi cruciatus locum, id eſt ad inferos deferri. Hos autẽ errores Chriſtum iſtis ad Patrem verbis, *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, refutaſſe, dicit. *Magnum nobis ſpei fundamentum atque Originem præbuiſſe: itinere hoc primùm à ſe præparato omnibus fidem feciſſe in manus patris euolare animas noſtras. Tradidiſſe enim animam ſuam manibus genitoris, vt ab illâ & per illam facto initio, certam huius rei ſpem habeamus firmiter credentes in manibus Dei, nos poſt mortem futuros.* Ex quibus colligis, primò *animas, vbi primùm ſolutæ ſunt à corporibus ſuis, in cælum euolare.* Secundò tantam efficaciam fuiſſe iſtius orationis Chriſti ad patrem, *vt anxiæ animæ fiduciamplenam ſua ex hoc terreſtri in æternum tabernaculum receptionis, ſibi reponere poſſint.*

D. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioannem cap. 36.

Quod ad prius attinet, inde concludi non poteſt. Quia D. Cyrillus indefinitè loquatur, nec de omnibus indifferenter. Certum enim eſt non tantam fuiſſe Chriſti orationis efficaciam, vt eius virtute omnes animæ indifferenter in cælum euolare debeant: alioqui nullæ damnarentur,

tur,

Digitized by Google

tur, nullæ in infernum deſcenderent. Quia non dicit in cælum eas euolare, ſed *in manus Patris*. At in manus eius euolare, poteſt in bonum & malum exponi. In malum: vnde D. Paulus, *horrendum incidere in manus Dei:*. Sic damnati incidunt. Heb. 10. In bonum, quomodo ſanctorum animæ, *Iuſtorum anima in manu Dei ſunt*. Sap. 1. Adeò vt eſſe in manibus Dei, ſit indifferens ad vtrumque ſtatum. Vnde, *In manibus tuis ſortes noſtræ*. Pſal. 30. Quia ſufficiat D. Cyrillo docere paganos grauiter impingere. Nam etſi vera fuiſſent, quæ de animabus ſentiebant egreſſis è corporibus ante Chriſti mortem, tamen poſt Chriſti mortem ac paſſionem iſtis erroribus eorum, nullum locum eſſe. Quòd ad poſterius ſpectat, nec inde quoque educi poteſt. Nam de certitudine ſpei ac fidei tantùm loquitur. Credimus, ac ſperamus virtute Chriſti paſſionis nos in manibus Dei fore, ſi tamen obtemperauerimus eiuſdem mandatis. Ita enim D. Paulus, *factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ*. Hebr. 5. verſ. 9. Vnde D. Auguſtinus. *In hac peregrinatione pignus accepimus, vt iam ſimus lux* Epheſ 6. *Dum adhuc ſpe ſalui facti ſumus, & filij lucis & filij diei, non filij noctis & tenebrarũ, quod tamen fuimus. Inter quos & nos in iſto adhuc incerto humanæ notitiæ ſtatu, Deus ſolus diuidit, qui probat corda noſtra & vocat lucẽ diem & tenebras noctem; quis enim te diſcernit, niſi ſolus Deus?* D. Auguſtinus lib. 13. confeſſ. cap. 14. A cuius ſentẽtiâ ne lato quidem vngue diſcedit D. Cyrill. hoc loco Quocirca vbi D. Auguſtinus pignus nos accepiſſe, & nos adhuc ſpe ſaluos eſſe, dicit; ille, *magnum*, inquit, *ſpei fundamentum atque Originem dedit*. Et rurſus, *certam huius rei ſpem habeamus firmiter credentes*. Et vbi D. Auguſtinus. *Quis enim eſt qui te diſcernit, niſi ſolus Deus?* Quid aliud iſtis,

firmiter credentes in manibus Dei nos poſt mortem futuros? Etenim in manibus Dei factus, qui decedit, *Quis nouit quid de illo cogitauerit Deus?* Verũtamen credimus & ſperamus, quòd ſi in fide, ſpe, & charitate, hinc abierimus, fore vt Deus nobis ſuam gloriam largiatur. Illico vt è corporibus ſolutę animæ noſtræ? Non hoc habet D. Cyrillus, nec oſtendet aliquando Polyander. Neque huius, nec aliorum Patrum ſcriptis ſtatuere poterit fiduciam illam plenam, ac certam Caluiniſticam. Quam præſumptionem potiùs dixeris, quàm confidentiam.

D. Cyrillum ſi placuit legere, cur non hæc eius eodem libro & capite? *Vt ſpiritibus apud inferos prædicaret, (venit enim vt tam viuorum, quàm mortuorum dominaretur) mortem ſuſcepit, & hanc naturæ noſtræ propriam paſſionem ſponte ſubijt ſecundùm Carnem: Quamuis, vt Deus, vita naturaliter ſit, vt ſpoliatis inferis, primitiæ dormientium, & primogenitus (vt ſcriptura dicunt) mortuorum factus, recurſum ad vitam naturæ noſtræ largiretur.* Cur, inquam, iſta eius non obſeruaſti? Non vidiſſes, non ipsâ illâ horâ Chriſti animam in cælum euolaſſe, quâ dixit pio latroni, *Hodie mecum eris in Paradiſo*; ſed priùs ad inferos, ſententia diui Cyrilli deſcendiſſe?

Properemus ad diuum Auguſtinum, Mi homo, lib. 13. de Ciuitate cap 8. loquitur de his, qui pro Chriſto martyrium paſſi ſunt. Hos fatemur in cælum illico euolare. Ibi non generaliter de omnibus ſermonem habet; & ab arcto ad amplum eius mentem traduxiſti.

Libro autem de vanitate ſeculi cap. 1. Ad benè ac religiosè viuendum hâc conſideratione qui-

quidem inuitat, idque pro receptâ apud Chriſtianos, vt dictum eſt, loquendi conſuetudine. Nam eos, qui ſunt in purgatorio beatos ac felices dicimus, quia ſcimus eos certos eſſe de ſua beatitudine; & tales in numerum beatorum, noſtro loquendi more, reponimus.

In Enchiridio autem non cap. 103. vt malè annotaſti, ſed 109. & 110. Quid? Miror, quòd ſis auſus eum proferre. Siquidem in illis locis ex aduerſo tibi ſtat. Noluiſti tamen allegando recedere ab eo, quod ſolemne eſt omnibus Miniſtris Caluinianis. Solent, vel antecedentia, vel media, vel ſequentia ſilere, quibus auctoris ſenſus exprimitur. Tacuiſti. Diſpiciamus & audiamus ex integro loquentem. *Tempus quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut vnaquæque digna eſt vel requie, vel erumnâ, pro eo quod ſortita eſt in carne dum viueret.* Iſtis hæc ſubiungit cap. 110. *Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel in Eccleſiâ eleemoſynæ fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cum viuerent, vt hæc poſtea ſibi prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem, nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt iſta non requirat. Eſt rurſus talis in malo, vt nec ijs valeat, cùm hac vita tranſierit, adiuuari. Quocirca, hîc omne meritum comparatur, quo poßit poſt hanc vitam releuari quiſpiam vel grauari. Nemo autem ſe ſperet, quod hîc neglexerit cũ abierit apud Deum promereri. Non igitur iſta, quæ pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſententiæ ſunt contraria, qua dictum eſt. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat*

vnuſquiſque ſecundùm ea, quæ per corpus geſſit, ſiue bonum, ſiue malum, quia etiam hoc meritũ ſibiquiſque, cùm in corpore viueret, comparauit, vt ei iſta poſſent prodeſſe. Non enim omnibus proſunt. Et quare non omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpore? Cùm ego ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur; pro valdè bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valdè malis propitiationes ſunt: pro valdè malis, etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcumque viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio, aut certè tolerabilior fiat ipſa damnatio.

Non omnes igitur animæ D. Auguſtini ſententiâ, illico vbi e corporibus diſceſſerunt, cælo ipſo recipiuntur. Vobis porrò iſtis ſimilia vbi? Vbi ſacrificium altaris, vbi orationes, vbi eleemoſynæ pro defunctis? Attamen illo ſeculo in Eccleſia adhuc incorrupta omnia, nulli adhuc in Eccleſia Romana errores. Ita enim Daunæus in lib. D. Auguſtini de hæreſibus cap. 90. fol. 133. *Inter Epiſcopos ſana adhuc manebat Chriſti Euangelicaq; doctrina. Eius ruina, non violatio extitit, quàm quingenteſimo, ſeptuageſimo quarto anno poſt paſſionem Chriſti*, ait idem in cap. 96. eiuſdem libri D. Auguſtini. Caluinus autem lib. 1. Inſtitut. capite 11. §. 13. *Spatio quingentorum ac circiter annorum, in ſuo vigore, in ſua puritate permanſit Eccleſia*. Et lib. 4. cap. 2. §. 3. *Conſtantiſſimum ac notiſſimum eſſe* dicit, *quòd à tempore Apoſtolorum vſque ad D. Irenæi, Tertulliani, Origenis, D. Auguſtini & aliorum doctorum, qui argumento ſucceſſionis vſi fuerant, nulla facta fuerat mutatio in doctrina Chriſtiana, non Romæ, non in alijs ciuitatibus*. Et c. 9. §. 8. *Lubenti & vltroneo animo antiqua Concilia, Nicenum,*

Digitized by Google

num, Conſtantinopolytanum, Epheſinum primum Calcedonenſe & ſimilia, quæ ad reuincendos & condemnandos errores habita ſunt, ſe venerari ac recipere, quia nihil aliud contineant, quàm puram & natiuam expoſitionem ſcripturæ, quam ſancti patres magnâ & piâ prudentiâ attemperarunt ad deſtructionem inimicorum Chriſtianitatis, dicit. Et Epiſtola ad Sadoletum, *Propone tibi ob oculos illam Eccleſiæ faciem, qualis erat tempore Chryſoſtomi, Baſilij inter Græcos: Cypriani, Ambroſij, Auguſtini inter Latinos. Eorum ſcripta docent, qualis tunc erat Eccleſia.* Iſti longè te veriores ac fideliores, qui aſſeris, ſed impiè, pag. 199. *Eccleſiam Chriſtianam non diu ab Apoſtolorum temporibus manſiſſe virginem, integram, & incorruptam.* Quaſi verò Eccleſia poſſit non permanere virgo. Quaſi Eccleſia, quæ errare non poteſt, *eſt enim columna & firmamentum veritatis*, dicente Apoſtolo, poſſit corrumpi & violari. Quaſi Chriſtus, Spirituſſanctus eam deſerere inſtituerint, & non potiùs ſui perpetuam aſſiſtentiam promiſerint. *Ego* (inquit Chriſtus) *vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi*. Et rurſus. *Ego mittam ad vos paracletum, qui maneat vobiſcum vſque in æternum.*

Probare tamen paraſti auctoritate Euſebij lib. 3. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 26. Sed malâ fide; nam 1. nihil horum, quæ adfers illo capite habet. Quoto ergo? Non legiſti, mi homo, non legiſti, ſed ab alio emendicaſti, qui memoriâ lapſus. 26. caput poſuit, pro 32. Secundò non Euſebius, ſed Egeſippus apud eum loquitur. Tertiò quia non de Eccleſiâ, ſed de hæreticis narrat. Euſeb. lib. 3. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 32.

Poſt hæc (ait) *vſque ad illa tempora* (Traiani nempe) *Eccleſia virgo munda & immaculata permanſit, corruptoribus veritatis & diuini verbi temeratoribus, aut nuſquam*

quam, omnino extantibus, aut etiam ſi qui forte fuerant in occultis & abditis hiatibus terræ deliteſcentibus. Vt verò & Apoſtolorum chorus, & omnis illa ætas, quæ à Domino ſuſceperat viuæ vocis auditum hac luce diſceſſit, tum velut in vacuam domum falſæ doctrinæ, impius error ſe immerſit, & tanquam vbi iam nullus diuini cenſus defenſor exiſteret, nudato (vt aiunt) capite, arma corripientes mendacij, Apoſtolicam oppugnare veritatem nituntur. Mentior, ſi non idem noſtro ſeculo præſtiteritis. Non de Eccleſiâ, bone vir, ſed de hæreticis, qui ſe intruſerant verba facit. Nam, vt Apoſtolus, *quid ſi quidam illorum non crediderunt? numquid incredulitas illorum, fidem euacuauit? Abſit. Eſt autem Deus verax; omnis autem ho-*
Rom. 3. *mo mendax.* Non enim ſi Marcion, non ſi Montanus, non ſi Lutherus, non ſi Caluinus à fide receſſerunt, propterea Eccleſia non virgo immaculata, inuiolata permanſit. Quàm feſtiua, amabò, hæc tua concluſio?

Verumtamen illo tempore ſacrificium altaris, oblationes, eleemoſynæ pro defunctis ab Eccleſia frequentabantur, illo, inquam tempore, quo tui volunt, adhuc puram, illibatam permanſiſſe: vobis vbi iſtis ſimilia? Progredior.

Forte fuerit D. Epiphanius tuæ iſtius opinionis, quem etiam allegas tom. 1. lib. 3. hæreſi. 75. prorſus tibi contrarium. Vbi enim docuit eos, qui diſceſſerũt non eſſe expertes ſubſtantiæ, ſed apud Deum viuere, agit in Aerium, qui negabat pro defunctis orandũ. & per conſequens purgatoriũ. *Pro iuſtis & peccatoribus* (inquit) *memoriam facimus. Pro peccatoribus quidem, Dei miſericordiam implorantes. Pro iuſtis verò & Patribus & Patriarchis, Apoſtolis, Euangeliſtis, Martyribus, Confeſſoribus, Epiſcopis, Anachoretis & pro vniuerſo ordine, vt Dominum Ieſum Chri-*
ſtum

Digitized by Google

ſtum ab hominum ordine ſeparemus, per honorem, quem ipſi exhibemus, vt & adorationem ipſi præſtemus. Illud mente voluentes, quòd Dominus non eſt alicui homini adæquatus. etiamſi millies & vltra, in iuſtitiâ degat vnuſquiſque homo Ibidem dicit id ex traditione Apoſtolicâ & patribus accepta nos facere. Ibidem Deum non ſolum ſcripto, ſed etiam verbo nō ſcripto docere.

Igitur alium quære tibi patronum. Qui enim damnauit Aerium, damnauit & hæreſim hanc Caluinianam.

Non opus eſt, vt reſpondeam ſententiæ D. Gregorij. Nam lib. 8. Moralium cap. 8. vt citas, nihil habet eorum, quæ ipſi affingis. Quare adducor credere te non legiſſe, ſed alterius te fidei commiſiſſe. Cur autem queror? Hoc enim vobis familiare. Quocirca

Ite procul vani, falſumque auertite viſum.

Quis enim non deſinat in vobis

——— *Quærere velle fidem?*

Iſtorum doctrinæ, inquis pag. 202. *ſubſcripſit auctor Liturgiæ Iacobo attributa.* Ergone D. Iacobus tuæ hæreſis propugnator? Ei enim non alteri Egeſippus apud Euſebium Cæſarienſem Liturgiam adſcribit iſtis. *Iacobum fratrem Domini ab Apoſtolis primum liturgum inſtitutum fuiſſe legimus.* D. Epiphanius hæreſi. 79. *Myſteriorum & ſacrificij ducem inter Apoſtolos.* Ducem non voce tantùm, ſed etiam ſcripto. Ita enim Concilium Conſtantinopolitanum, in quo ducenti & vinginti ſeptem Epiſcopi conuenerunt, Concilium alterum ex ſeptem toto orbe Chriſtiano celebratis. *Iacobus Domini noſtri ſecundum carnem frater, primus* ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ὑμῖν ἱερουργίαν παρέδωκεν. Græci, exempli gratia Proclus in præfat. liturgiæ D. Chryſoſtomi, Nicolaus Methonēſis

 libel-

libello de Euchariſtiâ, Marcus Epheſinus ſubſcribunt. *Conſenſu omnium liturgia ab Apoſtolis inſtituta eſt, ſed promulgata ſcriptione diui Iacobi*, Hac liturgiâ nunc etiam Syri vtuntur, præſertim in feſtis ſolemnioribus. Quæ traditio adeò vetus eſt, vt etiam Mathias Flaccus Illyricus libello de Miſſâ Latinâ antiquâ eâ vtatur, eamque vſurpet pag. 73. vt probet Eccleſiam Romanam ordinem Miſſæ ſuæ referre debere diuo Petro. Producit quandam Epiſtolam Caroli Calui Regis Francorũ Miſſam ad Eccleſiam Rauenatem, circa annum Domini. 830. in qua quaſi iniuriam facturus Miſſæ Romanæ, ſic loquentem Carolum Caluum introducit. *Nam & vſque ad tempora abaui noſtri Pipini Gallicanæ Eccleſiæ, aliter quam Romana Eccleſia vel Mediolanenſis, diuina officia celebrabant, ſicut vidimus & audiuimus ab ijs, qui ex partibus Toletanæ Eccleſiæ ad nos venientes ſecundum morem ipſius Eccleſiæ, coram nobis ſacra ſolemnia celebrarunt. Celebrata etiam ſunt coram nobis ſacra Miſſarum officia more Hieroſolymitano auctore Iacobo Apoſtolo, & more Conſtantinopolytano auctore Baſilio. Sed nec ſequendam ducimus Romanam.* Ita ut D. Iacobus auctor fuerit alijs, liturgias ſuas diſponendi ac ſcribendi. Cæterùm quid D. Iacobus in tuam ſententiam? *Rogat Dominum Deum noſtrum, & ſpiritum vniuerſæ carnis, vt quorum memoriam fecit, & etiam quorum nullam memoriam egit orthodoxorum, ac rectè de fide ſentientium, ab Abele iuſto vſque ad hodiernum diem faciat requieſcere in regione viuentium, in regno ſuo, in delitijs Paradiſi, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob ſanctorum Patrum; vnde exulat dolor, triſtitia & gemitus; vbi præſidet lumen vultus Dei & perpetuò refulget.* Quis colligat ex iſtis, D. Iacobum dicere animas illico ac è corporibus exierunt, in cælum

lum euolare? Imò quis nos videt eum aduerſum te concludere? Nam rogaret pro ijs, quos iam in cælo ac Paradiſo eſſe, in delitijs æternis ſciret? ad populum Phaleras. Non

Sic cùm te fuſco ſomnus velauit amictu
Vanum nocturnis fallit imaginibus?

Quid amplius refers ex Innocentij tertij ſententiâ capit. *Apoſtolicam?* Prebyter, quamquam non eſſet baptizatus, baptizatum ſe credebat, quare & fidem infuſam diuinitùs habebat; ſiquidem baptiſmi approbatio, quem quis ſe accepiſſe cenſet, par eſt voto, quod quis habet baptizari, & ad ſalutem æternam perducere poteſt. Iſte presbyter erat verè conuerſus, vera conuerſio ſupplet locũ Baptiſmi aquæ, ſi abſit contemptus. Conuenit etiam vera conuerſio cum martyrio. Vnde D. Ambroſius de obitu Valentiniani, *Quem eram regeneraturus amiſi, ſed ille gratiam, quam ſperauerat non amiſit.* Conſpirat D. Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo cap. 22. D. Bernardus Epiſtola. 77. Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 4. *Baptiſmus eſt neceſſarius vel in re, vel in voto.* Concedimus ac credimus eos, qui ſtatim vel poſt ſubitum martyrium, vel poſt ſuſceptum in re vel in voto Baptiſma decedunt, illico in cælum euolare. At non omnes ſtatim poſt regenerationem moriuntur. Huic fidei ſuſcribit Innocentius tertius, quando quærenti an presbyter, qui in re non erat baptizatus, eſſet ſaluatus, reſpondet, *Ab originali peccato abſolutum & cæleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum.*

Quid tandem ex Benedicti. XII. ſententia? Damnat eos, qui quorundam Græcorum & Ar-

meniorum errorem ſequentes, aſſerebant animas non beari ante vltimam ac generalem reſurrectionem. Iſtos etiam damnamus; tamen non poteſt colligi inde omnes animas etiam beandas, ſtatim ac e corporibus exceſſerunt, beari. Quæ cùm ita ſint, & Chriſtus *non illâ ipsâ horâ*, conſenſu omnium Patrum orthodoxorũ, totiuſque Eccleſiæ, quâ dixit pio latroni *Hodie mecum eris in Paradiſo*, & ad Patrem, *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, in cælum aſcenderit, tantùm quadrageſimo die poſt ſuam reſurrectionem; ſcripturæ teſtentur in anima in infernum deſcendiſſe, atque ita crediderint Patres orthodoxi, conſtat eorum fidem non repugnare ſacræ Scripturæ, nec diſſentire ab Analogiâ fidei.

CAPVT XXIII.

Polyander accuſat D. Petrum ignorantiâ. Etſi Chriſtus ſit fundamentum Eccleſiæ, eſt & D. Petrus, ſunt & cæteri Apoſtoli. In controuerſijs recurrendum ad vnanimem veterum patrum conſenſum.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *QVinque mendacijs animum meum offendis*, 2. *quorum primum eſt, quòd ſuperiore mea reſponſione Apoſtolus (de quibus ne γρὺ quidem recenſui) ignorantia, accuſauerim. Secundum, quòd Petrus dictus ſit Petra Eccleſiæ adificandæ, quem titulum ſoli Chriſto conuenire varijs*

rijs euinci poteſt ſacra Scriptura teſtimonijs. Eſa. 28. 26. Matthæi. 21. 42. 1. Corinth. 10. 4. Epheſ. 2. 20. 1. Petri. 2. 4. Et Matthæi 16. verſ. 10. quem vos peruersè interpretamini, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

74. §. 1. Hinc experior lucem odioſam noctuis eſſe, porcos non Margaritis delectari, Buffones non floribus bene ac ſuaue olentibus veſci, hæreſim mendacio non veritate. Dixerat Christus, *non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod egreditur hoc coinquinat*, inde ſcandalizati ſunt ſcribæ & Phariſæi, ſed ſcandalo accepto non dato. Non enim veritas in cauſa eſt offendiculi, ſed animus malè erga eam affectus; falſis, corruptis, & mendacibus intelligentijs & opinionibus nutritus, educatus. Quare non mirum, ſi non quinque mendacijs, vt obliuione tui falleris, ſed totidem veritatibus animum tuum me oſtendiſſe, conqueraris. Expendamus. Matth. 5.

2. Quòd enim D. Petrum ignorantiæ accuſaueris, patet, Quoniam totius Eccleſiæ conſenſu & approbatione D. Petrus Act. 2. iſtis ex Pſalmo. 15. *Non derelinques animã meam in inferno* eductis Chriſtum in anima ad inferos deſcendiſſe declarat. Inſurgit Caluinus, inſurgit & Beza, quia ibi infernus, non pro vero & propriè ſumpto inferno, ſed tantùm pro ſepulchro vſurpauerit. Addit Polyander, *nonnullos patres ex ignorantiâ hoc, vt & alijs abuſos* fuiſſe, atque negat infernum hoc loco pro vero & propriè dicto à Dauide vſurpatum.

Adeò vt, qui pſaltem volunt verſ. 11. Pſalmi. 15. vſurpaſſe pro verò inferno & non pro ſepul-

Digitized by Google

ſepulchro, Polyandro laborent ignorantiâ. D. autem Petrus voluit Dauidem pro vero inferno ſumpſiſſe, atque hoc iſtud probat vnanimis conſenſus totius Eccleſiæ; ergo quis non videt Polyandrum eum ignorantiæ accuſaſſe, me non mentitum fuiſſe? Aut non præferendum vniuerſalis Eccleſiæ iudicium ac ſententia adulterinis Caluini, Bezæ & ſimilium ab ea Apoſtatarum; interpretationibus, quibus velut præſidio tectam cupiunt eſſe impietatem ſuam?

Tertull. 21. cap. præſcript. 3. Cur porrò ſecundo mendacio me te offendiſſe & non potiùs Tertullianum ſcripſiſti? Nam, is eſt, qui D. Petrum *ædificandæ Eccleſiæ Petram dictum, claues regni conſecutum, ſoluendi ac ligandi in cælis & terris poteſtatem adeptum*, cap. 22. lib. præſcript. dixit. Non verò citaueram eum tibi? non locum aſſignaueram? Quale hoc artificiũ tuum? Non ſine auctoritate, non ſine veritate loquor, mi homo. Tacuiſti, ne eius auctoritate reuinci videreris. Verumtamen mentiti non ſumus, quemadmodum criminaris, ſed veritatem diximus.

Eſa. 28. Contrà, inquis, Eſaiæ. 28. Scriptum eſt. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem; lapidem probatum, pretioſum in fundamento fundatum, lapidem quem reprobauerũt ædificantes, factum in caput anguli.* 1. Corinth. 10. *Petra autem erat Chriſtus*, & cap. 3.
1. Cor. 10. & 3. *Nemo poteſt aliud fundamentum ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Epheſ. 2. *Super ædificati*
Epheſ. 2. 1. Pet. 2. *ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.* Et 1. Petri. 2. *lapis viuus Chriſtus.* Quibus antequam reſpondeam, dignam D. Irenæi ſententiam, quæ hoc loco, in

vos

vos reponatur, iudico. *Proponamus* (inquit) *nobis* D. Iren. lib. 1. contra Valentin. cap. 1.
præpotentem quempiam regem mandaſſe, vt ſua ſibi de gemmis electiſſimis exprimeretur imago: fidos aut gemmarios mox affabre connexis & inuicem compactis lapillis ad viuum ſic expreſſiſſe, vt omnes in Regem venerentur. Artificio poſtea nouo neque difficili circulator quiſpiam gemmas illas immutauerit; interuerterit atque tranſpoſitas in Canem ſeu Vulpem deformauerit, interim, vociferans, hac Regis imago. Certè qui Regiam nouêre formam, præterquam quòd non aſſentiuntur. Regis inde maieſtatem lædi grauiſſimè conteſtentur, & impoſtores ad ſupplicium quærant: ſed interim ſimpliciores fallantur, ac viſo gemmarum ſplendore, nec non noua forma pretio tam raro, quo perſtringuntur oculi videntium, facilè pro Rege, quicquid adornatum ſic eſt, honorare ſe debere credant. Hæretici (ait) *gemmas Euangelicas & Apoſtolicas in ſuas pſeudeuangelicas inſtitutiones & Catecheſes apoſtaticas arte ſimili transferunt. In quibus noſtros lapillos regios (qui frons aut oculus erant, os aut naſus) loco ſuo motas agnoſcimus planiſſimè, ſed à ſacroſancta Regis effigie per execrabiles iſtos inuerſores ac teterrimos interuerſores ad illuſtrandam Vulpis ſuæ Caniſve caudam, iactatione pluſquam circulatoriâ detractos.*
Alius hic ab illo circulatore es? Non me hercle. Agnoſco. Verùm, quid iſtis ſacræ Scripturæ gemmis pretioſiſsimis ad fraudem & mendacium ſtatuendum gloriaris? *Honor* enim *Regis* noſtri Chriſti, *iudicium diligit.* Eo conſtituto, & rebus Pſal. 99.
in ſuo ordine bene riteque diſtributis, nullum nos mendacium committere, nullam nos iniuriam pretioſo illi fundamento conſtat. Iſtius ordinis atque diſtributionis defectu, contingit hæreticos in ſua hæreſi contumaciter perſeuerando, in impietatis abyſſū demergi. Arriani olim, quòd peruicacius, iſtis ſine vllâ diſtinctione hærerent;

Digitized by Google

Ioan.14. rerent. *Pater maior me eſt*, non lapſi ſunt, non perierunt? Gemma erat electiſſima, ſed quæ à ſuo ordine minime tranſponenda ac transferenda erat. Similibus accidit, quod alteri luctantium. Is ſiquidem aduerſarium proſtraturus, ſi obſtinatiore animo, ei parti, quâ aduerſarium corripuit, inhæreat, nec ad varias corporum flexiones atque agitationes, variare velit, facilè ſternetur ac ruet. In lucta enim, digitos, brachia, pedes,

Manil. *Et in varias diſtringunt membra palæſtras.*

Magiſter Ioannes, non vnico lapide, non vnicâ petra conſtituunt domos, ædificia, ſed pluribus. Primò enim baſim iaciunt, Franci dicunt, *Libage*, ſuper quam alium ordinem lapidum ſuperſtruunt, & donec perueneris ad terræ ſuperficiem, quicumque lapides ponuntur, fundamenti nomine cenſentur. Quid ſi idem in ædificio corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, conſideremus? Quæ inde iniuria Chriſto? Eſt enim Baſis ac primùm fundamentum, ſuper quod D. Petrus, aliique Apoſtoli tanquam ſecundarij lapides ordinantur, iacentur. A quo velut à primario, iſti ſecundarij lapides totam ſuam firmitatem ac ſodalitatem emendicant. Chriſtus fundamentum fundamentorum, lapis lapidum, Petra petrarum. Iuxta quam diſtinctionem Chriſtus D. Petrum *fundanda ſuæ Eccleſiæ Petram*, & ſe quoque, dixit, Matth. 16. *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Neque verò peruerſe, vt calumniaris, interpretamur; ſed vterque ſenſus, aliâ, atque aliâ conſideratione, Patribus orthodoxis placet.

D. ais,

Digitized by Google

D. ais, Gregorius Niſſenus aſſerit iſtis. *Tu eſt Petrus*, intellexiſſe Chriſtum, Petri confeſſionem D. etiam Hilarius. Atque *ſupra hanc Petri confeſſionem eſſe ædificationem Eccleſiæ*. D. Gregorius Niſſen. in teſtimonijs deleᴄ. ex vetere teſtament. D. Hilar. lib. 2. & 3. de Trinitate.

Non igitur, teſtimonio iſtorum patrum Chriſtus ſe Petram dixit, ſed Petri confeſſionem. Niſi verò Petri confeſſionem, ipſum eſſe Chriſtum velis.

Nonne hîc Aſinum te ad lyram meritò quis cenſuerit? Forte mentem tibi importuna vxor, aut altera prolium abripuerat. Eſto iſtud. Nam per me licet, Ita enim ſæpe ſæpius.

Non minore animi abreptione Tertullianum, quaſi ſibi aduerſum producis. Nam non, vt tu, ſic conſtruit. Quomodo ergo? Sic. *Sed & cur Petrum?* ibi enim finienda erat eius interrogatio, ſi ab eius ſenſu haud recedere volebas. Vbi ſic interrogauit, ſubiungit, non per interrogationem, ſed abſolutam pronuntiationem. *Si ob vigorem fidei, multa materia ſolidæque nomen de ſuo accommodarent. An quia & Petra & lapis Chriſtus? Siquidem legimus poſitum in lapidem offendiculi & in Petram ſcandali*. Deinde addit, quæ tu vltro ſiluiſti. *Omitto cætera. Itaque affectauit cariſſimo diſcipulorum, de figuris ſuis, peculiariter nomen communicare, puto proprius, quàm non de ſuis*. In figuris, quæ de Chriſto erant, Chriſtus dictus eſt lapis, dictus & Petra. Diuo Petro chariſſimo diſcipulorum Chriſtus (inquit Tertullianus) affectauit peculiariter nomen de iſtis ſuis figuris communicare. Quando quæſo? nonne cùm dixit, *tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*? Igitur Tertulliani teſtimonio à te adducto, Chriſtus diuum 1. Pet. 2. Tertull. lib. 4. aduerſus Marcion. cap. 13.

Petrum

Petrum etiam petram dixit. Et vt Lector per-
amplius videat mentem Tertulliani, operepre-
tium eſt, ſciat Tertullianum toto iſto libro. 4. in
Marcionem, totum eſſe vt probet & oſtendat
Chriſtum non alium eſſe Deum ab eo, qui vetus
teſtamentum Prophetis dictauit. Chriſtum non
eſſe contrarium ei Deo, qui locutus eſt per Pro-
phetas: ſciat eumdem Tertullianum in eo eſſe,
vt doceat eumdem Chriſtum impleuiſſe, quæ lo-
cutus eſt, & fecit in veteri teſtamento. Exempli
Num. 33. gratia, *Duodecim fontes Elim; duodecim gemmæ in tuni-*
Exod. 28. *ca ſacerdotali Aaronis; Duodecim lapides ab Ieſu de Ior-*
Ioſue 4. *dane electi, & in arcam teſtamenti reconditi* (ait) *depre-*
henduntur. Chriſtus iſta impleuit. Siquidem *duode-*
cim Apoſtolos quaſi fontes & amnes rigaturos aridum re-
tro & deſertum à notitiâ orbem nationum, ſicut & per Eſa-
iam, ponam in terrâ inaquoſa flumina. Duodecim Apoſtolos
velut gemmas, qui illuminarent Eccleſiæ ſacram, quam in-
duit ipſe Pontifex patris, veſtem. Duodecim Apoſtolos, qui
vt lapides ſolidi fide de lauacro Iordanis in ſacrarium te-
ſtameni ſui reciperentur, elegit. Quid præterea? *Crea-*
tor Abrahæ, Saræ & Auſeæ nomina reformauit, hunc Ie-
ſum vocando, illis ſyllabas addendo. Mutat & Petro nomen
de Simone. Lector, non obſeruas in iſtis, Tertullia-
num. D. Petrum velle eſſe vnum ex ijs, quos
Chriſtus lapides elegit? Chriſtum quidem la-
pidem eſſe, petram, ſed hæc nomina præſertim
communicata D. Petro ob fidei vigorem? Non
obſeruas animi huius ſtuporem, qui teſtimo-
nium Tertulliani ſibi contrarium, quaſi impie-
tatis ſuæ præſidium eſſe putauit?

At D. Hieronymus lib. 1. Commentario. in Matthæum. c. 7. ſcribis, aſſerit Chriſtum nomine Petræ ſeipſum intellexiſſe, *ab eo velut à Petrâ*

D. Pe-

Digitized by Google

D. Petrum nomen ſortitum eſſe fundamentum quod Apoſtolus Architectus poſuit, vnum eſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, ſuper hoc fundamentũ ædificari Chriſti Eccleſiam. Hæc & ſingula admittimꝰ, credimus. Obſtat quo minus nomine Petræ alia in ſuo genere, in ſuo, eoq; diſtincto ordine inſinuari? Audi eumdẽ D. Hiero. qui Petrę nomine Eccleſiã intelligi cēſet. Sic enim ad hęc, c. 31. Iob, *Petra mihi fundebat riuos. Ergo* (inquit) *petra Eccleſia fundata eſt ſupra Chriſtũ firmiſſimã petrã. De ſe gratiã Spiritus sãcti velut riuos effūdit quod in Pentecoſte in domo Cornelij, & in illis duodecim, ſiue in omni Eccleſia declaratum eſt, & vſque hodie declaratur.* D. Hier. lib. 3. Cõment. in Iob tom. 8.
Audi eundem, Prophetis & Apoſtolis Petræ nomen datum pronuntiantem. *Petra etiam vaticinia Prophetarũ eius, qui & ipſi à Chriſto petra, cũ Apoſtolis petra vocabulum acceperũt; vt quicquid in eis duro legis velamine claudebatur, ſciſſum pateret gentibus.* Et alibi. *Nõ ſolùm Chriſtus Petra, ſed & Apoſtolo Petro donauit, vt vocaretur Petra, Matth. 16. in cuius ſenſibus requieſcentes, rectè dicuntur tranſlati eſſe de petra.* Idem iſta interpretatus. *Numquid poſſunt currere in petris equi?* ita ſcribit. *Petra Chriſtus eſt, qui donauit Apoſtolis, vt ipſi quoque petra vocentur. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Qui in iſtis petris fuerit, aduerſariæ poteſtates, quæ equi appellantur, perſequi eum non poterunt, curſibus præpeditis & per ſingulas petras corruentibus.* Idem, *Petra frequenter accipitur in perſona Domini, vel in ſoliditate ponitur: vnde pſal. 39. ſtatuit ſupra petram greſſus meos, & Matth. 16. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Itaque non ſi Chriſtus ſeipſum Matthæi. 16. cap. intellexit, impedit quo minus non etiam D. Petrum. Neque hæc Chriſti peuerrsè interpretamur. Neque felicior es futurus teſtimonio D. Auguſtini. Nam non ſolùm tractatu

Idem tom. 3. quæſt. 8. ad Hedibiam.
Idem tom. 4. lib. 3. Cõment. in Hiere. cap. 16.
Idem tom. 5. in 6. cap. Amos.
Ibidem in 1. cap. Abdiæ.

Y 124.

124. in Ioan. ſed etiam tom. 10. ſermon. 13. de verbis Domini in Matth. in eos, qui Chriſtum diuidebant, nec ſuper eum ædificari volebant, de quibus D. Paulus 1. ad Corint. cap. *Alius dicit. Ego ſum cephæ, ego Pauli, ego Apollo. Numquid diuiſus eſt Chriſtus, aut pro illis Cephas vel Paulus, vel Apollo paſſus eſt?* aſſerit à Petra Chriſto diuum Petrum ſic nominari, quemadmodum à Chriſto Chriſtianus dicitur, non Chriſtus à Chriſtiano. Hæc cum illo credimus, confitemur: verumtamen non obſtat, quin Apoſtoli & præſertim diuus Petrus Petra dicatur. Vnde idem D. Auguſtinus, quemadmodum. D. Hieronymus. 1. Petram pro *fidei ſoliditate* vſurpat. 2. etiam Petræ nomine Matthæi, 16. Diuum Petrum. lib. 1. retractat. cap. 21. tom 1. probat ſignificari. Non quòd quemadmodum diuus Petrus à Chriſto petra dicitur, ſic Chriſtus à Petro, petra dicatur; ſed quia in Petro tanquam in petra, etiam fundata ſit Eccleſia. Idem multis locis rationes adducit, cur & quomodo D. Petrus & Apoſtoli cum Chriſto ſint Eccleſiæ fundamentum. Audi ergo eum ex iſtis, *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,* ſic concludentem. *Petrum ergo fundamentum Eccleſiæ Dominus nominauit: & ideo dignè hoc fundamentum Eccleſia colit, ſupra quod Eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit. Dignum eſt, vt hoc fundamentum in Eccleſia honoretur per quod ad cælum aſcenditur.* Et rurſus, *Tanquam bonus paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum. Et quia ipſe interrogationis tentatione negauerat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus*, Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

D. Auguſt. l. 2. de Trinitate c. 17.

D. Auguſtin. tom. 10. ſerm. 15. de ſanctis.

Petra

Petra enim dicitur eò quòd primus nationibus fidei fundamenta poſuerit,& tanquam ſaxum immobi emi totius operis Chriſtiani compagem, molemque contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & Petra pro virtute Dominus nuncupatur, 1. Corinth. 10. Petra autem erat Chriſtus. *Rectè conſortium nominis meretur, qui conſortium meretur operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat, Dominus irriguum ſubminiſtrat*. Et alibi ex iiſdem iſtis verbis, Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. *Dignus certè, qui ædificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clauis ad regnum*. Neque verò ſolùm D. Petrus nominis cum Chriſto conſortium accepit, verum etiam reliqui Apoſtoli. Itaque D. idem Auguſtinus, ductâ ſimilitudine ab iis, qui terrenorum bonorum copiâ affluentes, terræ fundamenta eſſe à Vate regio pſalm. 10. mouenda dicuntur, ita ſcribit. *Non abſurdè dicimus fundamenta cæli eſſe, quibus regnum cælorum ſuperædificatur in ſanctis & fidelibus, quos D. Petrus lapides viuos dicit, quorum fundamentum primitus ipſe Chriſtus ex Virgine, de quo dicit Apoſtolus* fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. *Deinde ipſi Apoſtoli & Prophetæ, quorum auctoritate locus cæleſtis eligitur, vt eos ſectando, ædificemur. Vnde dicit Epheſ. 2.* Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarũ ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu. Idem in Pſal. 80. Chriſtũ *primum & maximum fundamentum* vocat, ſupra quod conſtrui *Apoſtolos, Prophetas, qui etiam Eccleſiæ fundamentum dicuntur*, docet. Et cap. 5. Enchiridij tom. 3. Chri-

Idem ſerm. 16. de Sanctis.

Idem ſerm. 29. de Sãctis.

Idem tom. 8. in pſ. 81.

Idem in pſal. 86.

Digitized by Google

Idem tom. 3. cap. 5. lib. Enchiridio. ſtum appellat *proprium Catholicæ fidei fundamentum*, iuxta iſta. 1. Cor. 3. *nemo poteſt ponere aliud fundamentum* &c. *fundamentum quo vterius nihil*. Apoſtolos *ſecundarium*, *quo vlterius aliquid*. *Quemadmodum* (*ait*) *ſi ſacramenta ſpectes Chriſtus dicitur Sanctus ſanctorum, ſi gregem ſubditum paſtor paſtorum, ſic ſi fabricam fundamentum fundamentorum*. Nam de Apoſtolis iſta dicuntur. *fundamenta eius in montibus ſanctis. Fundamenta autem, quia eorum auctoritas noſtram fert infirmitatem*. Ex quibus omnibus habes Lector, quicquid dici poteſt ac reſponderi hæreticis obijcientibus ſuperiùs oppoſita à Polyandro, nobis Scripturæ ſacræ teſtimonia Eſa. 28. Math. 21. 1. Corinth. 3. & 10. Epheſiorum 2. Prioris D. Petri cap. 2. Matth. 16. &c. Habes nullo me offendiſſe mendacio Polyandrum. Eidem contigiſſe, quod male ſano palato, cui ne vinum pretioſius arrideat, & veritas

Non ſemel eſt ſtomacho nauſea facta ſuo.

4. Dixi, nec reuoco D. Petrum, D. Paulum, D. Ignatium, D. Iuſtinum martyrem, D. Irenæum. Tertullianum, Origenem, D. Cyprianum, D. Athanaſium, D. Gregorium Nazianzenum, D. Clementem Alexandrinum, D. Epiphanium, D. Hieronymum, D. Gregorium Niſſenum, D. Cyrillum Hieroſolymitanum, D. Auguſtinum, quos pag. 48. 49. 50. 51. citaui, meliùs & veriùs intellexiſſe, quid Hebræis dictio *Scheol* ſignificet, quàm Caluinus, quàm Beza. Nam certum eſt vocabulum hoc propriâ & natiuâ ſignificatione ſignificare infernum propriè dictum, ſepulchrum nonniſi impropriè. Omnes autem iſti patres vnanimi conſenſu in propriâ & natiuâ ſignificatione pſal. 15. verſ. 11. accipi docent. Et noſtro

Digitized by Google

noſtro ſeculo vidimus ſæpe Bezam reprehenſum ignorantiæ linguæ Hæbraicæ, etiam ſi iſtius linguæ Caluino peritior eſſet, à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Aquenſi, Domino Genebrardo, in dicta lingua ſui temporis omnium facilè principe, ac nominatim in interpretatione huius verſus.

Non tamen mirum ſi Bezam patribus præferas. Iſtud enim vitium tritum eſt omnibus hæreticis

Qui veterum abiectâ methodo, noua dogmata quærunt,
Nilque ſuas præter tradere phantaſias.

Gnoſtici apud D. Iræneum. Paulus Samoſatenus apud Euſebium lib. 7. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 12. Arius apud Theodoretum & Caſſiodorum lib. 1. hiſt. Tripart. cap. 14. Eunomius apud D. Baſilium lib. 1. in eumdem, & apud Socratem lib. 1. hiſt. cap. 31. Eutyches apud D. Vigilium martyrem. l. 1. in eum. Valentinianus, Marcion apud Tertullianum lib. præſcription. Apoſtolis, & omnibus patribus, quorum ne ſcripta quidem dignabantur, ſe præferebant. Omitto reliquos, vt accedam Aurifabrum, qui in Sympoſiacis, de ſuo Luthero ita ſcribit ac canit

Chriſtus habet primas, habeas tibi Paule ſecundas;
Aſt loca poſt illos proxima Luther habet.

Vt veniam ad Bezam, qui nemine excepto, ſic de ſuo Caluino loquitur. *Caluino nemo docuit doctiùs.* Libro Icon. in Caluini vita. Ecquoties Caluinus Chriſtum arguit? Quapropter non mirum ſi tu, qui eamdem confidentiam & admirationem cæcam profiteris, Caluinum, Bezam Patribus, quos ego citaui, anteponas. non mirum, ſi nouorum dogmatum iniquâ

Digitized by Google

perſuaſione deceptus, ea omnium certiſſima verbis,ſcriptiſque aſſerere audeas: nullam aliam meliorem aut certiorem de religione traditam fuiſſe ſententiam quàm, quæ ab illis & à tuis traditur, non verearis defendere. Hanc plurimorum damno & pernicie, deteſtandam veſtram φιλαυτίαν in rebus diuinis experimur.

Porrò, quouſque tolerabimus, abire non iubebimus Rhemnios iſtos, Agathocliſtas iſtos intolerabiles? Nam ſi nonniſi ſecum natas, nonniſi ſecum perituras diſciplinas iactitent, ſi ſe ſolos & primos glorientur, non meritò Dæmonactem audient? *Dei ſoli eſtis, qui primi? ſi primi, qui ſoli poteſtis eſſe?* Si de quoquam, at bene de vobis, vnius Chriſti nomine, qui cecinit:

> *In ſpeculo, & vitreis ſeſe dum ſpectat in vndis*
> *Cherilus, & nimio flagrat amore ſui,*
> *Et doctore vago bacchatur vappa, ſuoſq;*
> *Collegas nihili cæcus, inerſq; facit.*
> *Ringit, & ipſe ſuos patitur pro crimine manes,*
> *Sic neque ſe inſanum cogitat eſſe miſer.*

5. Sed enim, Anaſtaſi, Patres orthodoxos eſſe iudices noſtrarum controuerſiarum voluiſti. Admitto. At mendacium eſſe dicit Polyander, quo eius etiam animum offendiſti. Quidni & hoc? Nam, *veritas odium parit*. Quare cum Apoſtolo dico. *Inimicus factus ſum, verum dicens.* Cum Propheta. *Odio habuerunt loquentem perfectè.* Non veritatem abominaretur hæreſeos alumnus? Candidus, ſcilicet, hæretici animus, quem ne offendas ſtudioſè cauere debeas. Dic Polyander, quo ſacrificio, quâ hoſtiâ vis iſtud ipſum expiari? Dic, & tuum

Galat. 4.
Amos. 5.

dico-

——— dicemus honorem
Carminibus patrijs lanceſque & liba feremus.
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram,
Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis.

Bona fide, cur non Patres orthodoxos iudices aduocarem, à quibus vitæ iuſtæ inſtituta, & pietatis doctrinam hauſimus? Aduocat D. Auguſtinus, animum tuum per bellum illum, neque aliquando ſine piaculo temerandum, mendacio, ſi tibi credimus, offendit. Sed & quis Orthodoxorum patrum non offendit? Nam illi omnes conqueruntur, quòd hæretici omnes veterũ patrum inſtituta, ac doctrinam repudiarent ac reijcerent. Sic ſolent, qui ſibi non bene conſcij ſunt: ſic ſolent, quorum cauſa iniuſta & iniqua. Nos autem *tantos viros ſecundùm fidem Orthodoxorum, quæ toto orbe diffunditur* iudices adimus, ad eos prouocamus. *Illi noſtra hæc & illa vera eſſe confirmant. Illi ab odio, amicitiâ, inimicitiâ, irâ vacui ſunt. Illi, quod in Eccleſia inuenerunt, tenuerunt, didicerunt, docuerunt; quod à patribus acceperant filijs tradiderunt. Ad tam clara lumina Catholicæ* non prouocaremus? *Ad iudices non cæcos, ſed doctos, ſed graues, ſanctos, veritatis acerrimos defenſores aduerſus garrulas nouitates, in quorum eruditione, libertate, ratione, quæ tria bona iudicem ſpectant, in quibus non poteſt quis inuenire, quod iuſtè ſpernat?* Ad iudices, *qui quanto tibi optabiliores eſſent, ſi Catholicam fidem teneres, tanto terribiliores tibi, qui fidem oppugnas Catholicam quam in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt, quam contra inimicos etiam vos nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertiſſimè & fortiſſimè defenderunt, forent?* D. Auguſtinus tom 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagian.

Monuiſti hanc auctoritatem ſoli Scripturæ

Digitized by Google

ſacræ deferendam. Monuerunt ſoli & quotquot hactenus extiterunt hæretici: ab eorum vitio recederes? Vt eorum monitum, ſic impium & veritati minimè conueniens tuum demonſtrauimus. Mi homo, *non Euangelio crederemus, niſi nos Eccleſiæ Catholicæ auctoritas commoueret*. Eâ enim, quodnam ſit Diui Matthæi, Diui Marci, Diui Lucæ, D. Ioannis Euangelium, non alterâ viâ ſcimus. Quare ad eamdem in controuerſijs prouocandum. Mendacio animum tuum minimè offendi, ſed veritate, quam quia odis, perijſſe cupis.

D. Auguſtinus contra Epiſt. fundam. Manichei 4.

6. At patres potuerunt errare, imò de facto errarunt, *quos tamen, nullâ ignorantiâ laboraſſe, ſed apud eos Scripturæ fuiſſe & eius expoſitionis veritatem, ſcripſiſti.*

Scripſi, fateor, cum Tertulliano lib. præſcript. cap. 2. Cum D. Auguſtino tom. 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagianũ. Nam *apud eos*, aiunt *fuit veritas proinde & Scripturæ & expoſitionis eius veritas*. Cur, quemadmodum in me, ſic in eos, te incurrere non profiteris? Illi enim ſunt poſt quos ſcribo. Verùm iſtud tuum ſtudium miſſum faciamus.

Itaque cũ Patres non erraſſe, nullâ ignorantiâ laboraſſe volumus ac dicimus, primò Patres non ſparſim, ſed collectim conſideramus; eos in vnum legitimè congregatum, & finitum conſilium, vniuerſale ac generale conueniſſe cõtemplamur, in quo communem eorum ſententiam, vnanimem conſenſum, ſanctionem, Spiritus ſancti decretum ac arreſtum, qui tantæ multitudinis facit cor vnum eſſe & animam vnam ſpectamus. Quibus ſic congregatis, *ſanctum Spiritum* adeſſe

adeſſe tam in ijs quæ ſunt fidei, quàm regiminis, credimus. Vnde D. Petrus in omnium primo Eccleſiæ congregatę Concilio, *viſum eſt* (ait) *Spiritui ſancto & nobis*. Adeò vt non ſolùm Apoſtolos, ſed etiam orthodoxos Patres ſic congregatos *in omnem introducat*, vt eius verbis vtar, *veritatem, ne in exponendis fidei articulis, Scripturâq; ſacrâ, ab eâ declinent*. Secundò eoſdem conſideramus in re & cauſſa, in qua omnes ad vnum, vnum & idem ſentiunt. Si enim iſtud Tertulliani verum, vt reuera eſt, *Quod apud multos vnum inuenitur, non erratum, ſed traditum*, quanto magis quod *omnes, vno eodemque ſenſu, manifeſtè, frequenter, perſeueranter, velut quodam ſibi conſentiente magiſtrorum* Concilio, *accipiendo, tenendo, tradendo firmauerunt, pro indubitato, rato, certòque haberi debet?*

Act. 15.
Pag. 206.
Tertull. lib. præſcript. cap. 21. & 28.
Vincent. Lyrinen. cap. 34. lib. cõtra Nouatio.

Alioqui non inficiamur quoſdam ex patribus incidiſſe in quaſdã opiniones non ita probãdas. Inter quos D. Iuſtinum martyrem, Tatianum, Tertullianum, D. Cyprianum, Lactantium, Auguſtinum: Vnde eius retractationum libri. D. Clementem Alexandrinum, qui tamen lib. 3. ſtromatum non abſolutè & ſimpliciter nuptias ſecundas damnat, ſed tantùm ſecundò contrahentium incontinentiam. Eſt enim ſignum incontinentiæ, apud eum, nuptias ſecundò inire.

Quod attinet ad D. Irenæum, errores, quos ei appingis, calumniæ meræ ſunt, & mendacia Centuriatorum. Primùm non dicit diabolos hominibus *carnaliter* commixtos eſſe, ſed ſimpliciter commixtos fuiſſe. Adeò vt potiùs reſpiciat ſpiritualem commixtionem, quàm carnalem. Quanta enim ante diluuium hominum malitia & corruptio? *Omnis caro corruperat viam ſuã* (inquit) Geneſ. 6.

Digitized by Google

Scriptura. Tanta autem corruptio morum, tanta malitia ſine dæmonis ſuggeſtione, eius ſpirituali commixtione eſſe poteſt? Quid quòd propoſitio iſta, *An dæmones mulieribus commiſceri queant*, ſit problematica, ac proinde minime repugnans Scripturæ ſacræ?

2. Quod autem voluerit Chriſtum, cum obijt, quinquagenarium fuiſſe; non ex errore, ſed feruore diſputationis dixit. Cum enim Gnoſticos perſtringeret, qui aſſerebant Chriſtum vnum tantùm annum prædicaſſe; zelo diſputationis in contrariam ſententiam abreptus eſt. Hoc contingere ſolet doctiſſimis & prudentiſſimis viris. Oſtendunt diui Pauli hyperbolæ hyperbata. Oſtendunt diui Chryſoſtomi, D. Auguſtini, multis in locis ſententiæ. Et non ipſis Phariſæis contigit coram Chriſto? Nam cùm tantùm natus eſſet annos. 33. quinquaginta tamen fermè ei tribuebant. *Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidiſti?* Quos non ideo Chriſtus reprehendit.

Ioan. 8.

Geneſ. 1. 3. Iſta etiam, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, non negat de homine dici, vt calumniamini, ſed Chriſto per Antonomaſiam attemperat, eo modo, quo Apoſtolus iſta eidem, *Qui cùm ſit imago inuiſibilis, Dei primogenitus omnis creaturæ, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*. Nam attendit ad ea, quæ nobis collata ſunt in aduentu Chriſti, & quæ nobis in cælo dabuntur. Per aduentum enim ſuum, hanc Dei, ſuique imaginem in nobis perfectam longè ſplendidiorem & illuſtriorem reddidit. In cælo autē, *quando ei ſimiles erimus*. Et quando *reuelata facie gloriam eius ſpeculabimur, in eandem imaginem transformabimur, à claritate in cla-*

Coloſſ. 1.
Hebr. 1.
1. Ioā. 3.
2. Cor. 3.

Digitized by Google

in claritatem ab eiuſdem ſpiritu, perfectiſsimam & illuſtriſſimam faciet. Oſtendunt eius verba. *Confirmat* (ait) *& coaptat nos ad vitam & adeſt plaſmati ſuo, & perficit illud ſecundum imaginem & ſimilitudinem Dei.* D. Iren. l.5.c.16.

4. Quòd verò dixerit hominem non perfectè à Deo conditum, reſpexit ad accidentalia. Exempli gratia, 1. quòd fuerit de limo terræ formatus, 2. quod tentari potuerit, 3. peccare. 4. vinci, 5. mori, 6. damnari, non autem ad eſſentialia. Siquidem nouerat quod Moyſes olim dixerat. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Dei enim ſunt perfecta opera*. Priore conſideratione dicere hominem non perfectè conditum à Deo, non repugnat ſacræ Scripturæ. In naturalibus enim & gratuitis, iuſtitiâ, innocentiâ, & rerum omnium ſcientiâ perfectè fuit conditus, *ſolummodo hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum.* Geneſ. 1. Deut. 32. Eccleſ. 7.

5. Per quatuor animalia, Ezechielis cap. 1. repreſentata ſcripſit figuratè quatuor Euangeliſtas oſtenſos fuiſſe. Concedo. Sed quis ſanæ mentis errorem dixerit eſſe? quis repugnare ſacræ Scripturæ? Verumtamen Polyander ei imponit. Libro ſiquidem. 4. capite 51. ne horum quidem vnum iota attingit. Sed & hoc vnum notandum, Patres, qui in quibuſdam impegerant, à coetanæis, vel ſucceſſoribus notatos & emendatos fuiſſe. Sequor.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XXIIII.

Hæreticis diſplicet veritas: Reſpuunt veterum patrum auctoritatem & interpretationem, vt ſuam ſtatuant.

POLYANDER CALVINISTA.

1. **N***On mihi placent tuæ interpretationes, quarum primâ adſtruis Apoſtolum Petrum Actor. 2. verſ. 27. dictionem* Scheol, non pro ſepulchro, ſed pro inferno produxiſſe *ex Pſalmo 16. verſ. 10.*

2. *Secundâ, Paulum Epheſ. 4. verſ. 6. infernum vocare* inferiores partes terræ. 3. *Tertiâ. Petrum Epiſtola prima cap. 3. verſu 19. teſtari* Spiritum, *id eſt animam in infernum deſcendiſſe, vt* ſpiritibus, qui erant in carcere, prædicaret.

ANASTASIVS CARMELITA.

75. §. 1. Quidni diſplicerent? Eſt vinum, eſt cibus adeò exquiſitus, & vtilis, qui ſtomacho malè diſpoſito placeat? Bone vir, *ſi hominibus placerem Chriſti ſeruus non eſſem.*

Apocal. 10. Olim dictũ D. Ioan. *Vade accipe librũ de manu Angeli & deuora illum, & amaricabit ventrem tuũ, ſed in ore tuo erit, ſicut mel.* Quid tam Angelicum, quod non terreno homini amarũ ſit? Quare D. Auguſtin. ad hæc D. Ioannis Apocalypſ. 10. quærit. *Quis eſt iſte liber, qui amarum facit ventrem, cùm ſit dulcis? Omnia diuina volumina, quæ amara, ſed perfidis ac carnalibus.*

D. Auguſtinus in 10. Apocal.

Digitized by Google

bus. Idololatris enim inſuaue eſt cùm audiunt vnum Deum in Chriſto prædicari. Et Photinus ſimul pertimeſcit horrore correptus. Erubeſcit Sabellius audiens patrem eſſe, qui filius dici non poßit; quia ab ipſo ſunt omnia: filium autem idcirco appellari, quia non vtique Pater ipſe eſt, ſed de Patre, nec à quo, ſed per quem ſunt omniã. Arius confutatur, cùm legit Chriſtum verum filium eſſe Dei. Sine dubio enim verus filius dici non poſſet, niſi propriè eſſet de Deo. Conuincitur & Marcion addiſcens, quia verbum caro factum eſt, qui putat carnem Chriſto negandam. Arguitur & improbus Manichæus videns ſcriptum ab Euangeliſtâ, quia Saluator non ſolùm præſentiâ ſui nuptiarum vota decorauit, verumetiam poculis honeſtauit, qui nuptiarum aditus intercludit, & promiſcuè conuenire hortatur. Hic liber non ſolùm malè ſentientibus eſt amarum, verumetiam indiſciplinatis, qui nolunt corripi, vt in pœnis proficiant. Et mirabitur quis, ſi meæ interpretationes, quid dico meas? ſunt enim orthodoxorũ Patrũ, tibi diſpliceant? Nam *& veſtra & quaſi argutula nouitas ſolâ auctoritate illorum conteritur. Non enim, cùm Epiſcopi eſſent, & hîc viuerent, ſermone ſolùm, verumetiam ſcriptis, quæ poſteritati relinquerent, fidem Catholicam ſtrenuè defenderunt, & veſtra confregerunt argumenta.* Idem D. Auguſtin. lib. 2. in Iulianũ Pelagiaci.

Nihilominus primam interpretationem Patrum orthodoxorum à me productam repudias, ſed interpretatione, adeò eleganti, vt in eâ nemo non notet ingenij tui ſtultitiam & inſcitiam. Diſpiciamus. *D. Petrus hæc verba, Act.* 2. inqnis. Viri fratres licet libere dicere ad vos de Patriarchâ Dauid, quoniam defunctus eſt & ſepultus eſt & ſepulchrũ eius apud nos vſq; in hodiernũ diem, *opponendo ſequentibus*, Propheta igitur cùm eſſet & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi Deus, de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius, prouidẽs locu-

Digitized by Google

locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius vidit corruptionem, *hac oppoſitione apertè indicat ſe non diſputare de animarum Dauidis & Chriſti emiſſione ex loco puniendis reprobis deſtinato (in quem, vt de Chriſto nunc taceam Dauidis animam emigraſſe, numquam ex ſacra Scripturâ demonſtrabis) ſed de corporum vtriuſque reſurrectione ac conſeruatione ab omni corruptione in ſepulchro*, &c.

1. Primò falſum ſupponis. Nemo enim eſt noſtrum, qui dicat Dauidis animam rediiſſe ex loco reprobis deſtinato. Secundò falſum eſt, Apoſtolum loqui de Dauidis corporis reſurrectione & conſeruatione ab omni corruptione: non enim corpus Dauid ſeruatum eſt in ſepulchro, ab omni corruptione. Quin potiùs D. Petrus in eo totus eſt, vt oſtendat Dauidem non de ſe loqui, Dauidem non reſurrexiſſe, ſed Chriſtum, & hunc locum pſalmi 15. verſ. 11. tantùm de Chriſto, à Dauide eſſe pronuntiatum. Tertiò, quòd ſi de vtriuſque corporum reſurrectione verba faceret, quod tamen falſum, oporteret eum loqui de vtriuſq; animarũ ex inferno emiſſione. Nam anima Dauidis non erat in cælo; non etiam in ſepulchro, nõ in iſta parte aeris & ſuperficie terræ

Morte obita quales fama eſt volitare figuras.

Nam error paganorũ fuit & quorundam hęreticorum. Non etiam in aqua, non in igne. Corporis reſurrectio non fit, quàm per regreſſum animæ ad corpus. Non poterat igitur ſermonem habere de reſurrectione corporum Chriſti, & Dauidis, niſi etiam de vtriuſque animarũ emiſſione, & eâ, ex inferno, loqueretur.

4. Falſum, iſta, *nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*,

ptionem, quæ ſunt poſterior pars illius verſus, eſſe expoſitionẽ prioris partis eiuſdem verſus, nempe horum verborum, ***non derelinques animam meam in inferno***. Atque hæc interpretatio impia cerebroque hæretico tantùm digna, repugnat intentioni, atque intelligentiæ D. Petri. Cùm enim totus ſit, vt oſtendat, quemadmodum diximus, non Dauidem reſurrexiſſe, ſed Chriſtum, nec poſſit eſſe corporis reſurrectio, quàm per regreſſum animæ ad corpus; iſtis autem probet ſuum intentum, neceſſe eſt, vt in priore huius verſus, parte loquatur verè de anima Chriſti, in poſteriore de corpore. Quare D. Auguſtinus conſpirat. *Quis in ea ſpe diceret requieuiſſe carnem ſuam, vt non derelicta anima ſua in inferno, ſed ad eum redeunte, reuiuiſceret ne corrumperetur, ſicut cadauera corrumpi ſolent, niſi qui die tertio reſurrexit?* Vt duæ partes iſtius verſus correſpondeant; prior animæ Chriſti, poſterior eiuſdem corpori, quarum reunione facta reſurrectio. D. Auguſtinus lib. 17. de ciuit. cap. 18.

5. *Diuum Lucam ſecutum Græcam editionem pro Sahath, quod ſepulchrum ſignificat, poſuiſſe διάφθοραν, id eſt corruptionem*, nihil aliud eſt quàm color adhibitus tuæ impiæ interpretationi. Nam D. Lucas non ignarus linguæ Hæbraicæ, ſatis nouerat vocem *Sahath*, Hebræis corruptionem ſignificare. Ita enim Rabbi Abraham & Hebræi Doctiores. ***Non patieris, vt ego, quem ſanctificaſti, ſentiam corruptionem, vt meum corpus in ſepulchro corrumpatur, putreſcat, & in puluerem redigatur.*** Hinc & in Midras Tillim, etiam caro eius habitabit tutò, ait Rabbi Iſaac, quòd non dominabitur in eum poſt mortem ſcolex aut vermis. Conuenit D. Auguſtinus, ad hæc, ***nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem***, id eſt, ***negandi,*** D. Auguſtin. in pſ. 1

que ſanctificatum corpus, per quod & alij ſunt ſanctificandi, corrumpi patieris. Non igitur neceſſe habuit D. Lucas ſequi editionem Græcorum, vt διάφθοραν, id eſt corruptionem verteret, cùm *Sabath* dictio corruptionem Hebræis ſignificet; non neceſſe habuit pro ſepulchro corruptionem ponere, ſed iuxta rei ac fidei veritatem, abſque vllâ figuratâ loquutione, de verâ corruptione, quam Chriſti corpus non *vidit*, id eſt, non ſenſit, ſcribere.

6. Pagnino (cui tamen fides noſtra non adſtringitur) imponis. Licet enim, pro inferno in vtroque teſtamento, cum euentu pugnans ſepulchrum poſuerit, tamen non pro animâ *Cadauer*, vt ſcripſiſti pag. 210, vertit.

7. *Nephes autem* Leuitici. 19. verſ. 28. & 21. verſ. 1. Numer. 5. verſ. 2. & 9. verſ. 10. Et Aggei 2. v. 14. *pro cadauere ſolo* ſumi, falſum. Nam, vt ſuperiore l. p. 139. 140. oſtẽdi vel pro toto homine, vel per Synecdochen pro homine defuncto, vel potiùs per Metonymiã pro mortui hominis funere, pro cuius anima fiebat ſupremum illud officium, vbi eſt myſterium antiquę curę viuorum pro mortuis & mortuorum animabus, vſurpatur. Adeò vt Moyſes animam appellet officium ſupremum pro mortuo peractum, neque reſpicit corpus ſiue cadauer, quoniam eius cauſa parentalia illa non tam ſolemniter fuiſſent peracta.

Genebrardus in pſ. 15.

8. Falſum etiam D. Hieronymum in 2. Aggei, animam pro cadauere ſumere, ſed *contagione demortui*. *Pollutus anima*, id eſt, tactu hominis mortui, cuius funus inſtituitur. Vnde non reperitur in hac notione, niſi quando agitur de funeribus & exequijs, quaſi illa propriè fierent propter animam & in fauore manimæ, non corporis.

1. Da-

Digitized by Google

9. Dauidis animam deſcendiſſe ad inferos, numquam me ex ſacrâ Scripturâ demonſtraturum, nolentibus videre, fateor. Nam quis, quod dicitur, non ſitientem Aſinum bibere compellet? Volentibus verò abundantiſſimè. Siquidem cum Dauidis anima eòdem deſcenderit, quò cæterorum Patriarcharum animæ; Eſaias, autem Chriſtum ſic loquentem introducat. *Portas æneas confringam, vectes ferreos conteram, & aperiam Theſauros obtenebratos, & inuiſibiles oſtendam tibi*: atque hæc de animabus Patriarcharum detentis in inferno. Ita enim D. Chryſoſtomus, *Infernum ſic vocat. Quamuis enim infernus eſſet, animas tamẽ tenebat ſanctas & vaſa pretioſa Abraham, Iſaac, Iacob. Propter quod theſauros vocat, obtenebratos, quia ſol iuſtitiæ nondũ ibi fulſerat, neque de reſurrectione ſermones prædicarat*; Quis inde non colligit Dauidis animam ibidem fuiſſe, & id Eſaiam ſignificare? Zacharias etiam habet. *Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua*. D. Petrus 1. cap. 3. *In quo, & his, qui in carcere erant, ſpiritu veniens prædicauit.* Quid iſtis apertius? Neque enim eſt, quod mihi tuas & Caluini expoſitiones opponas. Hoc enim eſſet egredi ſacræ Scripturę contextum, quod ipſi obijcere ſoletis.

Eſa. 45.

D. Chryſoſt. homil. quod Chriſtus ſit Deus.

Zach. 9.

1. Pet. 3.

Sed & placet audire tuũ Caluinũ? Non enim diſcedit longe à ſententiâ noſtrâ. *Animæ fidelium* (inquit) *corporibus egreſſæ, in carcere detentæ fuerunt, vbi erant conſtrictæ ardenti deſiderio aduentus Chriſti, quòd libertatis ſpiritu nondum plenæ eſſent donatæ.* Hæc ille in priorem Epiſtolam diui Petri. Amabò, vbi iſtos carceres, in quibus detinebantur, repones? In cælo? at nullæ cælum ingreſſæ ſunt ante Chriſtum. In igne, in aëre, in aqua, in hac terræ ſuperficie?

Caluin. in 1. D. Petri.

perficie? Quomodo id conſtabit? Quid ſupereſt igitur, niſi vt cum recepta ab omni Eccleſia ſententia, in ipſis terræ viſceribus, quæ nobis ſunt infernus, colloces? non tibi videre volenti, ex ipſâ ſacrâ Scripturâ, Dauidis animam, in infernum deſcendiſſe abundè probarem?

2. Alteram interpretationem reijcis, ſed fictâ & mentitâ Caluini expoſitione. Ita enim tuus Caluinus, mutans comparatiuum, quo D. Paulus Epheſ. 4. vtitur, *Qui aſcendit ſupra omnes cælos, ipſe eſt qui deſcendit in inferiores partes terræ*, in poſitiuum, gallicis verbis vertit, *Il eſt deſcendu aux baſſes parties de la terre*, quum tamen Apoſtolus in comparatiuo dicat inferiores *les plus baſſes* partes terræ. Et ſic D. Chryſoſtomus, *Inferiores partes terræ*, id eſt, *poſt quas non ſunt aliæ*. Et certè D. Paulus non tantùm Chriſti è cælis ad terram deſcenſum id eſt, ad has exteriores partes deſcribit, ſed etiam inferiores; vt quemadmodum Chriſtum *ſupra omnes cælos aſcendiſſe* ſcribit, ſic eum velit, terræ inferiores partes, poſt quas nullæ aliæ ſunt, penetraſſe, vt comparationis extrema inter ſe oppoſita, pari collatione ſibi reſpondeant. Hinc factum, vt D. Hieronymus, D. Auguſtinus, Primaſius, D. Ambroſius, Oecumenius, Euthimius, Theodoretus, D. Chryſoſtomus & Theophylactus, ex iſto Apoſtoli teſtimonio articulum deſcenſus animæ Chriſti ad inferos probent ac confirment. Quibus nos ſubſcribimus, non Caluino, non tibi, non hæreticis, ad quos, vt Tertullianus monuit, *non pertinet ſacra Scriptura expoſitio; Non enim Chriſtiani ſunt, cùm necdum crediderint.*

D. Chryſoſt. homil. 11. in Epiſt. ad Epheſ.

Tertull. præſcript. lib.

3. Tertiam quoque, quæ etiam Patrum orthodoxorum eſt, reſpuis, atque rationibus Bezæ,

qui-

Digitized by Google

quibus contendit oſtendere iſta D. Petri 1. cap. 3. *In quo & his, qui in carcere erant, ſpiritu veniens prædicauit*, non de deſcenſu reali animæ Chriſti ad infe-fos intelligi.

Lector? non iſtud Lepidum? Reſpuet iſte ſanctorum patrum interpretationem, vt vnius Apoſtatæ & veræ fidei deſertoris ambabus, quod dicunt vlnis amplectatur? Iuſtum æquúmue quis ſanæ mentis iudicauerit? Verumtamen perbellas Bezæ huius rationes perluſtremus.

Prima eſt, *quia D. Petrus nullam animæ Chriſti mentionem faciat, ſed ſpiritus, id eſt, diuinæ potentiæ, nec per ſpiritũ intelligere poßis animã Chriſti, quin ſimul dicas eum per animam ipſius viuificatũ, id eſt in vitam reuocatum*. At falſum eſt D. Petrũ nullam animæ Chriſti mentionem facere. Nam veniſſe Chriſtũ in carcere dicit: at ibi venire ac deſcendere ſecundũ diuinitatẽ, quę vbiq; eſt, nec mouetur de loco ad locum, non potuit. Non etiam ſecundùm corpus, quia remanſit in ſepulchro. Quid ſupereſt, niſi vt ſecundùm animam? Quare nullam animæ Chriſti mentionem Apoſtolum Petrum facere, inſigne mendacium eſt. Sed per *ſpiritum intelligit diuinam potentiam*, non ſolam, ſed etiam animam eius. Diuinam potentiam quidem, vnde D. Cyrillus Alexandrinus, *Diuina virtute ac poteſtate vtẽs, etiam ſpiritibus, qui in inferno erant prædicauit. Eodem ſpiritu, quo dixerat viuificatos*, id eſt, *diuinitatis potentia.* Animam autem, ſecundum quam in infernum deſcendit, non enim poterat diuinitate, vt dictum eſt. Nam & coniuncta ſemper fuit diuinitati; adeò vt vtramque animam & diuinitatem complectatur, ſpiritus nomine.

D. Cyrillus Alexand. l. de recta in Deum fide ad Theodoſ.

Obducit per ſpiritum, animam intelligi non

perſuaſione deceptus, ea omnium certiſſima verbis,ſcriptiſque aſſerere audeas: nullam aliam meliorem aut certiorem de religione traditam fuiſſe ſententiam quàm, quæ ab illis & à tuis traditur, non verearis defendere. Hanc plurimorum damno & pernicie, deteſtandam veſtram φιλαυτίαν in rebus diuinis experimur.

Porrò, quouſque tolerabimus, abire non iubebimus Rhemnios iſtos, Agathocliſtas iſtos intolerabiles? Nam ſi nonniſi ſecum natas, nonniſi ſecum perituras diſciplinas iactitent, ſi ſe ſolos & primos glorientur, non meritò Dæmonactem audient? *Dei ſoli eſtis, qui primi? ſi primi, qui ſoli poteſtis eſſe?* Si de quoquam, at bene de vobis, vnius Chriſti nomine, qui cecinit:

> *In ſpeculo, & vitreis ſeſe dum ſpectat in vndis*
> *Cherilus, & nimio flagrat amore ſui,*
> *Et doctore vago bacchatur vappa, ſuoſq;*
> *Collegas nihili cacus, inerſq; facit.*
> *Ringit, & ipſe ſuos patitur pro crimine manes,*
> *Sic neque ſe inſanum cogitat eſſe miſer.*

5. Sed enim, Anaſtaſi, Patres orthodoxos eſſe iudices noſtrarum controuerſiarum voluiſti. Admitto. At mendacium eſſe dicit Polyander, quo eius etiam animum offendiſti. Quidni & hoc? Nam, *veritas odium parit*. Quare cum Apoſtolo dico. *Inimicus factus ſum, verum dicens.* Cum Propheta. (Galat. 4.) *Odio habuerunt loquentem perfectè.* Non veritatem abominaretur hæreſeos alumnus? Candidus, ſcilicet, hæretici animus, quem ne offendas ſtudioſè cauere debeas. Dic Polyander, quo ſacrificio, quâ hoſtiâ vis iſtud ipſum expiari? Dic, & tuum (Amos, 5.)

dico-

Digitized by Google

——— dicemus honorem
Carminibus patrijs, lanceſque & liba feremus.
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram,
Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis.

Bona fide, cur non Patres orthodoxos iudices aduocarem, à quibus vitæ iuſtæ inſtituta, & pietatis doctrinam hauſimus? Aduocat D. Auguſtinus, animum tuum per bellum illum, neque aliquando ſine piaculo temerandum, mendacio, ſi tibi credimus, offendit. Sed & quis Orthodoxorum patrum non offendit? Nam illi omnes conqueruntur, quòd hæretici omnes veterũ patrum inſtituta, ac doctrinam repudiarent ac reijcerent. Sic ſolent, qui ſibi non bene conſcij ſunt: ſic ſolent, quorum cauſa iniuſta & iniqua. Nos autem *tantos viros ſecundùm fidem Orthodoxorum, quæ toto orbe diffunditur* iudices adimus, ad eos prouocamus. *Illi noſtra hæc & illa vera eſſe confirmant. Illi ab odio, amicitiâ, inimicitiâ, irâ vacui ſunt. Illi, quod in Eccleſia inuenerunt, tenuerunt, didicerunt, docuerunt; quod à patribus acceperant filijs tradiderunt. Ad tam clara lumina Catholicæ* non prouocaremus? *Ad iudices non cæcos, ſed doctos, ſed graues, ſanctos, veritatis acerrimos defenſores aduerſus garrulas nouitates, in quorum eruditione, libertate, ratione, quæ tria bona iudicem ſpectant, in quibus non poteſt quis inuenire, quod iuſtè ſpernat?* Ad iudices, *qui quanto tibi optabiliores eſſent, ſi Catholicam fidem teneres, tanto terribiliores tibi, qui fidem oppugnas Catholicam quam in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt, quam contra inimicos etiam vos nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertiſſimè & fortiſſimè defenderunt, forent?*

D. Auguſtinus tom 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagian.

Monuiſti hanc auctoritatem ſoli Scripturæ ſacræ

ſacræ deferendam. Monuerunt ſoli & quotquot hactenus exſtiterunt hæretici: ab eorum vitio recederes? Vt eorum monitum, ſic impium & veritati minimè conueniens tuum demonſtra-uimus. Mi homo, *non Euangelio crederemus, niſi nos Eccleſiæ Catholicæ auctoritas commoueret*. Eâ enim, quodnam ſit Diui Matthæi, Diui Marci, Diui Lucæ, D. Ioannis Euangelium, non alterâ viâ ſcimus. Quare ad eamdem in controuerſijs prouocandum. Mendacio animum tuum minimè offendi, ſed veritate, quam quia odis, perijſſe cupis.

D. Auguſtinus contra Epiſt. fundam. Manichei 4.

6. At patres potuerunt errare, imò de facto errarunt, *quos tamen, nullâ ignorantiâ laboraſſe, ſed apud eos Scripturæ fuiſſe & eius expoſitionis veritatem, ſcripſiſti.*

Scripſi, fateor, cum Tertulliano lib. præſcript. cap. 2. Cum D. Auguſtino tom. 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagianũ. Nam *apud eos*, aiunt *fuit veritas proinde & Scripturæ & expoſitionis eius veritas*. Cur, quemadmodum in me, ſic in eos, te incurrere non profiteris? Illi enim ſunt poſt quos ſcribo. Verùm iſtud tuum ſtudium miſſum faciamus.

Itaque cũ Patres non erraſſe, nullâ ignorantiâ laboraſſe volumus ac dicimus, primò Patres non ſparſim, ſed collectim conſideramus; eos in vnum legitimè congregatum, & finitum conſilium, vniuerſale ac generale conueniſſe cõtemplamur, in quo communem eorum ſententiam, vnanimem conſenſum, ſanctionem, Spiritus ſancti decretum ac arreſtum, qui tantæ multitudinis facit cor vnum eſſe & animam vnam ſpectamus. Quibus ſic congregatis, *ſanctum Spiritum* adeſſe

adeſſe tam in ijs quæ ſunt fidei, quàm regiminis, credimus. Vnde D. Petrus in omnium primo Eccleſiæ congregatę Concilio, *viſum eſt* (ait) *Spiritui ſancto & nobis*. Adeò vt non ſolùm Apoſtolos, ſed etiam orthodoxos Patres ſic congregatos *in omnem introducat*, vt eius verbis vtar, *veritatem, ne in exponendis fidei articulis, Scripturâq; ſacrâ, ab eâ declinent*. Secundò eoſdem conſideramus in re & cauſſa, in qua omnes ad vnum, vnum & idem ſentiunt. Si enim iſtud Tertulliani verum, vt reuera eſt, *Quod apud multos vnum inuenitur, non erratum, ſed traditum*, quanto magis quod *omnes, vno eodemque ſenſu, manifeſtè, frequenter, perſeueranter, velut quodam ſibi conſentiente magiſtrorum Concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerunt, pro indubitato, rato, certò que haberi debet?*

Act. 15.

Pag. 206.

Tertull. lib. præſcript. cap. 21. & 28. Vincent. Lyrinen. cap. 34. lib. cõtra Nouatio.

Alioqui non inficiamur quoſdam ex patribus incidiſſe in quaſdã opiniones non ita probãdas. Inter quos D. Iuſtinum martyrem, Tatianum, Tertullianum, D. Cyprianum, Lactantium, Auguſtinum: Vnde eius retractationum libri. D. Clementem Alexandrinum, qui tamen lib. 3. ſtromatum non abſolutè & ſimpliciter nuptias ſecundas damnat, ſed tantùm ſecundò contrahentium incontinentiam. Eſt enim ſignum incontinentiæ, apud eum, nuptias ſecundò inire.

Quod attinet ad D. Irenæum, errores, quos ei appingis, calumniæ meræ ſunt, & mendacia Centuriatorum. Primùm non dicit diabolos hominibus *Carnaliter* commixtos eſſe, ſed ſimpliciter commixtos fuiſſe. Adeò vt potiùs reſpiciat ſpiritualem commixtionem, quàm carnalem. Quanta enim ante diluuium hominum malitia & corruptio? *Omnis caro corruperat viam ſuã* (inquit) Geneſ. 6.

 Scri-

Digitized by Google

perſuaſione deceptus, ea omnium certiſſima verbis, ſcriptiſque aſſerere audeas: nullam aliam meliorem aut certiorem de religione traditam fuiſſe ſententiam quàm, quæ ab illis & à tuis traditur, non verearis defendere. Hanc plurimorum damno & pernicie, deteſtandam veſtram φιλαυτίαν in rebus diuinis experimur.

Porrò, quouſque tolerabimus, abire non iubebimus Rhemnios iſtos, Agathocliſtas iſtos intolerabiles? Nam ſi nonniſi ſecum natas, nonniſi ſecum perituras diſciplinas iactitent, ſi ſe ſolos & primos glorientur, non meritò Dæmonactem audient? *Dei ſoli eſtis, qui primi? ſi primi, qui ſoli poteſtis eſſe?* Si de quoquam, at bene de vobis, vnius Chriſti nomine, qui cecinit:

> *In ſpeculo, & vitreis ſeſe dum ſpectat in vndis*
> *Cherilus, & nimio flagrat amore ſui,*
> *Et doctore vago bacchatur vappa, ſuoſq;*
> *Collegas nihili cæcus, inerſq; facit.*
> *Ringit, & ipſe ſuos patitur pro crimine manes,*
> *Sic neque ſe inſanum cogitat eſſe miſer.*

5. Sed enim, Anaſtaſi, Patres orthodoxos eſſe iudices noſtrarum controuerſiarum voluiſti. Admitto. At mendacium eſſe dicit Polyander, quo eius etiam animum offendiſti. Quidni & hoc? Nam, *veritas odium parit*. Quare cum Apoſtolo dico. *Inimicus factus ſum, verum dicens.* Cum Propheta. *Odio habuerunt loquentem perfectè*. Non veritatem abominaretur hæreſeos alumnus? Candidus, ſcilicet, hæretici animus, quem ne offendas ſtudioſè cauere debeas. Dic Polyander, quo ſacrificio, quâ hoſtiâ vis iſtud ipſum expiari? Dic, & tuum

Galat. 4. Amos. 5.

Digitized by Google

—— dicemus honorem
Carminibus patrijs lancéſque & liba feremus.
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram,
Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis.

Bona fide, cur non Patres orthodoxos iudices aduocarem, à quibus vitæ iuſtæ inſtituta, & pietatis doctrinam hauſimus? Aduocat D. Auguſtinus, animum tuum per bellum illum, neque aliquando ſine piaculo temerandum, mendacio, ſi tibi credimus, offendit. Sed & quis Orthodoxorum patrum non offendit? Nam illi omnes conqueruntur, quòd hæretici omnes veterũ patrum inſtituta, ac doctrinam repudiarent ac reijcerent. Sic ſolent, qui ſibi non bene conſcij ſunt: ſic ſolent, quorum cauſa iniuſta & iniqua. Nos autem *tantos viros ſecundùm fidem Orthodoxorum, quæ toto orbe diffunditur* iudices adimus, ad eos prouocamus. *Illi noſtra hæc & illa vera eſſe confirmant. Illi ab odio, amicitiâ, inimicitiâ, irâ vacui ſunt. Illi, quod in Eccleſia inuenerunt, tenuerunt, didicerunt, docuerunt; quod à patribus acceperant filijs tradiderunt. Ad tam clara lumina Catholicæ* non prouocaremus? *Ad iudices non cæcos, ſed doctos, ſed graues, ſanctos, veritatis acerrimos defenſores aduerſus garrulas nouitates, in quorum eruditione, libertate, ratione, quæ tria bona iudicem ſpectant, in quibus non poteſt quis inuenire, quod iuſtè ſpernat?* Ad iudices, *qui quanto tibi optabiliores eſſent, ſi Catholicam fidem teneres, tanto terribiliores tibi, qui fidem oppugnas Catholicam quam in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt, quam contra inimicos etiam vos nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertiſſimè & fortiſſimè defenderunt, forent?* D. Auguſtinus tom 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagian.

Monuiſti hanc auctoritatem ſoli Scripturæ

Digitized by Google

ſacræ deferendam. Monuerunt ſoli & quotquot hactenus exſtiterunt hæretici: ab eorum vitio recederes? Vt eorum monitum, ſic impium & veritati minimè conueniens tuum demonſtramus. Mi homo, *non Euangelio crederemus, niſi nos Eccleſiæ Catholicæ auctoritas commoueret*. Eâ enim, quodnam ſit Diui Matthæi, Diui Marci, Diui Lucæ, D. Ioannis Euangelium, non alterâ viâ ſcimus. Quare ad eamdem in controuerſijs prouocandum. Mendacio animum tuum minimè offendi, ſed veritate, quam quia odis, perijſſe cupis.

D. Auguſtinus contra Epiſt. fundam. Manichei 4.

6. At patres potuerunt errare, imò de facto errarunt, *quos tamen, nullâ ignorantiâ laboraſſe, ſed apud eos Scriptura fuiſſe & eius expoſitionis veritatem, ſcripſiſti.*

Scripſi, fateor, cum Tertulliano lib. præſcript. cap. 2. Cum D. Auguſtino tom. 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagianũ. Nam *apud eos*, aiunt *fuit veritas proinde & Scriptura & expoſitionis eius veritas*. Cur, quemadmodum in me, ſic in eos, te incurrere non profiteris? Illi enim ſunt poſt quos ſcribo. Verùm iſtud tuum ſtudium miſſum faciamus.

Itaque cũ Patres non erraſſe, nullâ ignorantiâ laboraſſe volumus ac dicimus, primò Patres non ſparſim, ſed collectim conſideramus; eos in vnum legitimè congregatum, & finitum conſilium, vniuerſale ac generale conueniſſe cõtemplamur, in quo communem eorum ſententiam, vnanimem conſenſum, ſanctionem, Spiritus ſancti decretum ac arreſtum, qui tantæ multitudinis facit cor vnum eſſe & animam vnam ſpectamus. Quibus ſic congregatis, *ſanctum Spiritum* adeſſe

Digitized by Google

adeſſe tam in ijs quæ ſunt fidei, quàm regiminis, credimus. Vnde D. Petrus in omnium primo Eccleſiæ congregatę Concilio, *viſum eſt* (ait) *Spiritui ſancto & nobis*. Adeò vt non ſolùm Apoſtolos, ſed etiam orthodoxos Patres ſic congregatos *in omnem introducat*, vt eius verbis vtar, *veritatem, ne in exponendis fidei articulis, Scripturáq; ſacrâ, ab eâ declinent*. Secundò eoſdem conſideramus in re & cauſſa, in qua omnes ad vnum, vnum & idem ſentiunt. Si enim iſtud Tertulliani verum, vt reuera eſt, *Quod apud multos vnum inuenitur, non erratum, ſed traditum*, quanto magis quod *omnes, vno eodemque ſenſu, manifeſtè, frequenter, perſeueranter, velut quodam ſibi conſentiente magiſtrorum Concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerunt, pro indubitato, rato, certò que haberi debet?*

Act. 15.
Pag. 206.
Tertull. lib. præſcript. cap. 21. & 28.
Vincent. Lyrinen. cap. 34.
lib. cōtra Nouatio.

Alioqui non inficiamur quoſdam ex patribus incidiſſe in quaſdã opiniones non ita probãdas. Inter quos D. Iuſtinum martyrem, Tatianum, Tertullianum, D. Cyprianum, Lactantium, Auguſtinum: Vnde eius retractationum libri. D. Clementem Alexandrinum, qui tamen lib. 3. ſtromatum non abſolutè & ſimpliciter nuptias ſecundas damnat, ſed tantùm ſecundò contrahentium incontinentiam. Eſt enim ſignum incontinentiæ, apud eum, nuptias ſecundò inire.

Quod attinet ad D. Irenæum, errores, quos ei appingis, calumniæ meræ ſunt, & mendacia Centuriatorum. Primùm non dicit diabolos hominibus *Carnaliter* commixtos eſſe, ſed ſimpliciter commixtos fuiſſe. Adeò vt potiùs reſpiciat ſpiritualem commixtionem, quàm carnalem. Quanta enim ante diluuium hominum malitia & corruptio? *Omnis caro corruperat viam ſuã* (inquit) Geneſ. 6.

Digitized by Google

Scriptura. Tanta autem corruptio morum, tanta malitia ſine dæmonis ſuggeſtione, eius ſpirituali commixtione eſſe poteſt? Quid quòd propoſitio iſta, *An dæmones mulieribus commiſceri queant*, ſit problematica, ac proinde minime repugnans Scripturæ ſacræ?

2. Quod autem voluerit Chriſtum, cum obijt, quinquagenarium fuiſſe; non ex errore, ſed feruore diſputationis dixit. Cum enim Gnoſticos perſtringeret, qui aſſerebant Chriſtum vnum tantùm annum prædicaſſe; zelo diſputationis in contrariam ſententiam abreptus eſt. Hoc contingere ſolet doctiſſimis & prudentiſſimis viris. Oſtendunt diui Pauli hyperbolæ hyperbata. Oſtendunt diui Chryſoſtomi, D. Auguſtini, multis in locis ſententiæ. Et non ipſis Phariſæis contigit coram Chriſto? Nam cùm tantùm natus eſſet annos. 33. quinquaginta tamen fermè ei tribuebant. *Quinquaginta annos nondum habes &*
Ioan. 8. *Abraham vidiſti?* Quos non ideo Chriſtus reprehendit.

Geneſ. 1. 3. Iſta etiam, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, non negat de homine dici, vt calumniamini, ſed Chriſto per Antonomaſiam attemperat, eo modo, quo Apoſtolus iſta eidem,
Coloſſ. 1. *Qui cùm ſit imago inuiſibilis, Dei primogenitus omnis crea-*
Hebr. 1. *turæ, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*. Nam attendit ad ea, quæ nobis collata ſunt in aduentu Chriſti, & quæ nobis in cælo dabuntur. Per aduentum enim ſuum, hanc Dei, ſuique imaginem in nobis perfectam longè ſplendidiorem & illuſtriorem reddidit. In cælo autẽ, *quando ei ſimiles eri-*
1. Ioã. 3. *mus*. Et quando *reuelata facie gloriam eius ſpeculabi-*
2. Cor. 3. *mur, in eamdem imaginem transformabimur, à claritate in cla-*

Digitized by Google

in claritatem ab eiuſdem ſpiritu, perfectiſſimam & illuſtriſſimam faciet. Oſtendunt eius verba. *Confirmat* (ait) *& coaptat nos ad vitam & adeſt plaſmati ſuo, & perficit illud ſecundum imaginem & ſimilitudinem Dei.* D. Iren. l.5. c.16.

4. Quòd verò dixerit hominem non perfectè à Deo conditum, reſpexit ad accidentalia. Exempli gratia, 1. quòd fuerit de limo terræ formatus, 2. quod tentari potuerit, 3. peccare, 4. vinci, 5. mori, 6. damnari, non autem ad eſſentialia. Siquidem nouerat quod Moyſes olim dixerat. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Dei enim ſunt perfecta opera*. Priore conſideratione dicere hominem non perfectè conditum à Deo, non repugnat ſacræ Scripturæ. In naturalibus enim & gratuitis, iuſtitiâ, innocentiâ, & rerum omnium ſcientiâ perfectè fuit conditus, *ſolummodo hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum.* Geneſ. 1. Deut. 32. Eccleſ. 7.

5. Per quatuor animalia, Ezechielis cap. 1. repreſentata ſcripſit figuratè quatuor Euangeliſtas oſtenſos fuiſſe. Concedo. Sed quis ſanæ mentis errorem dixerit eſſe? quis repugnare ſacræ Scripturæ? Verumtamen Polyander ei imponit. Libro ſiquidem. 4. capite 51. ne horum quidem vnum iota attingit. Sed & hoc vnum notandum, Patres, qui in quibuſdam impegerant, à coetanæis, vel ſucceſſoribus notatos & emendatos fuiſſe. Sequor.

CAP.

CAPVT XXIIII.

Hæreticis diſplicet veritas: Reſpuunt veterum patrum auctoritatem & interpretationem, vt ſuam ſtatuant.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Non mihi placent tuæ interpretationes, quarum primâ adſtruis Apoſtolum Petrum Actor. 2. verſ. 27. dictionem* Scheol, non pro ſepulchro, ſed pro inferno produxiſſe *ex Pſalmo 16. verſ. 10.* 2. *Secundâ, Paulum Epheſ. 4. verſ. 6. infernum vocare* inferiores partes terræ. 3. *Tertiâ. Petrum Epiſtolæ prima cap. 3. verſu 19. teſtari* Spiritum, *id eſt animam in infernum deſcendiſſe, vt* ſpiritibus, qui erant in carcere, prædicaret.

ANASTASIVS CARMELITA.

75. §. 1. Quidni diſplicerent? Eſt vinum, eſt cibus adeò exquiſitus, & vtilis, qui ſtomacho malè diſpoſito placeat? Bone vir, *ſi hominibus placerem Chriſti ſeruus non eſſem.*

Apocal. 10. Olim dictũ D. Ioan. *Vade accipe librũ de manu Angeli & deuora illum, & amaricabit ventrem tuũ, ſed in ore tuo erit, ſicut mel.* Quid tam Angelicum, quod non

D. Auguſtinus in 10. Apocal. terreno homini amarũ ſit? Quare D. Auguſtin. ad hæc D. Ioannis Apocalypſ. 10. quærit. *Quis eſt iſte liber, qui amarum facit ventrem, cùm ſit dulcis? Omnia diuina volumina, quæ amara, ſed perfidis ac carnalibus.*

bus. Idololatris enim inſuaue eſt cùm audiunt vnum Deum in Chriſto prædicari. Et Photinus ſimul pertimeſcit horrore correptus. Erubeſcit Sabellius audiens patrem eſſe, qui filius dici non poſſit; quia ab ipſo ſunt omnia: filium autem idcirco appellari, quia non vtique Pater ipſe eſt, ſed de Patre, nec à quo, ſed per quem ſunt omnia. Arius confutatur, cùm legit Chriſtum verum filium eſſe Dei. Sine dubio enim verus filius dici non poſſet, niſi propriè eſſet de Deo. Conuincitur & Marcion addiſcens, quia verbum caro factum eſt, qui putat carnem Chriſto negandam. Arguitur & improbus Manichæus videns ſcriptum ab Euangeliſtâ, quia Saluator non ſolùm præſentiâ ſui nuptiarum vota decorauit, verumetiam poculis honeſtauit, qui nuptiarum aditus intercludit, & promiſcuè conuenire hortatur. Hic liber non ſolùm malè ſentientibus eſt amarum, verumetiam indiſciplinatis, qui nolunt corripi, vt in pœnis proficiant. Et mirabitur quis, ſi meæ interpretationes, quid dico meas? ſunt enim orthodoxorũ Patrũ, tibi diſpliceant? Nam *& veſtra & quaſi argutula nouitas ſolâ auctoritate illorum conteritur. Non enim, cùm Epiſcopi eſſent, & hîc viuerent, ſermone ſolùm, verumetiam ſcriptis, quæ poſteritati relinquerent, fidem Catholicam ſtrenuè defenderunt, & veſtra confregerunt argumenta.* Idem D. Auguſtin. lib. 2. in Iulianũ Pelagiaci.

Nihilominus primam interpretationem Patrum orthodoxorum à me productam repudias, ſed interpretatione, adeò eleganti, vt in eâ nemo non notet ingenij tui ſtultitiam & inſcitiam. Diſpiciamus. *D. Petrus hæc verba, Act. 2.* inquis. Viri fratres licet libere dicere ad vos de Patriarchâ Dauid, quoniam defunctus eſt & ſepultus eſt & ſepulchrũ eius apud nos vſq; in hodiernũ diem, *opponendo ſequentibus*, Propheta igitur cùm eſſet & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi Deus, de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius, prouidẽs locu-

locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius vidit corruptionem, *hac oppoſitione apertè indicat ſe non diſputare de animarum Dauidis & Chriſti emiſſione ex loco puniendis reprobis deſtinato (in quem, vt de Chriſto nunc taceam Dauidis animam emigraſſe, numquam ex ſacra Scripturâ demonſtrabis) ſed de corporum vtriuſque reſurrectione ac conſeruatione ab omni corruptione in ſepulchro*, &c.

1. Primò falſum ſupponis. Nemo enim eſt noſtrum, qui dicat Dauidis animam rediiſſe ex loco reprobis deſtinato. Secundò falſum eſt, Apoſtolum loqui de Dauidis corporis reſurrectione & conſeruatione ab omni corruptione: non enim corpus Dauid ſeruatum eſt in ſepulchro, ab omni corruptione. Quin potiùs D. Petrus in eo totus eſt, vt oſtendat Dauidem non de ſe loqui, Dauidem non reſurrexiſſe, ſed Chriſtum, & hunc locum pſalmi 15. verſ. 11. tantùm de Chriſto, à Dauide eſſe pronuntiatum. Tertiò, quòd ſi de vtriuſque corporum reſurrectione verba faceret, quod tamen falſum, oporteret eum loqui de vtriuſq; animarũ ex inferno emiſſione. Nam anima Dauidis non erat in cælo; non etiam in ſepulchro, nõ in iſta parte aeris & ſuperficie terræ

Morte obita quales fama eſt volitare figuras.

Nam error paganorũ fuit & quorundam hęreticorum. Non etiam in aqua, non in igne. Corporis reſurrectio non fit, quàm per regreſſum animæ ad corpus. Non poterat igitur ſermonem habere de reſurrectione corporum Chriſti, & Dauidis, niſi etiam de vtriuſque animarũ emiſſione, & eâ, ex inferno, loqueretur.

4. Falſum, iſta, *nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*,

Digitized by Google

ptionem, quæ ſunt poſterior pars illius verſus, eſſe expoſitionẽ prioris partis eiuſdem verſus, nempe horum verborum, *non derelinques animam meam in inferno*. Atque hæc interpretatio impia cerebroque hæretico tantùm digna, repugnat intentioni, atque intelligentiæ D. Petri. Cùm enim totus ſit, vt oſtendat, quemadmodum diximus, non Dauidem reſurrexiſſe, ſed Chriſtum, nec poſſit eſſe corporis reſurrectio, quàm per regreſſum animæ ad corpus; iſtis autem probet ſuum intentum, neceſſe eſt, vt in priore huius verſus, parte loquatur verè de anima Chriſti, in poſteriore de corpore. Quare D. Auguſtinus conſpirat. *Quis in ea ſpe diceret requieuiſſe carnem ſuam, vt non derelicta anima ſua in inferno, ſed ad eum redeunte, reuiuiſceret ne corrumperetur, ſicut cadauera corrumpi ſolent, niſi qui die tertio reſurrexit?* Vt duæ partes iſtius verſus correſpondeant; prior animæ Chriſti, poſterior eiuſdem corpori, quarum reunione facta reſurrectio. D. Auguſtinus lib. 17. de ciuit. cap. 18.

5. *Diuum Lucam ſecutum Græcam editionem pro Sahath, quod ſepulchrum ſignificat, poſuiſſe διάφθοραν, id eſt corruptionem*, nihil aliud eſt quàm color adhibitus tuæ impiæ interpretationi. Nam D. Lucas non ignarus linguæ Hæbraicæ, ſatis nouerat vocem *Sahath*, Hebræis corruptionem ſignificare. Ita enim Rabbi Abraham & Hebræi Doctores. *Non patieris, vt ego, quem ſanctificaſti, ſentiam corruptionem, vt meum corpus in ſepulchro corrumpatur, putreſcat, & in puluerem redigatur.* Hinc & in Midras Tillim, etiam caro eius habitabit tutò, ait Rabbi Iſaac, quòd non dominabitur in eum poſt mortem ſcolex aut vermis. Conuenit D. Auguſtinus, ad hæc, *nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, id eſt, *ne-* D. Auguſtin. in pſ. 1
candi,

9. Dauidis animam deſcendiſſe ad inferos, numquam me ex ſacrâ Scripturâ demonſtraturum, nolentibus videre, fateor. Nam quis, quod dicitur, non ſitientem Aſinum bibere compellet? Volentibus verò abundantiſſimè. Siquidem cum Dauidis anima eòdem deſcenderit, quò cæterorum Patriarcharum animæ; Eſaias, autem Christum ſic loquentem introducat. *Portas æneas confringam, vectes ferreos conteram, & aperiam Theſauros obtenebratos, & inuiſibiles oſtendam tibi*: atque hæc de animabus Patriarcharum detentis in inferno. Ita enim D. Chryſoſtomus, *Infernum ſic vocat. Quamuis enim infernus eſſet, animas tamē tenebat ſanctas & vaſa pretioſa Abraham, Iſaac, Iacob. Propter quod theſauros vocat, obtenebratos, quia ſol iuſtitiæ nondū ibi fulſerat: neque de reſurrectione ſermones prædicarat*; Quis inde non colligit Dauidis animam ibidem fuiſſe, & id Eſaiam ſignificare? Zacharias etiam habet. *Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua*. D. Petrus 1. cap. 3. *In quo, & his, qui in carcere erant, ſpiritu veniens prædicauit*. Quid iſtis apertius? Neque enim eſt, quod mihi tuas & Caluini expoſitiones opponas. Hoc enim eſſet egredi ſacræ Scripturę contextum, quod ipſi obijcere ſoletis.

Eſai. 45.

D. Chryſoſt. homil. quod Christus ſit Deus.

Zach. 9.

1. Pet. 3.

Sed & placet audire tuū Caluinū? Non enim diſcedit longe à ſententiâ noſtrâ. *Animæ fidelium* (inquit) *corporibus egreſſæ, in carcere detentæ fuerunt, vbi erant conſtrictæ ardenti deſiderio aduentus Chriſti, quòd libertatis ſpiritu nondum plenæ eſſent donatæ*. Hæc ille in priorem Epiſtolam diui Petri. Amabò, vbi iſtos carceres, in quibus detinebantur, repones? In cælo? at nullæ cælum ingreſſæ ſunt ante Chriſtum. In igne, in aëre, in aqua, in hac terræ ſuperficie?

Caluin. in 1. D. Petri.

perficie? Quomodo id conſtabit? Quid ſupereſt igitur, niſi vt cum recepta ab omni Eccleſia ſententia, in ipſis terræ viſceribus, quæ nobis ſunt infernus, colloces? non tibi videre volenti, ex ipsâ ſacrâ Scripturâ, Dauidis animam, in infernum deſcendiſſe abundè probarem?

2. Alteram interpretationem reijcis, ſed fictâ & mentitâ Caluini expoſitione. Ita enim tuus Caluinus, mutans comparatiuum, quo D. Paulus Epheſ. 4. vtitur, *Qui aſcendit ſupra omnes cælos, ipſe eſt qui deſcendit in inferiores partes terræ*, in poſitiuum, gallicis verbis vertit, *Il eſt deſcendu aux baſſes parties de la terre*, quum tamen Apoſtolus in comparatiuo dicat inferiores *les plus baſſes* partes terrę. Et ſic D. Chryſoſtomus, *Inferiores partes terræ*, id eſt, *poſt quas non ſunt aliæ*. Et certè D. Paulus non tantùm Chriſti è cælis ad terram deſcenſum id eſt, ad has exteriores partes deſcribit, ſed etiam inferiores; vt quemadmodum Chriſtum *ſupra omnes cælos aſcendiſſe* ſcribit, ſic eum velit, terrę inferiores partes, poſt quas nullæ aliæ ſunt, penetraſſe, vt comparationis extrema inter ſe oppoſita, pari collatione ſibi reſpondeant. Hinc factum, vt D. Hieronymus, D. Auguſtinus, Primaſius, D. Ambroſius, Oecumenius, Euthimius, Theodoretus, D. Chryſoſtomus & Theophylactus, ex iſto Apoſtoli teſtimonio articulum deſcenſus animæ Chriſti ad inferos probent ac confirment. Quibus nos ſubſcribimus, non Caluino, non tibi, non hæreticis, ad quos, vt Tertullianus monuit, *non pertinet ſacræ Scripturæ expoſitio; Non enim Chriſtiani ſunt, cùm necdum crediderint.*

D. Chryſoſt. homil. 11. in Epiſt. ad Epheſ.

Tertull. præſcript. lib.

3. Tertiam quoque, quæ etiam Patrum orthodoxorum eſt, reſpuis, atque rationibus Bezæ, qui-

quibus contendit oſtendere iſta D. Petri 1. cap. 3. *In quo & his, qui in carcere erant, ſpiritu veniens prædicauit*, non de deſcenſu reali animæ Chriſti ad inferos intelligi.

Lector? non iſtud Lepidum? Reſpuet iſte ſanctorum patrum interpretationem, vt vnius Apoſtatæ & veræ fidei deſertoris ambabus, quod dicunt vlnis amplectatur? Iuſtum æquúmue quis ſanæ mentis iudicauerit? Verumtamen perbellas Bezæ huius rationes perluſtremus.

Prima eſt, *quia D. Petrus nullam animæ Chriſti mentionem faciat, ſed ſpiritus, id eſt, diuinæ potentiæ, nec per ſpiritũ intelligere poßis animã Chriſti, quin ſimul dicas eum per animam ipſius viuificatũ, id eſt in vitam reuocatum*. At falſum eſt D. Petrũ nullam animæ Chriſti mentionem facere. Nam veniſſe Chriſtũ in carcere dicit: at ibi venire ac deſcendere ſecundũ diuinitatẽ, quę vbiq; eſt, nec mouetur de loco ad locum, non potuit. Non etiam ſecundùm corpus, quia remanſit in ſepulchro. Quid ſupereſt, niſi vt ſecundùm animam? Quare nullam animæ Chriſti mentionem Apoſtolum Petrum facere, inſigne mendacium eſt. Sed per *ſpiritum intelligit diuinam potentiam*, non ſolam, ſed etiam animam eius. Diuinam potentiam quidem, vnde D. Cyrillus Alexandrinus, *Diuina virtute ac poteſtate vtẽs, etiam ſpiritibus, qui in inferno erant prædicauit. Eodem ſpiritu, quo dixerat viuificatos*, id eſt, *diuinitatis potentia*. Animam autem, ſecundum quam in infernum deſcendit, non enim poterat diuinitate, vt dictum eſt. Nam & coniuncta ſemper fuit diuinitati; adeò vt vtramque animam & diuinitatem complectatur, ſpiritus nomine.

D. Cyrillus Alexand. l. de recta in Deum fide ad Theodoſ.

Obducit per ſpiritum, animam intelligi non

Digitized by Google

poſſe, quin ſimul dicamus Chriſtum per ſuam animam viuificatum fuiſſe. Quidni & hoc? & quodnam inde inconueniens? Nonne noſter *ſecundus Adam* Chriſtus, *factus in animam viuificantem?* Itaque viuificatus & ad vitam reuocatus ab anima, tanquam à cauſâ corpus formaliter viuificante ac reuocante ad vitam: à diuinitate autem tanquam cauſâ, efficiente. Vt enim Deus in Chriſto eſt efficiens viuificationis, ac reuocationis ad vitam, ita anima eius, eſt cauſa & principium formale eiuſdem viuificationis, ac reuocationis ad vitam. *In quo* enim, vt Occumenius in 3. prioris D. Petri, id eſt, *propter quod*, dicitque cauſalitatem, vt, generaliter loquendo de omnibus, quorũ cauſa viuificationis fuit, ſenſus ſit. Chriſtus pro iniuſtis non ſolùm, qui poſt eius aduentum fuerunt, mortuus eſt, ſed etiam pro ijs, qui eum præceſſerunt, & ideo in infernum deſcendit. Alij particulariter loquendo volunt hunc eſſe ſenſum. Chriſtus ſuâ paſſione mortuus eſt ſecundùm carnem, ſecundùm verò *ſpiritum*, id eſt animam, viuus & immortalis permanſit. In ſacris enim literis *viuificare* non ſemper dicit à morte ad vitam reuocare, ſed etiam conſeruare à morte. Exempli gratia, ſcriptum eſt de
1. Reg. 27. Dauide, quòd *non virum, non mulierem viuificabat* id, eſt, non parcebat viro, non mulieri; non virum, non mulierem viuere relinquebat, ſed omnes vtriuſque ſexus interficiebat. Quare Chriſtum ſpiritu viuificatum eſſe, eſt carne quidem mortuum fuiſſe, animâ autem ſemper viuum & immortalem fuiſſe, ad vitam permanſiſſe.

Excuſsâ primâ impietatis ratione, ſecundam conſideremus.

Digitized by Google

Ea porrò eſt, quòd *non poſſit intelligi de piorum animabus, ſed tantùm de ijs, qui immorigeri fuerunt*. Falſa autem hæc aſſertio eſt. Vnde D. Athanaſius, quem nemo non prætulerit Bezæ veritatis refugæ. *Pij increduli dicti ſunt, quoniam aliquando tales extitiſſent, & quia ſaltem in Adam increduli & peccatores fuiſſent. Omnes enim in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei*. Idem poſt eum D. Hieronymus in Zachariam. *Chriſtus enim* (inquit) *ex inferno eduxit eos, qui peccatis Adæ & inoliti erroris vinculis irretiti fuerant.* D. Athanaſius l. de incarnat. verbi. D. Hier. in cap. 9. Zachar.

3. Non minus falſa & abſurda tertia Bezæ ratio, quæ eſt, *quòd non dicatur Chriſtus iſtos liberaſſe, ſed illis prædicaſſe, nimirum per Noam iuſtitiæ præconem.* Quaſi verò prædicationis nomine, prædicatio Euangelica, quæ ad conuerſionem eorum, qui erant in inferno, fuiſſet neceſſaria, intelligeretur, non autem effectus ipſius paſſionis & manifeſtatio ſui ad inferos, quòd ipſe eſſet Meſſias, ſaluator mundi, iudex futurus omnium, quique cuique pro qualitate meritorum vel demeritorum præmia aut ſupplicia redditurus foret: vnde fidelibus incredibilis conſolatio & lætitia affulſerit, infidelibus ac reprobis meror & confuſio acceſſerit.

Noam autem tunc mortuis prædicaſſe, falſum eſt, & cõtra ſenſum D. Petri. Et quidem vult Noah Chriſti figuram fuiſſe, in eo præſertim, quòd quemadmodum Noah, ante diluuium hominibus tunc viuentibus prædicabat, ſic Chriſtus poſt paſſionem ſuam ijs, qui mortui erant ac in infernis detinebantur. Quocirca & c. 4. addit *Propter hoc enim & mortuis Euangelizatum eſt*. Omnibus enim in inferno exiſtentibus manifeſtauit ſe, iuſtis ad gloriam & lætitiã, reprobis autem ad 1. Pet. 4.

maiorem confuſionem.

4. Quarta ridicula & ſcurrilis omnino eſt, qua vult Apoſtolũ Petrum dicere *τοῖς ἐν φυλακῇ nec vllo iure hæc verba de ijs potius, qui erant olim in carcere, quàm de ijs, qui nunc ſunt in carcere, poßumus interpretari.* Quid quæſo hac ratione puerilius? Quid imbecillius? Camelum ſaltare diceres, adeò concinna, & ſibi cohærens. Vnde pari facilitate, quâ negat, & ipſi hanc eius reſpuimus negationem. Nam quamquam nunc, nonniſi per potentiam & virtutem, ad detentos carceribus deſcendat (nunc enim ipſi ſic viſum) tamen tunc, non ſolùm per potentiam & virtutem, ſed etiam perſonaliter, ad eos, qui carceribus concludebantur, tanta ei cura, tantus ei amor, deſcendit. Hoc tunc, & ſi non neceſſitas, tamen conuenientia poſtulabat ac præſcribebat; requirebat & prophetiarum completio. Ita enim prædictum, vt diuus Auguſtinus interpretatur. *Dedi te in fœdus & in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum & domo carceris ſedentes in tenebris, vt diceres his, qui vincti ſunt, exite, & ijs qui in tenebris reuelamini.*

Eſa, 24. & 49. D. Auguſtinus Epiſt. 99.

5. Ex quibus, & ſimilibus locis, quinta eius ratio falſi conuincitur, qua vult *nuſquam in ſacra Scriptura carceris nomine inueniri, locum aliquem deſignari in quo beati Spiritus concluſi fuerint.* Falſa enim eſt, & ipſi ſacræ Scripturæ repugnans, quæ hoc multis & apertis locis declarat. Sed quærit hæreticus teſtimonia ſacræ Scripturæ, quæ, vbi illi exhibueris, reſpuet, & ad mentem ſuam contorquebit. *Magna hæc fidei hæreticæ peruerſitas probata negare,* non

Tertull.

Digitized by Google

non probata præſumere, ait Tertullianus.

Adeptos autem olim fideles ex hac vita demigrantes fide, idipſum, quod nos ſperamus, eo ſenſu, quo Apoſtolus Hebræor. 11. docet, concedimus. Nempe non quòd re ipſa & actu iam adepti eſſent beatitudinem cæleſtem. Nemo enim, vt dictum eſt, ante Chriſti aſcenſum in cælum, ingreſſus eſt Paradiſum. *Aſcendit iter pandens ante eos*. Vnde idem ipſe, *nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo filius hominis, qui eſt in cælo*, Sed quòd in ſpe certi eſſent de futura ſua beatitudine. Et tuus Caluinus in 3. prioris D. Petri, *in carcere detentas fuiſſe fidelium animas* ſcribit. Amabò, vbi illi carceres? Ioan. 3.

Digitized by Google

CAPVT XXV.

Caluinus negando Limbum Patrum, quia puerile eſſe vult animas mortuorum vero carcere concludere, eadem ratione negat vllum eſſe reuera infernum. Verè & rectè probatur limbus teſtim. D. Petri Act. 2. D. Pauli Epheſ. 4. Zachariæ 9. Luc. 16.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *QVis te, Cocheleti, magnum veteratorem non appellet? Dixeram te falli, & alios fallere ignoratione Elenchi. Tu verò frontem perfricas, ac quatuor à te ſeruatas fuiſſe conditiones aſſeueras, quas in vero Elencho requirit Ariſtoteles: grauique addis ſupercilio non eſſe quòd hoc à me diſcas, quum hoc ante triginta quinque annos perſpectū habuēru. Non lubet tecum contentionis funem ducere de tricis Tellenis. At quamuis quod tibi arrogas lubens concedam, nullum tamen bonæ mentis ſuccum hinc exprimes, quoniam, id quod optimè monent argumentandi Magiſtri adiungere debueras, quatuor, ſcilicet, iſtis conditionibus. 2. Hoc ſubſterni fundamentum,* vt idem ſit propoſitionum ſubiectum ac prædicatum. *Cur idipſum, in quo rei cardo vertitur, improbè diſsimulas? Nonne in his propoſitionibus diuerſa ſunt ſubiecta & prædicata?* Patrum, Chriſti Redemptoris noſtri aduentum exſpectantium animæ non fuerunt concluſæ in Limbo. Et, Reproborum animæ Chriſtum repudiantium con-

concluſæ ſunt in inferno. *Hoc conceſſo, quis non videt nullam in iſtis enunciationibus eſſe contradictionem, teque Elenchi ignoratione peccare, quum, ſic argumentaris?* Caluinus 2. Inſtitution. 16. ſect. 9. Negat Limbum fuiſſe carcerem iuſtorum Patrum, ante Chriſti paſſionem hâc vitâ defunctorum. Ergo Caluinus ibidem negat infernum eſſe carcerem reproborum hâc vita defunctorum.

ANASTASIVS CARMELITA.

76. §. 1. Dixeras me falli & alios fallere ignoratione Elenchi: verùm tuo curru cecidiſti. Neque hîc attingam conuitia quæ mihi iniuſte adſcribis, & quibus effrænes & inſolentes animi hæretici impetus prodis, tantùm reſpondeo ijs, quæ ad rem faciunt, 2. Ac primûm dico non neceſſum fuiſſe, vt quatuor conditionibus in Elencho requiſitis & à me ex Ariſtotele citatis, inutiliter iſtud, quod addis pro fundamento adiungerem, Nam

Supprimit orator quæ ruſticus edit ineptè.

Non enim in iſtis quatuor conditionibus ſubiecti & prædicati idem fundamentum ſubintelligitur? Aut, vbi vnius & eiuſdem rei & nominis ratio, non ibi & reliquæ conditiones, quæ ad veram contradictionem poſtulantur? Deliras proculdubio, cucurbitam admoue capiti, aut periiſti.

3. *Idipſum eſſe Cardinem, in quos res noſtra vertitur,* nego. Nam ſtatus quæſtionis eſt iſte, *num animæ ſanctorum Patrum ante Chriſti paſſionem in limbo concluderentur*. Affirmatiuam partem tenemus; Caluinus negatiuam.

Digitized by Google

4. *In iſtis autem propoſitionibus*, quas proponis, *diuerſa eſſe ſubiecta & prædicata*, Quis vnquam negauit? Verùm enimuero, ſic ſunt diuerſa, vt tamen ſint eiuſdem generis & naturæ. Quæ verò illa? Infernus ſcilicet & Limbus: infernus, in quo animæ reproborum, Limbus, in quo animæ piorum concludebantur. Quare quod de vno dicitur & prædicatur, de altero debet dici & prædicari, & quod de vno negatur, negari etiam de altero oportet. Quod enim negatur de vno eorum, quæ ſunt eiuſdem naturæ ſecundùm eamdem naturam, de altero negari debet.

5. *Iſtas etiam propoſitiones contradictorias eſſe*, quis vnquam dixit? Quamobrem inutiliter omninò argutaris.

6. Me argumentari, eo, quo ſtruxiſti modo, impoſtura eſt. Non enim ſic argumentatus ſum, non ſic concluſi. Si impoſturis vincendum, viciſti fateor. Et licet feciſſem non inutiliter, non ſine ratione. Qui enim negat vnum eorum, quæ ſunt eiuſdem rationis ac naturę, negat & alterum. Facit Caluinus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Diſsimilia apud Dialecticos definiuntur, quæ cum re aliqua comparata, non ſimiliter ad eam ſunt affecta, talia ſunt Limbus & infernus, ſi cum carceris notatione comparentur*, 2. *Ad tuam inſtantiam*. Caluinus probat fabulam eſſe, quæ de Limbo dicuntur hoc medio, quia animas defunctorum concludere in carcere ſit puerile. Sit ergo eius argumentum.

Animas mortuorum concludere in carcere puerile eſt,
Limbus patribus eſt carcer, quo animæ mortuorum concludebantur;
Igitur in Limbo animas concludere eſt puerile.

Quod

Digitized by Google

Quod medium (inquis) ſi formale & neceſſarium, quis tam parùm doctus, qui non iuſtiſſimè aſſumat? At internus eſt carcer; in eo igitur animas defunctorum concludere eſt puerile & fabula.

ANASTASIVS CARMELITA.

77. §. 1. Limbum, infernum diſſimilia eſſe, & minùs affecta ad carcerem, ſi cum eius notatione comparentur, falſiſſimum eſt. Limbus enim & infernus non ſunt diſſimilia genere & natura, & ad locum ſeu carcerem comparata, tantùm ſitu, & ſtatu, ſeu conditione. Situ, quia Limbus ſit locus, ſeu carcer ſuperior inferno, Infernus autem inferior. Conditione ſeu ſtatu, quia Limbus non erat locus ſeu carcer cruciatuũ, ſed quietis & conſolationis; Infernus autem locus, ſeu carcer tormentorum & ſuppliciorum.

Non minùs loco & carcere concluditur, qui in ſuperiore cuſtodiâ aſſeruatur, quàm qui in inferiore, quamquam fortunatiore, liberiore.

2. Quod attinet ad meam inſtantiam, ſudet, reſudet, ſpumet & deſpumet quantũ volet Caluiniana cohors, in vnum coeat & conſpiret, non efficiet, vt aut nõ falſa ſit propoſitio hęc Caluini, quemadmodũ reuera eſt, & proinde nullius firmamenti ad euertenda illa ſacræ Scripturę teſtimonia Zach. 9. 1. Petri. 3. à patribus Orthodoxis adducta, fidei Limbi confirmandæ gratiâ: aut vt non eâdem, non ſolùm Limbi, ſed etiam inferni veritatem neget. Et licet nullum aliud teſtimonium ipſius Caluini præ manibus haberem, quàm iſtud, ſufficeret ad probandum Caluinum *nullum reuera infernum agnouiſſe*. Atque ſi affi-

affinis tuus homo fidei alicuius eſt, iuxta decertationis conditionem, pendet Domino Mechelmanno centum coronatos aureos. Siquidem ſi *puerile eſt animas defunctorum carcere concludere*, nullæ inferno, qui carcer eſt, concluduntur. Et omnium aduoco iudicium.

POLYANDER CALVINISTA.

1. Ad hanc tuam inſtantiam reſpondeo te perperam Caluini argumentum ἀναλύειν, Quòd vt te doceam, en tibi argumentationem Caluini ex ipſius verbis conſtructam.

Quod puerile eſt, pro fabulâ habendum eſt, tametſi magnos habeat auctores & ſeriò pro veritate defendatur.

Animas mortuorum citra verbi diuini auctoritatem, in limbo tanquam in carcere ſubterraneo concludere, eſt puerile. Ergo & pro fabulâ habendum.

ANASTASIVS CARMELITA.

Tertull. lib. præſcript. cap. 38.

78. §. 1. Veriſſimè Tertullianus. *Hæreticis ſcripturarum, expoſitionum adulteratio vſitata eſt, quas vel detractatione, vel adiectione, vel tranſmutatione interpolant. Apud eos, alius manu ſcripturas, alius ſenſu expoſitiones interuertit.* Nouâ formâ & inſolitâ Caluino, hìc lectione, eius ſcriptionem & ſenſum condis ac veſtis. Sed ſpumea eſt, quam ventus facilè diſperſerit. Neque porrò, vt tu, ſic ille hoc loco ineptè & putidè, odioſèque diſſerit & conſtruit. Primò enim non facit *fabulam* prædicari de eo, quod *puerile* eſt; ſed ſic ordinat lib. 2. Inſtitution. cap.

Digitized by Google

cap. 16. Section. *Quod dicitur de Limbo fabula eſt, tametſi magnos habeat auctores, & ſeriò pro veritate defenditur.* Nam ſciebat fabulam, & id quod puerile eſt differre. Fabulam enim dicunt, id quod continet, quod nec verum, nec veriſimile eſt. Puerile autem, id quod fit aut dicitur non ea prudentia, dignitate, obſeruatione, grauitate ac diſcretione vt res poſtulat, quamquam verum, ac veriſimile habeatur.

Secundò, non etiam facit prædicari, id quod à *magnis auctoribus, & ſeriò pro veritate defenditur*, de eo quod *puerile eſt*. Nam, quàm magnis auctoribus, Idololatria culta eſt? quàm ſeriò ab eis pro veritate defenſa? Quis hoc puerile fuiſſe dicet? Quod ſi puerile, cur à Deo tantis ſupplicijs vindicata? Abſente Moyſe, quàm magnis auctoribus aureus vitulus conflatus & adoratus? Quis hoc puerile dixerit, & non ex malitiâ profectum? Quòd ſi puerile, nec à malitiâ profectum; quid cauſæ fuit, cur Deus tam ſeuerè in auctores & conſentientes animaduerſum eſſe voluerit? *fabulam* tamen Caluinus eſſe dixit, *tametſi magnos auctores habuerit, & ſeriò pro veritate defenſum quod de Limbo dicitur?* Cur?

Quia fabulam contingit magnos aliquando auctores habere, & ſeriò pro veritate defendi. Verbi gratia. Iouem, Iunonem, Mineruam, Mercurium, Martem, Venerem & ſimiles, Deos, Deaſque fuiſſe, fabula eſt. Quàm magnos Auctores habuit, quàm ſeriò pro veritate defenſa?

Tertiò, non etiam minorem ita ordinandam cenſuit. Siquidem præterquam quòd in omnibus ſuis partibus falſa ſit, Ridicula eſt & vitioſa, deniq; inepta. Ridicula, quia non ideo res puerilis eſt,

Digitized by Google

lis eſt, quia in ſacrâ Scripturâ non continetur, ſed, quia nec rationi, nec veritati conſentanea. Aut effice, vt quicquid in ſacris libris non continetur, puerile ſit. Vitioſa, quia principium petit, & pro rato habet, quod probandum eſt, & in quæſtione poſitum. Quæſtio enim eſt, an Limbus ſacræ Scripturæ teſtimonio probari poſſit. Orthodoxi Patres, magni illi auctores probant iſtis. *Tu autem in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti vinctos de lacu, vbi non erat aqua. In quo, & ijs qui erant in carcere, ſpiritu veniēs prædicauit.* Quid ad hęc tam clara teſtimonia Caluinus? Duo. Vnum vincula, lacum, carcerem metaphoricè ſumi, non pro veris vinculis, non pro vero lacu, nec pro propriè dicto carcere. Verba eius, Gallicè ſcripta, iſta ſunt.

Zach. 9.
1. Pet. 3.

D'autant que l'attente, qu'ils auoient de leur redemption, ne pouuoit eſtre ſans ſollicitude, elle eſt accomparagée à vne priſon. Quoniam eorum exſpectatio ſine ſolicitudine eſſe non poterat, comparatur carceri. Alterum *concludere animas defunctorum carcere puerile eſſe.* Si ſic ordinaſſet. *Animas mortuorum citra verbi diuini auctoritatem in Limbo tamquam in carcere concludere puerile eſt*, non meritò diceretur, quid petis principium & cur pro rato habes, quod in quæſtione eſt? Nam probauimus verbi diuini auctoritate Limbum eſſe. En tibi Zacharię, Eſaiæ, D. Petri teſtimonia exhibuimus. Tu quid ad hæc? Qui ſi rurſus. Hanc propoſitionem defendiſſet, *Animas mortuorum citra verbi diuini auctoritatem in Limbo concludere, tanquam in carcere, puerile eſt.* Et rurſus diuinæ auctoritatis iſta Zachariæ, Eſaiæ, D. Petri teſtimonia ei obiecta fuiſſent, non cum principij petitione & circulatione, quod eſt vitioſum argumētandi genus? itaque non vt tu, ſic Cal-

Digitized by Google

Caluinus vitioſè conſtruit, ſed ad propoſita hæc diuinę auctoritatis oracula, reſpondet, carcerem vincula, per tranſlationem, non per naturæ proprietatem accipienda; puerile eſſe animas defunctorum concludere vero carcere, velle. Inepta denique, quia Caluinus non dicit puerile eſſe, eo quòd non ſit ſcriptum, ſed quia quod ſcriptum eſt, interpretentur pro vero carcere, quod per tranſlationem & metaphoram ſumi & intelligi debet. Et tu docebis me? Fateor tuas ineptias & fraudes.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Nugas agis & quidem bullatas, mi Anaſtaſi, non enim anima generatim eſt intelligenda in Caluini argumento. Ac generatim (ais) Caluinus enunciat.* Animas mortuorum concludere carcere eſt puerile. *At Caluinus (inquam ego) in antecedentibus de ſanctorum Patrum animabus reſtrictè diſſeruit. Quæ te agitant intemperiæ, vt non videas animam, cùm ſit forma corporis organici eſſe ἐκ τῶν πρὸς τὶ, ideoque, diſpici à te debuiſſe ad cuiuſmodi, hoc loco, animatum ab ipſo Caluino referatur?*

ANASTASIVS CARMELITA.

79. §. 1. Vidiſti aliquando, Lector, hominem in extremitate circuli, aut, quod dicitur, baculi ſui conſtitutum? iſtum in ea contemplare, Quid ni etiam iſtud? An non enim, quod alio fertur prouerbio, in vlnæ ora, pannus ſui extremum habet? Cur tam frequenti titubatione ac offenſione, & toto corpore nutans, animo vacillans impediris, & circum axem ſemper erras? Numquid non dixi? Vel ſi in vnum conſpiret tota Caluiniana colluuies, hoc Atheiſmo

mo Caluinum numquam purgaturam?

Nugas bullatas me agere dicis, nihil ſolidi habens, quod veritati obijcias. Quid enim iſtis tibi vis? nempe 1. Caluini de animabus aſſertionem intelligendam non generatim, non vniuerse, ſed reſtringendam ad animas ſanctorum Patrum? 2. Animam eſſe ἐκ τῶν πρός τι, cùm ſit forma corporis organici, ideoque à me diſpici debuiſſe ad cuiuſmodi hoc loco animatum ab ipſo Caluino referatur? Iſtis, inquam, quid tibi vis?

Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus?

Quod ad illud pertinet, perinde fuerit ſi aut negauero, aut conceſſero. Arguit enim Caluinus à naturâ animæ intellectualis ac rationalis, quæ eſt, non poſſe frænari, naturaliter, vllo carcere. Quæ natura, aliquarum tantùm & non etiam omnium? Quare ſi de Sanctorum dicere voluit, non etiam de improborũ animabus? Non quicquid dicitur de quibuſdam, non de reliquis, quæ ſunt eiuſdem naturæ & ſpeciei? Bone vir, arma redde tua; non enim tuæ aduerſus veritatem

Sufficiunt vires, nec vox, aut verba ſequuntur.

Quod autem ad iſtud, non nugas ipſe & quidem bullatas agis? Siquidem, Eſto, & fuerint animæ ſanctorum patrum corporis organici formę, corpore clauſæ, eidem præfuerint, ad illud referantur: non etiam reproborum animæ ſunt aut fuerunt corporis organici formæ, corpore clauſæ, non eidem præſunt aut præfuerunt, non ad illud relatæ? Si non deſipis, nemo vnquam. Non imprudens argumentũ ſubminiſtras, quo oſtẽdi poteſt Caluini aſſertionẽ falſam eſſe? Quocirca inua-

Digitized by Google

inualidam eius reſpõſionem, quâ vult ideo Eſa. Zach. D. Petri teſtimonia, de vinculis, de lacu, & carcere per metaphoram & tranſlationem dicta fuiſſe, non ſecundum naturę proprietatem, quia *Claudere animas defunctorum, ſit puerile*? Si enim veris corporibus quamdiu hic fuerunt, potuerunt concludi, cur non vero loco & carcere poſtquã è corporibus exierunt? Etenim, quamquam naturâ ſuâ pręſint rebus corporeis, atque adeò, vt vbi volunt facilè eas intus & exterius penetrẽt, nequeantq; illis fręnari; tamen Deo ſic volente & diſponente humanis veriſq; corporibus hîc cõſtringuntur: cur non etiam vero carcere, poſtquam hinc exceſſerint? Et de facto inferno clauduntur, non eodem volente, Limbo vero carcere? Quod ſi iſto claudere animas defunctorum puerile ſit: illo quoque animas claudi puerile fuerit.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Maledicta, quæ ex triuio arripuiſti, clamores, quibus aerem verberas, mendacia abundè refutata, quibus Caluinum impetis, alienas diſputationes, tum de loco & ipſius differentijs, tum de animarum per varios locos, in quibus acumen tuum ſcholaſticum fruſtrà oſtendis, tacitus prætereo, atque in tuis paradoxis expendendis mihi potius elaborandum cenſeo.*

ANASTASIVS CARMELITA.

80. §. 1. Nullis maledictis ſum vſus, quanto minus è *triuio* arreptis: *Aerem non clamoribus verberaui*, ſed veritate Caluinum & eius impietatem refutaui: *mendacia nulla*, quæ refutare poſſes, attuli,

niſi verò grauiter alluciner, quando omni hæretico veritas, ſit mendacium.

2. *Diſputationes meæ de loco & ipſius differentijs, de animarum per varios locos penetratione alienæ à propoſitâ materia non ſunt*. Eas tacitus præteris, nempe Vulpis illius inſtar, quæ, vt in fabulis eſt, à circumardente igne præpedita ne pirum aſcendere, & pira carpere poſſet, pira velut inſuauia præteriẽs contemnebat. *Hoc modo Miluus cum pullos capere territus non potuerit, eos ſe ſpernere fingit*. D. Auguſtinus lib.2.cõtra Petilian.Donatiſt. cap. 83. Iſtę tamen ſunt, quibus vniuerſum collegium Symmiſtarũ tuorum numquam fecerit ſatis. Iſtæ ſunt, quæ impietatem veſtram in Dei omnipotentiam detegunt. Iſtę ſunt, quas pręterire non debueras.

3. In iſtis, *acumen meum ſcholaſticum fruſtrà oſtendi*, ais. Non meum acumen eſt, ſed veritatis ipſius telum, quod ego ſi tibi fruſtrà oſtendero, at non pijs viris & veritatis profeſſoribus ac amatorib⁹. Scimus docere hæreticum, at præſertim Miniſtrum, eſſe laterem lauare, Aſini caput.

4. *Paradoxa appellas*, quæ omnibus bene Chriſtianis vulgaria ſunt & nota? Imò Paradoxum eſt, *Limbum poſſe ſacris oraculis oſtendi*, inquis. At quatuor teſtimonijs, vt ipſe ſcribendo fateris, confirmaui. D. Petri. Act. 2. D. Pauli Epheſ. 4. Zacharię. 9. Luc. 16. Quod cùm ita ſit, cur Paradoxum eſſe mentiris, *Limbum poſſe ſacris oraculis oſtendi?* Cur rurſum recalcitras? Audiamus. Quia (ais) *D. Petrus Act. 2. non de Chriſto, ſed de Patre narręt*. Quia mea expoſitio, quam adulterinam ſentẽtiæ Apoſtolicæ falsò criminaris, *apertiſſimè contradicat interpretationi veſtrorum Theologorum, antiquorum Patrum, Scholaſti-*

Scholaſticorum noſtrorum, Ieſuitarum, præſertim Bellarmini, vt de alijs taceas, opinioni. Non vt vis, Polyander. Priore ſiquidem huius tuæ recalcitrationis parte, tuam inſcitiam magnificè demonſtras. Quî ſic? Quoniam Theologorum hoc axioma eſt, Opera Trinitatis ad extra eſſe indiuiſa. Adeò vt ad ſimilia omnes diuinæ perſonæ concurrant; nec poſſint de vna dici & narrari, quin etiam de alijs dicantur, ac narrentur. At Chriſti reſurrectio eſt opus trinitatis ad extra: quare non potuit. D. Petrus de Patre narrare, quin etiam de Chriſto narraret. Hinc eſt quòd Rom. 8. D. Paulus eam non tantùm Patri, ſed etiam Spiritui Sancto attribuat. *Si Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum habitat in vobis*, &c. Chriſtus ſibi non tantùm Patri. *Soluite templum hoc, & in triduo illud excitabo. Habeo poteſtatem ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam.* Mirum, quòd Cornua non tibi creſcant, quando tam ignoranter & inſcitè noſtra ſugillas. Rom. 8. Ioan. 2. & 16.

Poſteriore autem ſolitam tibi malitiam ac incitando perfidiam. Quâ fit vt nonniſi mendacijs & impoſturis tuam impietatem defendas. Veſtrorum quidem Theologorum, mihi verò ſemper Theomachorum interpretationi meam expoſitionem appertiſſimè contradicere, fateor, non nego: antiquorum autem Patrum fidei, quam etiam falſò opinionem vocas, ſcholaſticorum noſtrorum, Bellarmini, repugnare conſtantiſſimè inficior. Non Bellarmini. Et ſi enim ex hoc D. Petri Act. 2. teſtimonio Purgatorium probet, non etiam Limbum, non tamen negat poſſe de Limbo intelligi. Iſta, Bellarm. lib. 2. de purgat. cap. 6.

Digitized by Google

Hinc locum Act. 2. ita intelligit. B. Auguſtinus Epiſt. 99. ad Euodium. lib. Geneſ. cap. 33. vt ſit ſenſus, Chriſtum, cùm deſcendit ad inferos, multos liberaſſe à cruciatibus inferni, quod cùm non poßit intelligi de damnatis, neceſſariò videtur de ijs qui purgabantur, quæ tu ex eo adfers, lib. 1. de purgat. cap. 8. non habet, eſtque mera impoſtura. Et licet ſic legeret, non tamen mea expoſitio ei contradiceret. Iſtæ enim non negat hoc teſtimonium intelligi de Limbo, vt & de purgatorio, tantùm de Damnatis. Non etiam D. Auguſtini, quin potiùs Epiſtola. 99. ad Euodium apertè aſſerit Adamum inde eductum. Et lib. 12. de Geneſi ad literam cap. 33. ex eodem teſtimo. D. Petri Act. 2. meam probat expoſitionem. Vbi enim dixit, nota Polyander, eos *infideles eſſe, qui negant Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, quia non ſolùm ſcriptura ſacra, P ſal. 15. iſtud declaret, verùm etiam. D. Petrus Act. 2. iſtu, Solutis doloribus inferni confirmet*, ſubiungit. Primo dolores iſtos poſſe ad Chriſtum referri, *non quòd eos ſit paſſus, ſed quòd irritos reddiderit, ne ab eis teneretur*. Secundò ad eos, qui erāt in Limbo, *quos Chriſtus iſtu doloribus ſic ſoluerit, quemadmodū ſolui poßūt laquei venantium ne teneant, non quia tenuerūt. Adamum totius Eccleſiæ conſenſu, iuxta id, quod ſapient. 10. habetur, inde eductū, quia abſurdum eſſet putare ſolos Abrahamum & Lazarum ibi fuiſſe detentos.* Tertiò ad eos dolores, *quibus cruciabantur hi, qui erant in purgatorio, quos Chriſtus nouerat liberandos & iudicabat tali ſolutione dignos.* Non igitur mea expoſitio fidei. D. Auguſtini contradicit. Non denique, vt tui valdè oblitus, imponis, diui Epiphanij fidei. Attendamus, hæc ſiquidem verba eius ſunt aduerſus Tatianum, qui negabat Adamum potuiſſe

Digitized by Google

potuiſſe ſaluari. *Ob quam igitur cauſam Chriſtus ad inferna deſcendit? qua ratione paſſus? & vbi triduum dormiuiſſet, reſurrexit? quomodo verò impletur vt & mortuorum & viuorum imperium obtineret? qualium autem mortuorum & viuorum, quàm eorum, qui ipſius auxilio ſurſum & deorſum opus habent?* Et poſt quædam. *Vnde etiam ipſum ſanctum Adam patrem inter viuos credimus, propter quem & nos, qui ab ipſo ſumus omnes, Chriſtus venit. Vt his quidem, qui olim ipſum cognouerunt, & ab ipſius deitate non errauerunt, verùm propter errores in inferno detenti ſunt, indulgentiam largiretur. His autem, qui adhuc in mundo ſunt per pœnitentiam; qui verò in inferno, per miſericordiam & ſalutem.* Quis hic locus teſtimonio D. Petri Act. 2. vt ei mea expoſitio apertiſſimè contradicat? Quis non hîc legit Adamum eductum ab inferis, ibidem olim detentum, indulgentiam conſecutum? Quæſo ab inferis damnatorum eductum? Abſit. E purgatorio? ibidem tot millium annorum, detentum putabimus? ſed neque Polyander purgatorium admittet, non eius Symmiſtæ. Vnde ergo eductum, niſi verò è limbo? Non igitur meę expoſitioni fidei ac menti D. Epiphanij, quemadmodum falsò impoſuiſti, contradicit. Non diui Gregorij, quem tu adducis quidem, non tamen eius verba. Quid ergo ille? de ſolemnitate reſurrectionis agens, ſic legit. *Per hunc electi, qui quamuis in tranquillitatis ſinu, tamen apud inferni clauſtra tenebantur, ad Paradiſi amœna reducti ſunt. Quod ante paſſionem ſuam Dominus dixit, in ſua reſurrectione impleuit.* Ioan. 12. *Si exaltatus fuero omnia traham ad meipſum. Omnia enim traxit, qui de electis ſuis, apud inferos nullum reliquit. Omnia electa abſtulit. Neq; enim infideles quoſq; & pro ſuis criminibus,*

D. Epiphan. tō. 3. lib. 1. hæreſi. 46.

D. Greg. homelia 22. in Euangelia.

Digitized by Google

æternis ſupplicijs deditos ad veniam Dominus reſurgendo reparauit, ſed illos ex inferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide & actibus recognouit. Quis rurſus locus hîc teſtimonio D. Petri Act. 2. vt ei mea expoſitio contradicat? *Ex inferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide & actibus recognouit.* Tantùm eos, qui in purgatorio, non etiam, eos, qui in Limbo? Quis hoc iſtud colligat ex iſtis D. Gregorij verbis? Non tandem Scholaſticorum noſtrorum fidei. Sed mecum hoc D. Petri Act. 2. teſtimonium interpretantur de doloribus cùm purgatorij, tum etiam Limbi, adhibitâ dolorum diſtinctione. Dolorum autem alij ſunt ex paſſione pœnę, quam homines patiuntur pro actuali peccato, de quibus Dauid. *Dolores inferni circundederunt me.* Alij ex dilatione ſperatæ gloriæ. *Spes enim quæ differtur affligit animam.* Dolorum alij damni & ſenſus, alij tantùm damni. Dolores dilatæ ſpei gloriæ & damni, patiebantur, qui erant in Limbo. Dolores paſſionis pœnæ, damni & ſenſus, qui erant in purgatorio. Quare qui mecum conſpirant Scholaſtici noſtri, meę non contradicunt expoſitioni; nec mea eorum fidei contradicit. Et quoniam ita placet, ſic tuo imperio obtemperans abeo Doctor & Catholicus. Doctorem me eſſe non glorior; Catholicum autem atque Apoſtolicum omninò, gratias Deo agens pro eâ gratiâ, & dono, quò me in hac parte dignatur.

D. Thomas 3. p. quæſt. 52. art. 2. ad 2.

Pſ. 114.

Prouerb. 7.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Interim verba Apoſtoli Pauli excutiam docentis Epheſ. 4. 8. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*, cùm aſcendiſſet in ſublime, captiuam duxiſſe captiuitatem, *quem locum ad Limbum Patrum, qui ſub lege vixerunt, à*

Digitized by Google

te prauè detortum reperio. Paulus enim magnificum ducis ac Redemptoris noſtri Triumphum his verbis exprimit, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, id eſt bello captam abduxit captiuitatem, Metaphorâ ſumptâ a Victoribus, qui hoſtes armis expugnantes in perpetuam abducunt captiuitatem ac ſeruitutem. Non ergo de multitudine animarum beatarum, quas Deus in pace dimiſerat illic loquitur Apoſtolus, ſed de multitudine diabolorum, capitalium Chriſti aduerſariorum, quos Chriſtus in cruce exarmatos, ſua in cælum Aſcenſione per totum aerem in ſpectaculum coram Deo atque Angelis captiuos traduxit, atque in infernum dejecit, vt omne genu ad ipſius nomen ſe flectat.

ANASTASIVS CARMELITA.

81. §. 1. Verba Apoſtoli me prauè detorſiſſe, Calumnia eſt. Aut prauè idem Apoſtolus, eadem ex Pſalte adduxit. Sed abiit. Licet enim ſciret vatem regium Pſal. 67. ex quo hæc mutuatus eſt, alludere ad Aſcenſum Domini de Ægypto in montem Sinaï, indeque Sionium. Ægypto (inquam) terra humili & depreſſa ad excelſos illos montes, ſubactis priùs ac captiuis factis Ægyptijs, inque mari ſubmerſis: Iudæis autem magnis beneficijs donatis, tamen eſſe Apoſtrophen ad Chriſtum Deum in cœlos aſcendentẽ & de peccato, morte, inferno, diabolo, Idolis ac Idolorũ cultoribus triumphantẽ, eſſe Hypotypoſim magnifici triũphi, in quo Victores aſcendũt tum triũpho, & põpa in Regiam & palatium regium, arcem & loca vrbis eminentiora, in quo trahunt in oſtentationem, ouationemq́; captiuos, ſpargunt miſſilia & munera, cognouerat. Veruntamen quis dixerit Chriſtum reuera diabolum, reuera infernum, ipſam reuera mortem, ipſa Idola, & eorũ cultores

ſecum in ſuo aſcenſu duxiſſe? Quis neſcit nomine inferni, mortis, Idolorum, homines intelligi, qui olim peccatis & idolis inſeruierant & proinde inferno & morte dignos? *Ipſos homines captiuitatem appellauit, qui ſub diabolo captiui tenebantur, ſicut cùm militia dicitur, intelliguntur homines qui militant*, inquit Gloſſa ordinaria. in 4. ad Epheſios. Conſpirant. D. Cyprianus ſerm. de paſſione Domini, D. Hieronymus in Pſal. 67. & in 4. ad Epheſ. Tertullianus ante eos lib. 5. in Marcionem. cap. 8. *Captiuam duxit Captiuitatem, id eſt* (inquit) *mortem, vel humanam naturam*. Speciatim verò animas Limbo detentas, quemadmodum idem D. Cyprianus ſerm. de Vnctione Chryſmatis, iſtis. *Deſcendens ad inferos captiuam ab antiquo captiuitatem reduxit. Hoc Eccleſiæ ſuæ hodierna traditione exemplum relinquens; vt fieret in Eccleſia abſolutio peccatorum, & hæreditati redderentur eiecti omnino conuenit, vt eo tempore, quo Chriſtus captiuos eduxit ab inferis reconciliati peccatores ad Eccleſiam reducantur.*

D. Cyprianus. D. Hieronym. Tertull. D. Cyprianus.

Conſentit Origines tom. 2. lib. 5. in 5. ad Romanos. D. Etiam Ambroſius in 4. ad Epheſios, ſcribens: *Expoliauit inferos, cùm captiuos, quos ex præuaricatione Adæ, aut proprijs peccatis in conditione tenebant; abſtulit conſentientes ſibi, & aſcendens inde, in cælos induxit. Ex quibus aliquanti reſurgentes in corporibus multis apparuerunt ad teſtimonium deuictæ mortis, vt qui fortè Chriſti reſurrectionem crediturinon eſſent, ex horum reſurrectione, quos mortuos ſciebant, Rei fierent. Hos enim videbant, quos cognouerunt dudum vixiſſe.* Concordat Gloſſa in Pſal. 67. Quod enim dicit Vates Regius *Cepiſti captiuitatem*, id eſt, ait, *priùs apud inferos captos: hæc ſunt ſpolia*. Lyranus ibidem & in 4. ad Epheſios.

Origenes. D. Ambroſius. Gloſſa ordin.

Digitized by Google

Epheſios. *Accepiſti illos, qui in Limbo captiui detinebantur, eos tecum ad Cæleſtia deducendo; qui dicuntur captiua captiuitas; ſicut frequenter in ſacra ſcriptura fit talis reduplicatio. Vt cùm dicitur, vitâ viuet, morte morietur, & conſimilia, ad maiorem expreſſionem.* Lyranus.

2. Inſurgis, quòd iam beatas animas in pace dimiſerat, qui autem in triumphum ducuntur, ſoleant abduci in captiuitatem & ſeruitutem. Reſpondet tibi D. Hieronymus in 4. Epiſtol. ad Epheſios, Captiuitatem duplicem eſſe. Vnam ad mortem, alteram ad vitam. Vnde inquit, *Quos Diabolus captiuos tenebat ad mortem, captiuauit Chriſtus ad vitam, ad caput noſtrum in cæleſtibus collocandum.* Cur enim ait D. Auguſtinus in Pſalmum 67. *Non fuerit captiuitas felix, ſi ad bonũ homines capi poſſunt? Dictũ autem eſt D. Petro. Ex hoc iam eris homines capiens. Captiuati ergo quia capti, quia ſubiugati, ſub leue illud iugum miſſi, liberati à peccato cuius ſerui fuerant, & iuſtitiæ facti ſerui, cuius liberi erant.* Hanc captiuitatis diſtinctionem ignoraſti aut tacuiſti, alioqui non reprehendiſſes. D. Hierony. D. Auguſtin.

3. Incurris denique, quòd victores aduerſarios in triumphum ad maiorem ouationem & gloriam trahere conſueuerint. Eſto & iſtud, reſpondet etiam tibi D. Ambroſius in 4. Epiſtol. ad Epheſios. *Quamuis captiui, inuiti alieni ducantur, Saluator tamen & ſuos duxit & voluntarios. Apparentia enim ſua, dum laceſſit deſiderantes liberari, illos cepiſſe dicitur.* Quid quòd antea inimici fuerant? *Cùm enim inimici eſſemus, reconciliati ſumus per ſanguinem eius.* D. Ambroſius. Rom. 5.

4. Diabolos fuiſſe ſcribis. At repugnat, quemadmodum. D. Auguſtinus in Pſal. 67. examinat Primò, ex Antecedentibus. Nam dixerat, *Vnicui-* D. Auguſtinus.

Digitized by Google

que noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſurã donationis Chriſti. Quæ autẽ data gratia diabolis? Secundò ex conſequẽtibus. Subiungit enim, *Propter quod aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus.* Hominib⁹ non ſolùm quos in mundo relinquebat, ſed quos etiam ſecũ euehebat, trahebat. Dona, quæ? Lætitiæ ſpiritualis. At demones, quæ Lætitię dona acceperũt? Et quid opus erat diabolos per aerẽ ducere & in triumphũ oſtẽtare Deo & Angelis? An quòd oculus Domini nõ omnia luſtret & videat? An quòd Angeli ignorarẽt deuictos fuiſſe diabolos, ante eius Aſcenſionẽ? Nugalia iſta Caluiniana Apage. Non igitur locum hũc D. Pauli 4. ad Epheſ. prauè detorſi. Niſi quis Patrumcõſenſum, ac interpretationẽ reijciat, vt vni Polyãdro Miniſtro Caluiniano credat, adhęreat.

Tranſeo ad Zachariæ teſtimonium, quod me malè ac prauè torquere prætendis, tum Gloſſæ ordinariæ interpretatione, tum D. Hieronymi D. Auguſtini, Theodoreti, Bellarmini.

Quod enim attinet ad Gloſſam ordinariam, quamquam eum ſenſum ſequatur, vt velit eſſe alluſionem ad Captiuitatem Babylonicam, eadẽ tamen vult eſſe Apoſtrophen ad Chriſtum in cuius, ait, *reſurrectione iuſti, qui pro peccato Adæ vincti in inferno detinebantur reſurrexerunt, & in Hieruſalem multis apparuerunt.* Conſentit ibidem Lyranus. *Eduxiſti vinctos,* id eſt, *patres in inferni Limbo detentos.*

Gloſſa in 9. Zacharię.

Quòd autem ad mentem & verba D. Hieronymi, pro nobis contra te pugnant. Et cum eo credimus, *Chriſtum ſuâ paßione eos, qui vincti in carcere detinebantur inferni, in quo nulla eſt miſericordia, ſuâ clementiâ liberaſſe.* Nam quæ miſericordia in Limbo. quæ

D. Hierony. lib. 2. cõmenta. in Zacha.

Digitized by Google

quæ in purgatorio, niſi Chriſtus ſuum ſanguinē vt pro nobis, ſic pro illis fudiſſet? niſi ſuā ſic vſus clemētiā? Et ne quis putaret iſtis verbis, *in quo nulla eſt miſericordia*, de ea parte inferni, vbi reproborum animæ concluduntur ſe loquutum, Ibidem docet lacum illum, in quem Ioſeph, eius fratres coniecerant; lacum in quem Babylonij curauerant demitti Danielem; lacum in quem tempore niuis Banaias deſcendit leonem interfecturus, figuram fuiſſe limbi & purgatorij. Lacum autem illum cęnoſum & lutoſum, in quem Hieremiam olim demiſerant Iudæi, figuram inferni, in quo Luc. 16. D. Epulo ſepultus legitur. Quid pręterea? Iſta Hieremię cap. 38. *Conuertimini ad munitionē vincti ſpei*, ad eos, qui in limbo erant etiam transfert. *Vincti ſpei* (inquit) id eſt, *qui nūc vincti eſtis & immittiẽ terribili inferno tenemini, qui ſolutionē vinculorū in Chriſti aduētu ſperatis, cōuertimini ad munitionē, id eſt, Paradiſum.* Geneſ 37 Daniel 14. 2. Regū. 13. Hierem. 38. D. Hierony. in 38. Hierem.

Quod ad D. Auguſtinum licet myſticam iſtius Zacharię loci ſequatur intelligentiā, tamen aſſerit, *ſecundū rectā fidē poſſe aliter interpretari*, ac intelligi. D. Aug. lib. 18. de Ciuitat. cap. 35.

Quod etiam ad Theodoretum, quid ex eo, reportas? negat de limbo intelligi? Quin potiùs, & vera fides. *Chriſtus ſalutaribus teſtamenti ſui tabulis, quos ſuo ſanguine redemerat, liberarat, ex clauſtris inferni* (quæ verba omiſiſti) *vt omnibus hominibus libertatem teſtarentur & declararent, emiſit*, Iſta non pugnant pro nobis aduerſum vos? Aut ex quibus inferni clauſtris emiſit, niſi limbi & purgatorij? Theodoret, in 9. Zacharię.

Quod tandem ad Bellarminum ſpectat, id quod habet non lib. 3. vt malè citaſti, ſed lib. 1. cap. 3. mihi etiam probatur. Nam reſpicit ad dolores quibus qui in purgatorio erant,

non

non autem, qui in Limbo cruciabantur. Hac ſiquidem conſideratione non dubium, quin, qui erant in purgatorio magis vincti erant, quàm, qui in Limbo. Nam iſti pœnâ tantùm damni, illi tum pœnâ damni, tum etiam ſenſus torquebantur. Quare meliùs ac rectiùs ad eos pertinebant verba Zacharię, quàm ad eos, qui in Limbo detinebantur. Nec recedit Bellarminus à noſtrâ & Patrum ſententiâ.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Neque vel Purgatorij vel Limbi commentum aſsis aſtimamus, nec adeò cæcutimus, vt nō animaduertamus, quàm ſiniſtrè colligas ex Luc. cap. 16. animam Lazari ante Chriſti Aſcenſionem fuiſſe in Limbo Patrum antiquorum, tum quia ſecundùm tuiipſius aſſertionem, animæ defunctorum in fabuloſo illo Limbi receptaculo non* conſolabantur (*quod tamen de Lazaro diuiti reſpondet Abrahamus*) ſed doloribus inferni cruciabantur: *tum quia Chriſtus*, Lazari *collocatione* in ſinum Abrahami, *ipſius cum hoc Patre fidelium accubitum denotat in regnō cælorum, vt liquet ex collatione huius loci cum Math.* 8. *verſ.* 11. *tum quia ex* veſtro quidem Limbo ac Purgatorio *datur* regreſſus, *vt ipſe agnoſcit Bellarminus lib.* 2. *de Purgatorio cap.* 8. *ſed illi, qui cum Lazaro in Abrahami ſinum recumbunt, in eo permanent, nec inde ad alias ſedes* tranſire *poſſunt. Poſtremò, quoniam, Chriſto referente*, maximus eſt hiatus, *inter Abrahæ ſinum & infernum; at Limbus vt vos fingitis eſt locus inferno vicinus, & cum eo in eadem voragine conſtitutus.*

ANASTASIVS CARMELITA.

82. §. 1. *De ore tuo te iudico ſerue nequam*, diceret tibi Chriſtus, qui ordinem eius iuſtitiæ in eo vos negare

gare fateris. Certè nullum purgatoriũ pro hęreticis concedimus, ſed ſolùm internum reproborum. Nullum ergo pro vobis. Quî ſic? Quoniam non euidẽtiore medio probaueris vos hæreticos eſſe. ſiquidem Aeriani tempore D. Irenæi, vt videre eſt apud D. Epiphanium nullum aliud purgatorium pręter præſens, hoc ſeculum agnoſcebant. Hanc eorum hæreſim defenditis. Non igitur hæretici?

2. Limbum me ſiniſtrè colligere ex 16. Lucæ numquam oſtendes. Non enim ſiniſtrè D. Auguſtinus, qui, vt Paulò ſuperiùs annotauimus eodem teſtimonio. D. Lucæ defendit; *Infideles eſſe qui negant Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, Abrahamum & Lazarum ibi detentos fuiſſe vnà & omnes Patriarchas:* qui alibi *vtramque regionem dolentium & requieſcentium, id eſt, vbi diues Epulo torquebatur, & pauper latabatur in inferno eſſe credere oportere*, ex eodem teſtimonio colligit, Chriſtum ibidem fuiſſe docet. *Quis enim audeat dicere Dominum Ieſum ad pœnales inferni partes veniſſe* (ait) *nec fuiſſe apud eos, qui in Abrahæ ſinu requieſcunt?* D. Aug. Epiſt 99. & lib. 12. in Geneſ. cap. 33. Idem Epiſtolâ 57. ad Dardanũ.

Non repetam Patres antiquos, qui in eamdem fidem deſcenderunt; tantùm tuis occurram obiectionibus. Prima eſt, inde manifeſtum eſſe, ex D. Lucæ 16. capite minimè colligi poſſe ſinum ſeu Limbum in inferis eſſe: quia pagina 58. ſuperioris libri noſtri, dixerim, *in Limbo non conſolatas fuiſſe animas, ſed cruciatas doloribus inferni.* At mihi imponis, Magiſter Ioannes, non enim ſcripſi. Textus meus eſt, omni clarè videnti, nec, vt tu, cęcutire volenti, quòd Chriſtus *è Limbo remearit ſolutis doloribus inferni, non his quibus reprobi torquebantur,*

ſed

ſed illis, quibus hi cruciabantur, quibus ſubueniendum erat. Non potuit ſimul è limbo remeaſſe, & ſolutis illis doloribus inferni, quibus, qui in purgatorio erant, vexabantur? Et ſi verò dixiſſem, adhibitâ diſtinctione, verum dixiſſem. Nam & torquebantur & conſolabantur. Torquebãtur ex dilatione gloriæ. *Spes quæ differtur affligit animam.* Iam

Prouerb. 7. annorum plus tria millia effluxerant, quantâ putamus Adamum & reliquos ſui ſeculi, cæteros aliorum ſeculorum Patriarchas dilatæ ſpei afflictione cruciatos fuiſſe? Verùm quum, *ſpes ſit certa expectatio beatitudinis* (definitore Magiſtro Sententiarum) *ex gratia & meritis proueniens:* tuti & certi eſſent de ſua beatitudine, nullâ ſenſus pœnâ premerentur, quãtâ putas conſolatione replebãtur? Quare non repugnat Lazarum conſolatũ fuiſſe, & ſimul dilatione futuræ beatitudinis afflictum.

Secunda eſt, quia *Chriſtus Lazari in ſinum Abrahæ collocatione, ipſius cum hoc patre fidelium accubitũ denotet in regno Cælorum, vt liquet ex collatione huius loci cum* Math. 8. Verſ. 11. At hoc alterum ſomnium eſt. Quidni?

Cum liceat tota ſtertere nocte tibi?

Quin potiùs liquet ex collatione vtriuſque loci, quòd alter erat ſin⁹ Abrahæ locus, de quo Chriſtus Luc. 16. ab eo, de quo Math. 8. Nam iſte futurus erat in regno cælorum, non ille. Vnde &

Math. 8. Chriſtus in futuro loquitur. *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent in ſinu Abrahæ in regno calorũ.* Sinus enim iſte Abrahæ, de quo Chriſtus loquitur, futurus erat in regno cælorum, non ille de quo Lucæ 16. Atq; ideo, quòd Abraham futurus erat in regno cęlorum: nam vbicunq; Abraham ibi

ibi eius ſinus. Quid eſt ſinus? locus ſecretus vbi Abraham. *Sinus erat* (inquit D. Auguſtinus) *quia ſecretum erat.* Vnde iſta, *Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum.* Eo ſenſu D. Chryſoſtomus vocat regnum cælorum ſinum Abrahæ. Nam ſciſcitanti, *in inferno eſt Paradiſus?* Reſpondet. *Ego dico, ſinus Abrahæ paradiſi veritas eſt: ſed ſanctiſsimum paradiſum fateor*; & Paulò pòſt. *Omnes in illius ſinum ire properemus.*

D. Aug. ſerm. 110 de tempore.

Chryſoſtom. homil. de Diuite.

Potuit quidem dici ſinus Abrahæ etiam ille, de quo Luc. 16. Regnum cælorum. 1. *quia nihil temporale dici caperet fidelium animarum receptaculum.* 2. *quia iam in eo deliniebatur futuri imago, ac candida quadam vtriuſq; iudicij, id eſt ſpes & expectatio proſpiciebatur,* inquit Tertullianus. Verumtamen ſinus Abrahæ de quo Chriſtus Math. 8. ſermonem facit, in regno cælorum futurus erat. Non is, de quo Luc. 16. *Eam regionem ſinum dico Abrahæ, etſi non cæleſtem, ſublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus iuſtorum.* Et quod iſte ſinus Abrahæ, de quo Luc. 16. necdum reipſa cæleſtis eſſet, patet ex eodem Tertulliano. In eum enim deſcendit, non autem aſcendit Chriſtus. Eius verba ſunt. *Hîc quoq; ſatisfecit legi, forma humanæ mortis apud inferos functus, nec ante aſcendit ad ſublimia cælorum, quàm deſcendit in inferiora terrarum, vt illic Patriarchas & Prophetas cõpotes ſui faceret. Habes & regionem inferorũ ſubterraneam credere, & illos cubito pellere, qui ſatis ſuperbè non putant animas fidelium inferis dignas.* Quid cenſes, non vos perſtringit, fermè à mille quingẽtis annis? Non vos ſapere ſuperbè dicit, & cubito vos pellendos? D. Auguſtinus corrigens quod dixerat lib. 12. de ciuitate cap. 9. & in Pſalmum 36.

Tertull. lib. 4. in Marcion cap. 34.

Ibidem.

Tertull. lib. de anima cap. 55.

Non

D. Aug. lib. 20. de ciuitat. cap. 15.

Non abſurdè creditur antiquos etiam ſanctos, qui venturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidem à tormentis impiorum remotiſſimis, ſed apud inferos fuiſſe, donec eos inde ſanguis Chriſti; & ad ea loca deſcenſus eius erueret: profectò deinceps boni fideles effuſo illo pretio iam redempti, prorſus inferos neſciunt, donec receptis etiam corporibus, bona quæ merentur, recipiant. Adeò vt ſinus Abrahæ his de cauſis dictus ſit regnum cælorum, quamquam in voragine terræ eſſet, & alius ab eo, de quo Chriſtus Math. 8.

Ad tertiam & quartam obiectionem tuam reſpondet D. Auguſtinus. *Quòd dicit ad ea loca, in quibus torquentur impij, iuſtos, etiamſi velint, non poſſe tranſire; quid aliud ſignificat, niſi poſt hanc vitam receptis in carcere, vt inde non exeant donec reddant ad nouiſſimum quadrantem.* Math. 5. *& per incommutabilitatem diuinæ ſententiæ nullum auxilium miſericordiæ poſſe præberi à iuſtis etiamſi velint illud præbere?* Non igitur de loco ad locum tranſitione agit Chriſtus Luc. 16. Nam certum eſt de Limbo, & Purgatorio ad cælum fieri tranſitionem. Et ſi res poſtulaſſet poterant, qui in ſinu Abrahæ erant, tranſire ad inferos vſque reproborum. Sunt enim ſpiritus, ſed nec ignis inferni eas læſiſſet, cùm nullos torqueat, quàm quos diuina iuſtitia igni adiudicauit. Si autem ſtatus ac conditionis impiorum & ſanctorũ rationem habeas, non poſſunt beatorum animę tranſire ad inferos, id eſt damnari: non poſſunt damnati tranſire in Limbum, id eſt ſaluari, quia aliter præſcribit diuina, eaque immutabilis Dei ſententia. Non poſſunt beatorum animæ in locum trãſire reproborum, id eſt illis auxiliari, opitulari, benefacere, nec damnati in ſanctorum ſedes,

Digitized by Google

ſedes, id vllum miſericordiæ auxilium recipere, aliter ordinante eadem diuina ſententia. Quò fit vt per chaos, quod firmatum eſſe dicitur inter eos, qui in limbo erant, & eos, qui in inferno, ſtatuum ac conditionum vtriuſque diſtantia intelligatur. Aliàs, diſtantia locorum quantacumque eſſet, poſſet facilè tranſiri à ſpiritibus. Sed neque in limbo ſeu ſinu Abrahæ remanſerunt ſanctorum animæ, quia cum Christo in cælos aſcenderunt, & ibi ſinus Abrahæ collocatus.

Limbum porrò non ita vicinum inferno reproborum dicimus, vt non ab eo remotiſſimum credamus. *Aliud inferi, vt puto, aliud quoq; ſinus Abrahæ*: (inquit Tertullianus) *nam & magnum intercedere iſtas regiones profundum & tranſitum vtrinque prohibere dixit. Sed nec alleuaſſet diues oculos & quidem de longinquo, niſi in ſuperiora & de altitudinis longinquo per immenſam illam diſtantiam ſublimitatis & profunditatis.* Vicinum tamen dicimus habita ratione exterioris huius terrę ſuperficiei, ad loca illa inferorum, quæ quàm iſtâ ſunt inferno reproborũ viciniora. Quare non ſiniſtrè, ſed ſecundùm rei veritatem, ex Lucæ, 16. capite, limbum educimus. Neque Epitheta à Patribus data ſinui Abrahæ huic eorum & noſtræ fidei ac ſententiæ repugnant.

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

Chriſtus deſcendit ad inferna, non ad ſepulchrum. Non poteſt purgari nec excuſari Caluinus à Blaſphemijs, quas in Chriſtum pronunciauit: neque ei fauent Patres antiqui, non etiam noſtri Theologi.

POLYANDER CALVINISTA.

1. QVid *Pſaltes voce*, Scheol, *Pſal.* 16. *Verſ.* 10. Et *Zacharias lacus nomine denotet cap.* 8. *verſ.* 11. *ſuperiore mea reſponſione ad caput* 6. & 7. *ſufficienter demonſtraui. Reſtat igitur, vt falſiſſimas criminationes, quas pro Monachali tuâ impudentiâ, cùm in me, tum in Caluinum hoc capite inſtituis, ordine retegam.*

ANASTASIVS CARMELITA.

§3. §. 1. Cur quaſi equis albis vectus, inſultas? A conuitijs, vt abſtineas, fieri minimè poteſt? Perpetuò ne tibi manebit illa intemperies? Quid *voce*, Scheol, *pſaltes; quid Zacharias lacus nomine denotet, ſufficienter demonſtraſti*, inquis: ne in vico quidem cæcorum, mi homo, niſi mentitam intelligentiam, pro germana, & genuina placet vſurpare.

2. Scripſi & verè, Chriſtum, nec ſecundùm diuinitatem, nec ſecundùm animam, nec denique ſecundùm corpus deſcendiſſe in ſepulchrum: Propte-

Digitized by Google

propterea in concreto per communicationem idiomatum non poſſe de eo prædicari, quòd in ſepulchrum deſcenderit. Proinde impiam eſſe veſtram interpretationem, quâ dicitis Chriſtum deſcendiſſe in infernũ, eſſe ſepultum eſſe. Iſtud quâ ratione retegis? quâ non impietate. *Conſtat* (inquis) *ex Phraſi Moſi, & alijs Prophetis familiari, quâ eos in ſepulchrum deſcendere aſſerunt, qui poſt mortem humo mandantur Geneſ.* 42. 28. *Pſal.* 22. 30. 49. 88. 115. 143. *Prouerb.* 1. *Eſaiæ* 38. *Ezechielis* 28. & 32. *parem eſſe rationem vtriuſq; huius enunciationis*, Chriſtus eſt ſepultus, *Et*, Chriſtus in ſepulchrum deſcendit.

Non diſputabo hîc vtrùm iſta omnia loca, à te citata, metaphoram hanc patiantur, aç Phraſim. Tantùm breuitatis cauſa, reſpondeo, impietatem eſſe, in articulis fidei, cuiuſmodi eſt articulus de Chriſti ad inferos deſcenſu, quærere tropos, figuratas locutiones, & dicendi Phraſes, quas in locis citatis aſſeris reperiri. Nam articuli fidei, nullam figuram, nullum tropum agnoſcunt, ſed omnes ex rei veritate conſtant, in omnibus & ſingulis nuda & aperta locutio. Quare in iſto, *deſcendit ad inferos*, vt neq; in illo, *ſepultus eſt*, vlla figurata eſt locutio. At deſcendere & ſepeliri in verâ, nudâ & propriâ ſignificatione, dicunt diuerſas & realiter diſtinctas actiones, adeò vt deſcendere non ſit ſepeliri, nec ſepeliri ſit deſcendere; quare citata loca figuratæ locutionis, in articulis fidei, tibi patrocinari nequeunt. Itaque cùm Chriſtus, nec ſecundùm diuinitatem, nec ſecundùm animã, nec ſecundũ corpus deſcenderit in ſepulchrũ, in concreto per cõmunicationem

Digitized by Google

idiomatum non poteſt de eo prædicari, quod in ſepulchrum deſcenderit. falſa enim & impia eſt aſſertio. Nec par ratio harum enuntiationum. Chriſtus ſepultus eſt. Et Chriſtus deſcendit in ſepulchrum; quum illa vera ſit, hæc falſa & impia.

Quare, abſit hoc à me, vt aliquando in gratiam hæreticorum, cuiuſmodi es, aliquid loquar, aut ſcribendo admittam; non ſoleo, mi homo, non ſoleo. Non fuit igitur, quòd gratias mihi haberes, quaſi aliquid ſuppeditaſſem accommodatum ad defenſionem veſtræ impietatis. Atque ad tempus, fruſtrà gloriatus es. Iſtas ergo gratias ad te redire iube.

Catull. *Ne noſtrum ſcabrâ tang ·tt rubigine nomen,*
Hæc atq; illa dies, atq; alia, atq; aliâ.

POLYANDER CALVINISTA.

I. *Secundam tuam criminationem, quam furioſis atque inanibus exaggeras vociferationibus, vt in linguâ ventoſâ tibi Mauortem eſſe oſtendas, his circumſcribo cancellis.*

Qui Chriſtum dicunt de ſua ſalute dubitaſſe ac timuiſſe, illi inſano blaſphemiæ ſpiritu ducuntur.

Caluinus & Polyander dicunt Chriſtũ de ſua ſalute aliquando dubitaſſe ac timuiſſe. Ergo inſano blaſphemiæ ſpiritu ducuntur.

ANASTASIVS CARMELITA.

84. §. I. Non iuſtius argumentum habuit vociferandi, qui dixit. *Vſquequo Domine clamabo & non exaudies: vociferabor vim patiens, & non ſaluabis?* Furioſis

Habacuch. I. v. 2.

Digitized by Google

rioſis ergo & inanibus vociferationibus ſuas criminationes exaggeraſſe, & Mauortem ei in lingua ventoſa fuiſſe dicito. Conquerebatur quòd Dominus taceret conculcante impio iuſtiorem ſe, conqueror cum ijs, qui ante me dixerunt, cur tacuerit, Caluino inſano ſe blaſphemiæ ſpiritu perſequente, fedante. Conquerebatur de illatis iniurijs hominibus iuſtis; conqueror de illata Deo iniuria. Bone vir, ſic furere ſic inſanire, ſic bacchari atque acerrimè, lubet. Non enim valetudinis vitio, non inaniter fecero, ſed ex zelo, qui eum comedat, qui vel tenuiter tenetur diuinæ maieſtatis ſtudio. Quem enim non moueant tot ac tantæ in Chriſtum blaſphemiæ?

2. Indocti, nebulones Caluino ſumus, eidem malitiâ potius quàm iuſtitiâ ducimur, quia iſtis eum arguamus ac conuincamus, vt in eo & in te, qui eum defendis, iſtud impleatur. *Non amat vir peſtilens eum, qui ſe corripit.* Iſtud, *loquentem perfectè abominati ſunt.* Prouerb. 15. Amos 5.

3. At *maledicentia*, inquis, *occurrit hâc diſtinctione* ſect. 12. lib. 2. cap. 16. *quòd aliud ſit metum & formidinem cum fide coniunctam Seruatori noſtro adſcribere, aliud deſperationem ac dubitationem fidei contrariam.* Neque porrò ſic purgatur ab inſano blaſphemiæ ſpiritu. Quî ſic? Quoniam in ipſis cruciatibus, quantum ad ſuperiorem animæ partem ſpectat beatificâ viſione frueretur, ac beatus eſſet: & aliter credere impium ſit. At verò, qui beati ſunt, ac fruuntur viſione beatificâ, nullâ formidine, nullo metu etiam cum fide iuncto, (manet enim in beatis habitualiter fides, etſi quantum ad actum, in eis non remaneat) de ſua ſalute dubitare, de-

Digitized by Google

ſperare queunt. Nam repugnat eorum ſtatui ac conditioni; ergo impium eſt aſſerere Chriſtum, de ſua ſalute dubitaſſe, deſperaſſe, etiamſi metus, ac timor ille fuiſſet cum fide iunctus. Et hoc eſt, impietatem impietate abluere velle. Sed & repugnat Doctrinę Caluiniſticę. Quæ autē eſt? *Nullos ſe in numerum fidelium recenſere poſſe, niſi qui ſibi certò perſuaſerint, à Deo ſe diligi, licet ſint indigni.* Ita Caluinus in 1. cap. ad Roman. Quid cenſes Lector? Chriſtus dubitauit, de ſua ſalute timuit, nonne ergo, iuxta hanc doctrinā, indignus qui in numerum fideliū adſcriberetur? Nō enim talis metus, talis dubitatio ſtat cū fide. Igitur de duob⁹ alterū eſſe oportet: aut quòd minimè dubitauerit, ac timuerit de ſua ſalute (vt reuera nec dubitauit nec timuit) aut quòd infidelis extiterit. Perge mecū & Caluinum fidem definientem audi. *Fides eſt certitudo in Dei bonitatem recumbens, quaque nullam dubitationem admittit. Non enim Chriſtus alios credere agnoſcit, niſi, qui indubitanter Deum ſibi propitium ſtatuunt, nec veniunt in dubium, quin Deus conceſſurus ſit, quod poſtulauerint.* Non igitur cum fide, ſtare poteſt metus, dubitatio, & deſperatio de ſuâ ſalute. Dubitauit Chriſtus, metuit, deſperauit. Non igitur hanc fidem habuit. Atque inanis & impia Caluini diſtinctio, vt reuera eſt.

Calui. in 21. cap. D. Math.

Audiamus Bezam, belluam alteram, ſua verba reſonantem. *Fides eſt certa quædam ſcientia: quam Spiritusſanctus magis ac magis inſerit cordibus electorū, quâquidem quiſque eorum certus eſt de ſuâ ſalute, nulloque pacto de eâ dubitat. Atque oportet, vt vnuſquiſque priuatim apud ſe concludat. Ego ſum in Chriſto per fidem, & proinde perire non poſſum, quoniam exploratam habeo*

mea

Digitized by Google

meæ ſalutis rationem. Ita enim iſte Confeſſ. punct. 4. art. 5. & 13. Non vides Lector, ipſis concedentibus fidem non poſſe ſtare cum dubitatione, deſperatione de ſalute? ac propterea vanam ac inanem, denique impiam diſtinctionem dubitationis, deſperationis ac metus cum fide? Et certè, quis credit & deſperat? Quare & ipſe Caluinus iſtis conſpirat, *De ſua ſalute dubitare, nihil aliud eſt, quàm per infidelitatem aduerſus Deum inſurgere.* Hæc in. 23. cap. D. Lucæ. Quid cenſes Polyander? Vbi Caluini diſtinctio? Chriſtus de ſuâ ſalute dubitauit, igitur per infidelitatem aduerſus Deum in ſurrexit. O mentes ſacrilegas! Meliora meditemur, ſaniora penſitemus. Non enim vllo modò Chriſtus; neque etiam cum fide dubitare ac deſperare poterat. Ecquis impij huius impietates propugnauerit, & liber erit ab iiſdem impietatũ iſtarum aſſertionibus? Vnus Polyander, quem etiã non pudet *omnes pios & ſinceros, & quibus veritas cura eſt, iudices aduocare, coram eis negare, ſe ne iota quidem vnum, de Chriſti dubitatione cõſcripſiſſe*. Iudices? imò: At non ſcribit, qui ſcribendo cauſam Caluini ſuſtinet ac defendit? Erubuit, ſalua res eſt. Si non erubuit, ſed Caluinũ verum dixiſſe credit, cur negat? ſi erubuit & ob tot & tãtas iniurias ac blaſphemias in Chriſtum fœdiſſimo pectore eructatas, rubore ſubfuſus eſt, cur propugnat?

Non ſcribit, non propugnat, *qui noſtros Doctores eodem pacto, quo Caluinus, de Chriſti pauore diſſeruiſſe*, fabulatur? Audiamus.

POLYANDER CALVINISTA.

Sic de eo diſputat Thomas Aquinas part. 3. quæſt. 46. art. 6. Chriſti anima ſecundùm vires interiores efficaciſſimè apprehendit omnes cauſas triſtitiæ. *Et*, Chriſtus vt ſatisfaceret pro peccatis omnium aſſumpſit triſtitiam, maximam quidem quantitate abſolutâ: non tamen excedentem regulâm rationis. *Item*, Chriſtus non ſolùm doluit pro amiſſione vitæ corporalis propriè, ſed etiam pro peccatis omnium aliorũ, qui dolor in Chriſto exceſſit cuiuſcumq; cõtriti dolorẽ, tum quia ex maiori ſapientia & charitate proceſſit, ex quibus dolor contritionis augetur, tum etiam quia pro omnibus peccatis ſimul doluit, ſecundùm illud Eſaiæ 53. Verè dolores noſtros tulit.

ANASTASIVS CARMELITA.

85.9.1. In iſtis omnibus, quæ tu truncatione laceras, ſcribit Chriſtum de ſua ſalute timuiſſe, dubitaſſe, deſperaſſe? omnes cauſas triſtitiæ, quas Chriſtum apprehendiſſe efficaciſſimè ſecundùm vires interiores animæ ſcribit, iſtas eſſe aſſerit. Primò quòd. *Omnia peccata generis humani pateretur, pro quibus ſatisfaciebat.* Vnde ea quaſi ſibi adſcribẽs, ita Pſalm. 21. loquitur, *longè à ſalute meâ verba delictorum meorum.* Secundò, quòd caſum ſpecialiter Iudæorum. *Caſum, & aliorum in ſua morte delinquentium, & præcipuè Apoſtolorum, qui ſcandalum paſſi ſunt ex ſuâ paßione, grauiter ferret.* 3. *quòd vita corporalis amißionem, quæ naturaliter humanæ naturæ eſt horribilis, apprehenderet.* Quòd autem de ſuâ ſalute dubitauerit, quòd deſperauerit, non ſcribit.

D. Thō. 3. part. queſt. 46. art. 6.

In

In reſpõſione ad ſecundum, interpretatur quid ſit Chriſtum aſſumpſiſſe *triſtitiam maximam quantitate abſolutâ, non tamen excedentem regulam rationis. Nempe, laudabilem & ex amore ſancto procedentem, quâ factum, vt ſummopere triſtaretur de peccatis noſtris. Vtilem,* quâ etiam factum, *vt pro peccatis omnium hominum ſatisfaceret.* Nam eſt triſtitia laudabilis ſecundum rei veritatem, vt ex D. Auguſtino lib. 14. de ciuitate colligit, nimirum ea, quæ manat ab amore ſancto. Altera vtilis, de qua D. Paulus. 2. ad Corinth. 7. *Triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, pœnitentiam operatur in ſtabilem ſalutem.* Eiuſmodi triſtitiæ, non excedunt regulam rationis, hæc ille ibi. At ea triſtitia, qua quis deſperat de ſua ſalute, excedit regulam rationis. Non igitur, eo pacto, quo Caluinus diſſeruit de Chriſti pauore, D. Thomas diſputat.

In reſponſione etiam ad. 4. ex qua ſumpſiſti, quæ tertio loco opponis, pugnat directè in Caluinum. Quæ enim ſapientia, quæ charitas in eo, qui de ſua ſalute deſperat, & rationis regulam excedit? At ibi vult Chriſti dolorem fuiſſe maximum, eius triſtitiam omnium maximam, quia ex maiore omnium ſapientia & charitate procederet. Ne velis igitur tam impudenter ei imponere, ac ſi eo modo, quo Caluinus, de Chriſti triſtitiâ, diſputaret.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Benedictus Pererius in. 12. Exod. diſputatione.* 7. Martyres (*inquit*) alij cocti ſunt aquâ, paſsiones enim illorum refrigeratę ſunt, & multis modis mitigatæ. Chriſtus verò, nullam habuit in parte inferiori

riori conſolationem, nec à parte ſuperiori, nec à Deo: quòd ſignificauit, dicens *Deus, Cur dereliquiſti me*, totus aſſatus igne eſt, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

16. §. 1. Cur hæc contra te arma adducis? Theologus es? Non iſtorum tam inani & tibi aduerſario obiectu, oſtendis. Vbi enim verbum de dubitatione, de deſperatione, de quâ Caluinus? Verbum? ſed vbi ſenſus? Quin potiùs docet te Chriſtum, tantùm ſecundùm inferiorem animæ partem, triſtatum ac paſſum fuiſſe; ſecundùm ſuperiorem non item. Quâ de cauſâ, fieri non potuit, vt de ſalute, quâ ſecundùm hâc animæ ſuperiorem partem fruebatur, dubitaret, deſperaret. Aut dubitat quis ac deſperat, de eo quòd iam habet, nec ſe poſſe amittere certò ſcit? Pererius, mi homo, tantùm in eo eſt, vt oſtendat, Chriſtum omnium maximam triſtitiam, omnium maximum dolorem ſubiiſſe. 1. quia vno tormẽto, omnia genera tormentorum ſubiret. 2. quia nullam à parte ſuperiore, quę beata erat, nullam à Deo conſolationem in parte inferiore recipiebat; quod martyribus minimè contigit. Nam iſti aliquam conſolationem recipiebãt, aliquam mitigationem in pœnis, à Deo prouenientem experiebantur. A Pererio igitur alium quęre, qui eo modo, quo Caluinus, de Chriſti pauore diſſeruerit.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tertiò criminatio eſt, Caluinum ibidem aſſerere* Deum Patrem Chriſto filio ſuo fuiſſe infẽſum, &c. *Quòd mendacium diluit hâc reſponſione, lib. 2. Inſtitut. cap. 16. ſect.* 11. Eò Chriſtum videmus fuiſſe deiectum, vt coactus

coactus fuerit vrgēte anguſtia,exclamare,Deus meus, Deus meus,vt quid dereliquiſti me? Neq; tamen innuimus Deum vnquam iratum vel aduerſarium ei extitiſſe. Quomodo enim dilecto filio ſuo,in quo animus eius acquieuit iraſceretur? aut quomodo Chriſtus patrem alijs, ſuâ interceſſione placaret,quem infenſum haberet ipſe ſibi? Sed hoc dicimus (*nimirum tanquam vadem noſtrum, perſonam noſtram ac pœnas, quas commerueramus ſuſcipientem) diuinæ ſeueritatis grauitatem ſuſtinuiſſe, quemadmodū hoc apertiùs explanat in ſua Catecheſi Domin.16. Vbi Miniſter Euangelij ad hanc pueri quæſtionem.* Eratne illi Pater infenſus? *Sic reſpondet.* Nequaquam,ſed hanc in eum ſeueritatem exercuit, vt impleretur quod dictum erat per Eſaïam, ipſum percuſſum fuiſſe manu Dei, propter peccata noſtra, vulneratum ob iniquitates noſtras, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

87. §. 1. Hoc,Saccarum eſt, quod ſimul propinat cum toxico. Hoc lenimentum,contumelias iſtas in Chriſtum eiaculatas non diluit, ſed magis dedecorat,augetque. Non ſtat cum iſtis blaſpemijs & impietatis dogmatibus. *Diros damnati ac perditi hominis cruciatus, in animâ pertulit. Omnia irati ac punientis Dei ſigna expertus eſt; & cum mortis & inferorū copijs, doloribus certamen ſubijt, quaſi Deo irato in labyrinthum malorū proiectus. Non mirū ſi horribilis exitij abyſſus metu & anxietate eum vexauerit. Nam neceſſe fuit profundam mortis abyſſum exhorreſceret, diuinæ maledictionis horrore percuteretur. Vnde ſpecies ei obiecta eſt, quaſi Deo aduerſo; & horrore correptus eſt, quaſi iam exitio eſſet deuotus. Pront ſenſus*

Caluinus lib. 2. inſtitut. cap. 16. ſect. 10. & 12. Et in 26. D. Math. verſ. 27. & 46. In cap. 27 D. Math. & in 3. ad Galath.

Digitized by Google

ſenſus dictabat, mente concepit Dei à ſe alienationem. Neq; verò fictè ac theatricè conqueritur ſe à patre derelictum; & ne abſurdum videatur ei elapſam vocem deſperationis. Reſpondeo facilem eſſe ſolutionem, nempe hanc deſperationem ex ſenſu carnis fuiſſe profectam. Sic videmus eum ex omni parte vexatum, vt deſperatione obrutus ab inuocando Deo abſiſteret, quod erat ſaluti renuntiare. Vt pro nobis ſatisfaceret, oportuit eum ad Dei tribunal ſiſti, vt cunctorum malorum reus. In aſſumpti hominis naturâ verè peccator ac reus fuit. Quare omnes eas pœnas dependit ac pertulit, quæ ſceleratis ac damnatis debentur, ſolâ perpetuitate exceptâ. Placet Bezam audire? Iſte enim in 26. & 27. Matthęi, hæc habet. *Ingenti onere diuinæ iræ obrutus, flãmis inferni addictus, profundi inferni gurgite ſepult⁹ ac demerſus perijt.* Nunc mecũ, Lector, quò fieri poterit ac paucioribus, mecum perpẽde, qui ſint diri in anima cruciatus damnati perditi hominis. A clarâ Dei viſione fieri, dirus eſt cruciatus in animâ perditi ac damnati hominis. *Noui quòd plurimi gehennam tantummodo pertimeſcant: ego tamen illius gloriæ amiſſionem multò amariùs duco ſupplicium. Intollerabilis quidem res eſt & horribile illud ſupplicium; tamen ſi mille quis ponat gehennas, nihil tale dicturus eſt, quale eſt à beatæ illius gloriæ honore repelli*, inquit D. Chryſoſtomus. Iſtum dirum cruciatum Christus in anima pertulit, ait Caluin⁹. Tali cruciatu poteſt Deus affligere eum, cui acquieſcit, cui non eſt iratus & infenſus? Poteſt aliquis diuinæ maledictionis horrore percuti, irati ac punientis Dei ſigna experiri, cui Deus non fuerit iratus & infenſus? Attende & hîc iniuſtitiæ Deo crimen illatum. Quî ſic? Quia etſi non repugnet diuinæ iuſtitiæ vel damnatum ſaluare & cruciatibus æternis eripere; tamen repugnat

D. Chryſoſtom. homilia 24.
D. Aug. mannal. cap. 15.

gnat

Digitized by Google

gnat eiuſdem iuſtitiæ, vt ſemel beatum à ſuâ deturbet beatitudine. Illud enim miſericordię fuerit; hoc autem iniuſtitiæ. At Chriſtus in anima dirum hunc cruciatum damnati ac perditi hominis pertulit, id eſt, Deus eum à ſuâ beatitudine deiecit, dicente Caluino, quod crimen ergo iniuſtitiæ non incurrit Deus?

2. *Diri cruciatus in anima perditi hominis*, iſti etiam ſunt, aſsiduis ſceleratæ conſcientiæ ſtimulis agitari, pungi, nullâ vnquam requie frui, inuitè & contra voluntatem ad diuinum Dei tribunal rapi, in irâ Dei vltionum argui, in eius furore damnari, omnibus modis maledici, abominari, tormentis grauiſsimis, quæ nullis precibus effugias torreri, creatorem longè optimum, velut iniquiſſimum execrandis blaſphemijs inſectari, deſperatione frangi, fremere, mortem ſummis votis terque, quaterque efflagitare, quę tamen ab eis fugiat. Iſtos ergo Chriſtus in anima pertulit; & Deus non fuit illi iratus & infenſus? Quibus ergo, ſi non iſtis & ſimilibus?

Hæc tam pugnantia quis admittat? Hæc tam pugnantia, non ſunt abominandæ ac horrendæ in Patrem & eius filium blaſphemiæ?

3. *Diri cruciatus in anima perditi ac damnati hominis*, iſti quoque ſunt, ob culpas & propria ſcelera omnibus Spirituſſancti donis, largitionibus, verbi gratiâ, charitate, quiete, lætitiâ, pace, longaminitate, benignitate, bonitate, continentiâ, manſuetudine, ſapientiâ, intellectu, conſilio, fortitudine, ſcientiâ, timore, prudentiâ temperantiâ, iuſtitiâ, pietate ſpoliari. Virtutibus moralibus, chriſtianis perfectionibus, humilitate, humanitate,

Digitized by Google

manitate, modeſtiâ, miſericordiâ, cordis puritate ac munditiâ & reliquis priuari. Et iſtos in animâ ergo pertulit Chriſtus. Non meritò pater ei iratus & infenſus, aut ſimilibus acquieſcit?
4. *Diri cruciatus in animâ perditi ac damnati hominis*, cõtrarijs vicijs abundare, iſtis pertinaci ac obſtinato animo hęrere, & numquã, quantacunq; ſint de eis, eos pœnitere, nulla vmquam pœnitentia duci, nulla reuerentiâ, nullo dei honore affici ac teneri, ſed diabolicâ planè arrogantiâ, aduerſus diuinam maieſtatem tumere, odio illius iuſtitiæ diſrumpi, inuidiâ gloriæ eius contabeſcere, eos qui Deum diligunt inuiſos habere, exui omnibus bonis ac benedictionibus diuinis, perpetuis malis ac execrationibus delectari, intellectum errore ac mendacio excæcatum gerere, voluntatem malitiâ, odio perfuſam, memoriam omni gratâ ac ſuaui miſericordia nudatam, animam cunctis aduerſis ac triſtibus confuſam gerere, omnes eius facultates omni ægritudine, męrore ac angore depreſſas eſſe. Iſtos in anima cruciatus pertulit Chriſtus, ait tuus Caluinus, & pater non fuit illi iratus & infenſus, ſed in eo acquieuit? Aut ſimilibus non iraſcitur, non eſt infenſus? Bonâ fide, Ordines, audent vobis ſimiles coram apparere, aut grati eſſe poſſunt, qui tam pugnantia defendunt, qui tam execrandis in rerum omnium auctorem blaſphemijs armantur, ac tument?

Qui proximum iniurijs iniuſtè laceſſiuit, non vobis vapulat? cur non ij, qui Deum? non ſemel Deus iſta requiret? Quemadmodum enim, tam ſibi contraria ſimul ſtare nequeunt, ſic, ſi per

Digitized by Google

per impoſſibile concedantur poſſe ſimul ſtare; quæ ad ſuperiorem blaſphemiarum dilutionem facere fabulantur, Deum non minore blaſphemiâ afficiunt.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Quarta eſt criminatio, Caluinum ibidem docere* Chriſtum animi mollitie mortem renuiſſe, quam cæleſtis decreti neceſſitas ei impoſuerat: æternum Patris conſilium reſcindi poſtulaſſe, Mediatoris munus, ſibi diuinitùs iniunctum detrectaſſe, vocem deſperati hominis emiſiſſe.

ANASTASIVS CARMELITA.

88. §. 1. Cur criminationes vocas, quas ipſe legis Caluinum dictaſſe, & fœdo calamo ſcripſiſſe? Non hæc in 12. D. Ioannis, verſu. 27. habet? *Chriſtus mortem renuendo, ſuam mollitiem fatetur.* Non iſta in. 26. D. Matthæi. Verſ. 39? *Mediatoris officio defungi, quantum in ſe eſt, renuit ac detrectat. Eadem vehementia præſentem cæleſtis decreti memoriam illi abſtulit, vt non reputaret in ipſo momento ſe hâc lege miſſum humani generis redemptorem, ſicut grauis anxietas ſæpe caliginem oculis obducit, ne ſimul in mentem omnia veniant.* Non denique iſta in. 27. D. Matthæi? *Sic videmus eum ex omni parte vexatum, vt deſperatione obrutus, ab inuocando Deo abſiſteret, quod erat ſaluti renuntiare.* Quid potuit ſcribi ſceleſtius? Quid cogitari iniquius? Horreſco referens.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Ab iſta ſugillatione Caluinus ſeipſum vindicat, indicando Chriſtum metum illum de quo antea locutus fuerat contrario affectu ſubegiſſe. Dicit enim nullam intemperiem fuiſſe*

Digitized by Google

fuiſſe in Chriſto, qualis cernitur in nobis, dum maximè nitimur ad nos domandos. Infirmitatem in Chriſto fuiſſe ab omni labe puram & vacuam, quia ſe continuit intra obedientiæ fines, in eo ſemper viguit moderatio, quæ exceſſum cohiberet, quia integer ſemper in cunctis ſuis affectibus extitit, fixa ſemper fides in eius corde, &c.

Anastasivs Carmelita.

89. §. 1. Verba, mi homo, verba, quæ pueris, non autem cordatis viris & acutùm videntibus obijcere debuit. Verba, quæ in mentem reuocant conquerentis Dei de ſimilibus vocem, *Iſti Prophetæ liniunt luto abſque paleis, abſque temperaturâ ac temperamento, videntes vana, & eis diuinantes mendacia.* Non enim iſta eum à blaſphemijs vendicant. Siquidem, quæ temperies, quæ moderatio, quæ integritas, quæ fides in eo eſſe poteſt, qui *verè peccator, verè reus diuinæ maledictionis extitit?* At tuus Caluinus in 3. ad Galathas, *Chriſtum in aſſumptâ naturâ humanâ verè peccatorem ac reum fuiſſe*, dicit. In 26. Matthæi, *diuinæ maledictionis horrore percuſſum.* Quæ temperies, quæ moderatio, quæ obedientia, quæ fides, atque integritas in eo, qui *deſperatione obruebatur, eò vſque, vt ab inuocando Deo abſiſteret & ſaluti renuntiaret?* At tuus Caluinus in 27. Matthæi, talem Chriſtum depingit. Quæ denique temperies, quę moderatio, quæ obedientia, quæ integritas in affectibus, quæ fidei firmitas, in eo, qui citatos *diros cruciatus in anima perditi hominis patiebatur?* Quæ tandem temperies, quæ moderatio, quæ obedientia, quæ integritas, quæ fidei firmitas in eo, qui *officium cæleſti decreto ſibi iniunctū, animi mollitie renuebat, detrectabat, ac tantâ vehementiâ doloris premebatur,* vt

Ezechiel. 13. & 22.

Digitized by Google

vt præſentem memoriam illi auferret, & in ipſo momento non reputaret ſe hac lege miſſum humani generis redemptorem? Quæ affectuum integritas, in eo, *qui vota ſua corrigere, caſtigare, retractare, reuocare debuit?* At iſta ſunt quæ Chriſto tuus Caluinus appingit; tam pugnantia cohærent? Ad populum Phaleras.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Et ne quis arbitretur ipſum à Patribus Orthodoxis interpretationum diſſenſione diſcrepare, verbis vtitur Cyrilli eodem modo exponentis.* Quod (inquit Cyrillus) non voluntaria quòdammodo fuerit crucis paſſio Chriſti, voluntaria autem propter voluntatem patris & propter ſalutem noſtram, ex precatione eius facile diſces, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Eâdem enim ratione, quâ verbum Dei, Deus eſt, & ipſa naturaliter vita, nemo ambiget, quòd nullo modò mortem formidauit. Caro autem factus, permittit carni, vt ſua patiatur, & ideo vt verè homo præſentem iam in ianuis mortem expaueſcit ac dicit, ſi poſſibile eſt, Pater, tranſeat à me calix iſte: verùm quoniam fieri non poteſt, fiat, non vt ego volo, ſed vt tu. Vides quemadmodum naturâ humanâ etiam in ipſo Chriſto ſua patitur ac formidat: ſed à coniuncto ſibi verbo ad congruam dei fortitudinem reducitur?

ANASTASIVS CARMELITA.

90. §. 1. Caluino & tibi nuntium vxoris Pilati, ipſi Pilato, mitto. *Nihil* Caluino, *nihil* tibi *& iuſto huic*, nempe D. Cyrillo Alexandrino. Nam tota intentio D. Cyrilli eſt, oſtendere Chriſtum, quâ ex parte homo eſt, mortem reformidaſſe, non renuiſſe, non detrectaſſe. Illud enim naturale eſt

Digitized by Google

homini, & ex principijs naturæ manans; hoc autem, ſuppoſito Dei decreto, inobedientiæ. Hinc, quâ ex parte naturæ humanæ principium & inſitum à naturâ ſtudium ſpectamus, quod quidem eſt refugere id, quod nociuum eſt, non ſic voluntariam velit D. Cyrillus, crucis Chriſti paſſionem, quin aliquid fuerit quod natura apprehenderet, & tanquam ſibi contrarium auerſaretur. Verumtamen ſemper conformem voluntatem humanam Chriſti voluntati diuinæ fuiſſe, hoc docet Diuus Cyrillus, quod etiam tota credit Eccleſia. D. Cyrillum autem *interpretationis diſſenſione non diſcrepare* à Caluini ſententiâ, falſiſſimum eſt. Non enim docet Chriſtum *verè peccatorem, ac reum fuiſſe diuinæ maledictionis, deſperationis vocem emiſiſſe, deſperatione obrutum fuiſſe, ſaluti ſuæ renuntiaſſe, mente concepiſſe ſui à Deo alienationem, diros damnati ac perditi hominis cruciatus in animâ pertuliſſe; omnia ſigna irati ac punientis Dei expertum, officium cæleſti decreto, ſibi iniunctum detrectaſſe &c.* Docet autem Caluinus, diſcrepat ergo huius ab illius doctrina.

Neque hæc D. Cyrilli, nec *alia inſidioſè*, vt calumniaris, *omiſi*. Attuli, quæ conferrent & ſufficerent ad materiam obiectam, & ad oſtendendum quàm ſacrilegâ mente, quàm tetro calamo tot blaſphemias in Chriſtum excogitaſſet, ſcripſiſſet Caluinus. Blaſphemias dico, igni, ſulphure & calce dignas. Blaſphemias, quibus vellem vos eum poſſe vindicare, tantũ abeſt, *vt inſidioſè* aliquid non reticendum, tacuerim. *Quæ enim mihi utilitas;* ſi Caluinus, ob id, *in æternam deſcendat corruptionem?*

POLYANDER CALVINISTA.

5. *Quinta ſequitur Criminatio.* Anaſtaſius Cocheletius

letius non reperit, nec legit in ſacrâ ſcripturâ, neque in ſcriptis Patrum Orthodoxorum, Chriſtum de ſua ſalute timuiſſe, exiſtimaſſe Patrem fuiſſe offenſum, ſibi maledixiſſe, ſe deſeruiſſe, ac voluiſſe vt in animâ eas pœnas lueret, quas reprobi, quas damnati experiuntur. Hæc itaque Caluini ſententia nullis ſacræ ſcripturæ, aut Patrum teſtimonijs ſtabiliri poteſt. *Egregiam ſcilicet conſequentiam, quaſi verò hæc doctrina, neque in ſano litterarum ſacrarum ſenſu, neque in totâ antiquitate, nullum habeat veritatis teſtimonium, propterea quòd inſubidus atque inſulſus Monachus eam in ſcripturæ ac Patrum monumentis non reperit, nec legerit. Quis enim ignorat hoc hominum genus tot horas perdere in lectione decretorum ac librorum Scholaſticorum, vt ſacrarum litterarum meditationi bonam operam nauare nequeat?* &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

91. §. 1. Quod hîc uniuerſaliùs, & plus æquo indeterminatiùs conſtruis, particulariùs ac determinatiùs à nobis habitum eſt. Remiſeras me ad Lectionem & ſcrutationem locorum Sacræ ſcipturæ, quibus Caluinus nititur fulcire ſuam impietatem de Chriſti deſcenſu ad inferos & doloribus mortis. Conſului Caluinum, reperi citantem lib. 2. Inſtitut. cap. 16. §. 9. pſalm. 107. verſ. 16. vbi dicitur quòd Chriſtus *contriuerit portas æreas & vectes ferreos confregerit.* Zachariam c. 9. D. Petrum epiſt. 1. c. 3. Reperi Caluinum contra intelligentiam cum Zachariæ, tum D. Petri, & contra communem Patrum Orthodoxorum conſenſum, hæc ſacræ ſcripturæ teſtimonia ad metaphoram traducere. Et §. 10. reperi citantem iſta Iſaiæ cap. 53. *Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.*

Digitized by Google

Iſta D. Petri act. 2. *Hunc Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoßibile erat eum teneri ab eo*. Quæ diuinæ ſcripturæ oracula diligenter expenſa, reperio nullam earum blaſphemiarum, quas in Chriſtum euomuit cōtinere ac complecti, magnam iniuriam Prophetæ, D. Petro eumdem inferre; quaſi tot & tantis eius impietatibus ſuffragarentur. At falſum prorſus eſt. Quid nunc tu? à determinatis locis ad indeterminata prouocas. *Anaſtaſius Cocheletius, non reperit nec legit in ſacrâ ſcripturâ*. Cum bonâ veniâ, debueras dixiſſe, *in citatis à Caluino. §.9. & 10. lib.2. Inſtitut. cap. 16. non reperit nec legit*. Dixiſſe debueras, *in ſcriptis Patrum orthodoxorum, quos ego ei citaui, non reperit, non legit Chriſtum de ſua ſalute timuiſſe*, &c. Nam de iſtis tantummodò erat ſermo & controuerſia.

2. Ergone velim Caluini impietates ſtabiliri poſſe aliis cum ſcripturæ ſacræ, tum Patrum orthodoxorum teſtimoniis? Abſit. Numquã enim ſtabilientur vllis ſacræ ſcripturæ, vllis Patrum orthodoxorum auctoritatibus. Et quia vis indeterminatè me loqui, nec reperi, nec legi: nec quis alius reperiet aut leget.

3. Inſurgis, *Egregiam ſcilicet conſequentiam, propterea quòd inſubidus Monachus atque inſulſus Doctrinam Caluini in ſcripturæ ac Patrum monumentis non reperit, nec legit, nullum in ſano literarum ſacrarum ſenſu, nullum in tota antiquitate habet veritatis teſtimonium*. Conuitiare quantùm lubet, ſim tibi hæretico inſubidus, inſulſus, non mihi hoc inglorium, non propterea oſtenderis Caluini impietates ſtabiliri poſſe ſacrâ ſcripturâ, Patrum orthodoxorum auctoritate.

Quia Caluiniſta Miniſter iſtis fulciri poſſe, mentitur,

Digitized by Google

mentitur, propterea fulcientur? Egregiam ſcilicet conſequentiam. Si mihi huius generis piſa opponis, non ego tibi eiuſdem generis ac naturæ fabas? Non quia non reperi, non quia non legi, Magiſter Ioannes, propterea doctrinam hanc Caluini ſacris oraculis, Patrum orthodoxorum teſtimonijs ſtabiliri poſſe negaui: ſed quia repugnat ſacris oraculis, pietati Patrum orthodoxorum tot & tãtas impietates poſſe fulciri: ſed quia eas in illis nemo reperiet, nemo leget, qui ſanum ſenſum diuinorum oraculorum, piam intelligentiam Patrum orthodoxorum ſecutus fuerit. Inſana tam ſanis non probantur.

4. Quis ignorat, *Monachorum genus tot horas perdere in lectione decretorum, ac librorum Scholaſticorũ, vt ſacrarum literarum meditationi bonam operam nauare nequeant?* Hoc conuitium multis falſi conuincitur. Primò cùm dicis neminem hoc ignorare. Non ibo longius. Tu ipſe ignoras, & de iſtis iudicas, vt cæcus de coloribus. Secundò quotidianâ apud eos vnius atq; alterias capitis Sacrorum Bibliorum Lectione. Omitto quæ ex ſacrâ Scripturâ, tam nocturno, quàm diurno tempore, ſingulis noctibus & diebus leguntur. Tertiò, falsâ à te ſuppoſitione. Nam ſupponis Decreta, libros Scholaſticorum non ſtabiliri ſacrâ ſcripturâ, & inter ſcripta Scholaſticorum infinita ſcripturæ ſacræ loca non interſeri. At falſa eſt hæc ſuppoſitio. Quartò, quotidianis tempore aduentus, & quadrageſimæ concionibus ad populum, quæ meliore parte teſtimonijs eiuſdem ſcripturę eruuntur. Omitto Dominicales & alias ſolemnium dierum, quibus qui vacat, priùs ſacræ lectioni operam nauare debeat. Quare tibi, grauiter ſui

 oblito

Digitized by Google

oblito ſemel dico, totam Caluinianæ colluuiei ſectam numquam cum noſtrorum Monachorum genere, de paritate collocati in ſacrâ lectione ſtudij, cum gloria & honore ſuo decertaturam. Hoc verò ſit veſtrûm omniũ ſupercilium, vanitas veſtra, quâ, præ vobis licet ignariſsimis, reliquos contemnere ſoletis. Solemne ſemper hæreticis hoc fuiſſe, notat iſtis D. Auguſtinus, *Hæreſis ignara veritatis, ſcientiam promittit*, oſtentat.

D. Auguſtinus 97. in Ioann.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Mille exemplorum adferre poſſes, ex quibus vnum tantùm apponam. Vir grauiſsimus atque doctiſſimus Robertus ſtephanus Galliarum Regis typographus commemorat in ſuâ Reſponſione ad cenſuras Theologorum Pariſienſium, quendam Sorboniſtam ſic loqui ſolitum*, Miror quòd iſti iuuenes allegant nobis nouum teſtamentum; per diem ego habebam pluſquam quinquaginta annos, quòd neſciebam, quid eſſet nouum teſtamentum.

ANASTASIVS CARMELITA.

92.§.1. Quidni adferre poſses? Imò & iſtis nugis, qui magis ſerijs etiam cæcutis, refici? 2. Doctiſſimum autem & grauiſſimum virum nunquam putauerim: qui ſimilibus nugis ac fabulis, in rebus ſerijs probandis vel infirmãdis vtatur. Iſtis, inquam, è compitis & triuijs emendicatis: quin potiùs pro nimium graphico nugatore tenuerim. Et ſi probas, parùm ſanus es. 3. Sed quid tibi hîc cum Theologis Pariſienſibus? nec te album aut nigrum nouit eorum vel poſtremus

Diſpeream ſi tu Pyladi præſtare matellam,
Dignus es, aut porcos paſcere Pyrithoi.

Cur

Digitized by Google

Cur hanc Lunam, quod dicitur, in te detrahis? Ad huius Aquilæ motum horrent & reluctantes Dracones. Theologi Pariſienſes, illi ſunt, quorum iudicio, auctoritate & ſententiâ veſtra fragilis & argutola nouitas conteritur, veſtra contumacia cōprimitur, & à præſumptionis impetu repercutitur. Illi ad quorum ſubſellia & tribunal inſolens & præfracta omnis hæreſis, moribunda expallet. Sed mihi cum Plebicola quorſum iſta? Quid mihi

Si confert fulicas Cycnis, & Aëdona parræ
Caſtaneis Corylos aquet, viburna cupreßis?

Hoc enim vitium iſtius generis hominũ eſt, qui ne Iouem quidem pro Riuali ferant. Ergo vecordes iſtos valere iubeamus & ad alia properemus.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *De te verò, mi Cochleti, quem ſacræ quoque paginæ, poſtquam te è ſomno excitaui pluſculum temporis tribuiſſe video, vt dicam quid ſentio, nō tam arbitror te in verbo Dei non legiſſe aut reperiſſe, quæ te legiſſe atque inueniſſe diffiteris; quàm aut callidè, quæ inueneris diſſimulare, aut (vt omninò bonâ fide agas) quodam animi ſtupore, non eſſe aſſequutum. Equidem, ſiue mentiaris, ſiuè mēdaciꝫ dicas (vt Nigidij figuli, Romanorum poſt Varronem eruditiſſimi diſtinctionem ſequamur) ex ſequentibus indicijs te falſi conuinco.*

ANASTASIVS CARMELITA.

93. §. 1. Ergo ô mea ſalus, nō aram huic tuo ſtudio debeo? Abi, nimium Graphicus nugator es. Euge, ſed Euge, & ô vanitatem Caluiniani Miniſtri! Nō ſoleo, mi homo, nō ſoleo, ſed adigis, vt dicam diuina me oracula ante te legiſſe, Patrũ teſtimonia; atque pluſculum quàm tu, me in ijs intelle-

xiſſe, compellis dicam in me his ante te pluſculum, quàm tu tribuiſſe. Non me importuna vxor, non eius amplexus, non prolium multitudo, à ſacrâ paginâ auocat, aut aliquando abduxit. In ijs mentem ſanam attuliſſe, nihil quod non veræ fidei ac pietatis doctrinæ conforme eſſet, reperiſſe, ſenſiſſe. Verùm, vt qui, quod vulgo dicitur, nihil niſi per lagunculæ foramen vidit, ſic tu de aliorum vſu & experientiâ temere iudicare præſumis. Non aliter Miluus degener altè volantem Harpam, Sargus Mullum ciborum ſuis reliquijs veſci mentiatur. Non aliter Oenocrates, Lippúſque oculis mecum agat.

2. *Ex ſequentibus indicijs me falſi conuincis?* Quæ eſt iſta in commemorandis ex falſitate, cum ſcripturæ ſacræ, tum noſtrorum, ac Patrum orthodoxorum teſtimonijs, tua tam inſolens oſtentatio? Lector Chriſtiane, huic quomodo reſpondere debeam non laboro. Nihil enim hîc adducit, quod non eum mendacij arguat:

Neſcit obeſſe ſuis furor hoſtibus: errat ab ictu,
Conſilys inops in ſua damna ruit.

Tantùm doleo, quòd tibi tædium ſim allaturus, quòd cartæ ipſius iacturam facturus, repetitione eorum, quæ ex ſcripturâ ſacrâ, noſtrorum & Patrum orthodoxorum teſtimonijs produxit. Neque porrò facerem, niſi me & ſacræ ſcripturæ integritas, & Patrum orthodoxorum fidei ac doctrinæ puritas commoueret, quibus iſte Miniſter imponit, quaſi blaſphemijs in Chriſtum à Caluino eiaculatis patrocinarentur. A quâ iniuriâ, vt eos vindicem ratio poſtulat. Itaque quàm potero breuiùs manum adhibeo. Iſtud Eſaiæ 53. Legi, *Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attri-*

tum

Digitized by Google

tus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, cuius liuore ſanati ſumus. Legi, inquam, & obiter ſcire te velim, Polyander, me tuas verſiones ne aſſis quidem æſtimare. Iſtis falſi me conuincis? appello, appello ad veritatis tribunal, non ad tuum, non ad ſubſellia hæretica, ad quæ non venit veritatis cauſa. Nam in his, vbi iſtæ blaſphemiæ, *Ipſe diros cruciatus perditi hominis in anima pertulit: irati ac punientis Dei ſigna expertus: Deſperatione obrutus, ab inuocando Deo abſtitit, ſaluti renuntiauit: non fictè, non theatricè à Patre derelictus eſt?* Audimus, quem adducis Franciſcum Forerium, *Libuit ipſi Deo vt filius dilectionis ſuæ piaculum fieret, placuit Deo eum contundere, vt ad Deum, qui peribant, reuocarentur. Pro eo quòd laborauit anima eius cum moleſtiâ & defatigatione, videbit fructum ſui laboris cum gaudio & voluptate.* Item. *Chriſtus Dominus pro peccatis noſtris dolore affectus eſt; ergo peccata noſtra deleta, ergo Dei ira remiſit; ergo reconciliatus eſt nobis; ergo pax, integritas, ſalus, & omne bonum in nos dimanauit. Placuit Deo patri, vt correptionem illam, verbera & plagas, quas nos commeriti eramus, filius ſuſciperet. Nos ergo, qui eramus inimici & filij iræ, quâ excandeſcente non poterat nobis pax & ſalus conſtare, digni eramus verberibus, quibus vel ſi affecti fuiſſemus, non propterea reconciliaremur, & benè nobis fuiſſet. Caſtigatione & verberibus filij reconciliati ſumus Patri & deferbuit ira Patris, vnde reddita eſt nobis ſanitas.* In iſtis, vbi Caluini blaſphemiæ prætactæ? Vbi, quòd *diros in anima perditi ac damnati hominis pertulerit cruciatus: quòd omnia ſigna irati & punientis Dei expertus ſit; quòd deſperatione obrutus, ab inuocando Deo deſtiterit, quòd ſaluti renuntiauerit, de ſua ſalute timuerit, dubitauerit?* Obijcis tuam interpretationem, quam non attigit

Franciſcus Forerius in cap. 53. Eſaiæ.

git Forerius *in animâ & corpore verbera & plagas ſuſceperit*, Eſto & iſtud. Quis enim negat etiam Chriſtum in animâ paſſum? Sed *verbera, plagas, diros cruciatus perditi & damnati hominis*? hanc blaſphemiam nemo niſi Caluiniſta hæreticus, & Chriſti innocentiæ ac perfectiſſimæ iuſtitiæ negator propudioſiſſimus dixerit. Non Franciſcus Forerius. Non enim dolorem, non cruciatum in animâ pertulit, qui non ex amore, ſapientiâ procederet, qui proinde non rationis regulæ conueniret, qui non vtilis eſſet: quo dolore & cruciatu non fouentur damnati & perditi homines; nullo enim amore, nulla ſapientiâ feruntur, ſed dolore & cruciatu tenentur, qui omnem rationis regulam excedit.

Legi & iſtud Act. 2. *Hunc Deus tertiâ die ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni, ſeu mortis*. Et hoc cur toties recoquis? Dolores autem non referendos ad Chriſtum, niſi eo ſenſu, quo D. Auguſtinus interpretatur, nempe, non quòd *dolores illos inferni* ſeu mortis æternæ *reuera pertulerit, ſed quòd eos cæterorum more pati non potuerit*. Sic enim ſoluit, vt eos non paſſus ſit. Vnde iſtud. *Iuxta quod impoßibile erat illum teneri ab eo*. Itaque dolores inferni ſeu mortis, eorum ſolutionem, ad eos qui erant in purgatorio & Limbo, propriè referendam.

D. Auguſtinus Epiſt. 99.

Legi & relegi, quæ D. Cyprianus ſerm. de paſſione Domini habet. Ecquid toties rem eamdem lamberas non tibi ſuffragaturam? ſiquidem fatemur, cum D. Cypriano *Chriſtum præ nimiâ anxietate ſanguineo perfuſum ſudore: coram Apoſtolis profeſſum, quòd anima ſua triſtis eſſet vſque ad mortem: eum timuiſſe, expauiſſe morte propinquante, morſum inferni pertimuiſſe, ſed eo timore, pauore & metu, qui communem humanæ infirmitatis*

nitatis affectum exprimebat, & generalitatem omnium in carne viuentium hoc dolore vrgeri, diſſolutionem corporeæ ac ſpiritualis naturæ non poſſe non pati. hâc moleſtiâ carere. Hanc pœnam vniuerſæ ſucceſſioni Adami ſine exceptione impoſitam, vt difficultas extremi exitus timeretur. Hanc anxietatem neminem euaſiſſe, neminem egrediente animâ ſine amaritudine expiaſſe. Chriſtum omnium iudicem poteſtatiuè animam ſuam poſuiſſe & poteſtatiuè reſumpſiſſe. pœnam eum non ex neceſſitate perſecutam fuiſſe. Patris conſpectum non ei formidabilem extitiſſe. Cuius contrarium tenet Caluinus in 26. D. Matthæi, quum dicit Chriſto *obiectam fuiſſe ſpeciem*, quâ factum ſit *vt horrore corriperetur & quaſi Deo ſibi aduerſo, iam exitio deuoueretur*. Fatemur cum D. Cypriano quòd *nihilominus, anxiatus fuerit, ad orationem tremebundus diſcurrerit*: quodque *eius timor eos inuaſerit, quos timuerat*: quòd *proſtrati ſolo exanimes iacuerint*, quòd *eius vox armatam cohortem terruerit*, quòd *latens in humanitate omnipotentia pauidū eum diſcipulis, terribilē perſecutoribus exhibuerit*: quòd *voluntas patris fuerit vt à timore & triſtitiâ carnis ſacrificiū inchoaret*; quòd *carbones deſlatoriæ victimæ ſubfuerint, quos adeps obedientiæ liquefactus extinxerit*: quòd *filius hominis damnatus fuerit, vt liberaret damnatos, doluerit vt infirmos ſanaret, timuerit vt ſecuros faceret*: quòd *expoſuerit Chriſtus quare derelictus fuiſſet*: quòd *indicauerit anxietates, ſua querimonia verba eſſe, delictorum ſuorum, quorum perſonam & cauſam aſſumpſerat, intantum vt per Moyſem per Apoſtolum ſuſtinuerit vocari peccatum & maledictum pro ſimilitudine pœnæ, non culpæ, quod pro eis voluerit intelligi, qui deſeri à Deo propter peccata ſua meruerant, quorum reconciliationis cauſam agebat*. In quibus omnibus, vbi iſtæ Caluini blaſphemię? *Chriſtus in animâ diros cruciatus perditi ac damnati hominis pertulit. Chriſtus omnia ſigna irati ac punientis*

Digitized by Google

nientis Dei expertus eſt. Chriſtus ad tribunal, vt reus cunctorum maleficiorum ſtetit. Chriſtus in aſſumptâ hominis naturâ verè peccator & reus diuinæ maledictionis fuit. Chriſtus mortem renuendo, mollitiem animi ſui faſſus eſt. Chriſtus oblitus fuit ſe ad hoc miſſum, vt fieret redemptor humani generis. Chriſtus, ne vt reus abſorberetur timuit. Chriſtus officium mediatoris detrectauit ſibi diuinitus iniunctum. Chriſtus votum, quod agnouit ſuæ vocationis contrarium, retractauit, abrupit, ſed elapſum ſubitò caſtigauit, correxit. Chriſtus ſuæ ſaluti renunciauit. Chriſtus deſperatione obrutus eſt. Chriſtus, ſi tantùm morte corporeâ defunctus fuiſſet, nihil actum erat. Et Caluini blaſphemias mendacio firmare ſperas? Iſtis, ô homo, non conuinces me falſitatis, ſed tu te mendacij.

Quod attinet ad D. Auguſtinum ſerm. 117. de tempore p. 122. 123. & expoſition. 2. in pſalmum, quid iſta eius, cum Caluini citatis blaſphemijs? *Suſcepit Dominus triſtitiam noſtram, vt nobis largiretur ſuam lætitiam. Veſtigijs noſtris deſcendit vſque ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigijs reuocaret ad vitam. Anima Chriſti triſtis erat, non pro ſuâ paſſione, ſed pro noſtrâ diſperſione.* Iſta, *ô quàm bene te tuo impetu, Diabole percuſſiſti? Crudelitas tua tibi exitium, nobis attulit commodum.* Item, *quicquid audis infirmitatis in Chriſto, noſtræ hoc neceſſitatis, noſtræ redemptionis eſt cauſa: quidquid gloriæ, eius eſt propriæ poteſtatis. Si tibi magnum & pretioſum videtur, quòd pro te filius Dei pependit in cruce illudque ſublime, quòd aſcendit in cælum, illud te magis ſtupere debet, quòd pro te mortuus & ſepultus eſt. Quia ad hoc deſcendit, vt ea, quæ humanæ diſplicent infirmitati, pro tuâ ſalute ſufferret, & te ad æternam cæleſtemque gloriam ſecum perduceret. Cum verbum factum eſſet caro, pendebatque in cruce & dicebat, Deus meus, Deus meus, reſpice me, quare me dereliquiſti? Quare dicitur, niſi quia corpus Chriſti Eccleſia?*

Digitized by Google

eleſia? Vt quid dixit, Deus meus, Deus meus, reſpice me, quare me dereliquiſti? niſi quoddammodo nos intentos faciens & dicens Pſalmus iſte de me ſcriptus eſt; longè à ſalute meâ verba delictorum meorum. Quorum delictorum? de quo dictum eſt. Qui peccatum non fecit, nec inuentus dolus in ore eius? Quomodo ergo dicit delictorum meorum, niſi quia pro noſtris delictis ipſe precatur, & delicta noſtra ſua fecit, vt iuſtitiam ſuam iuſtiam noſtram faceret? Dominus flagellabatur & nemo ſubueniebat, clamabat Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Non ſubuenitur. Quare fratres mei? quare? Quâ mercede tanta paſſus eſt? Omnia iſta, quæ paſſus eſt pretium erat: Dicebat ne diſcedas à me, quia tribulatio proxima eſt, & non eſt, qui adiuuet. Videte deſertum, & ve nobis, ſi ipſe nos deſerat. Et ſaluum me fac ex ore Leonis. Leorugiens, quis ſit noſtis, circuiens & quærens, quem deuoret. In quibus omnibus vbi ſcintilla blaſphemarium, quas Caluinus eructat? flagra, flagra Polyandro, Lector, qui tam parùm facientia ad ſui inſtituti confirmationem adfert. Qui ſe mendacij apertiſsimè conuincit, non me falſitatis. In iſtis enim, quę magis ad rem facere videntur, verbi gratiâ, quòd dixerit ſe *derelictum* Chriſtus, quòd dixerit *ſaluum me fac ex ore Leonis*, id eſt Diaboli, quòd clamauerit *Deus, Deus meus*. D. Auguſtinus fatetur à Chriſto dicta & facta in perſonâ Eccleſiæ, quæ ſententia directè pugnat in id, quod Caluinus defendit. Nam 2. Inſtitut. cap. 16. § 11. Negat habere locum eorum ſententiam, qui dicunt Chriſtum loquutum in perſonâ Eccleſiæ. *Quod enim* (ait) *quidam dicunt Chriſtum non ſecundum propriam affectionem, ſed ſecundùm aliorum opinionem veriſimile non eſt, cum videamus Chriſtum loquutum ex profundâ & intimâ cordis amaritudine.* Et conuinces me falſi, non tu teipſum

ſum mendacij? Et certè de propriâ perſonâ dixiſſet. *Saluũ me fac ex ore Leonis*, id eſt, diaboli, qui dixerat Ioan. 14. *Venit ad me Princeps huius mũdi, & in me non habet quicquam?* De propriâ perſonâ dixiſſet *vt quid dereliquiſti me*, qui quod ſemel aſſumpſerat, numquam dimiſit? Ecquidem ſuſpendebatur influxus beatitudinis, ne in animæ inferiorem partem deflueret, vt ſic poſſet pati, & quaſi deſeri videretur: tamen verbum erat præſens, aderat patienti animæ ſecundùm inferiorem partem ſui, nec vnquam abfuit. Quæ cùm D. Auguſtinus probè reſciret, in eas blaſphemias, in quas Caluinus deſcendit, numquam venit. Nec ex iſtis vllo modo colligi poteſt.

Non etiam ex iſtis lib. 4. de Trinitate cap. 3. *Interioris hominis noſtri Sacramento, data illa vox eſt, pertinens ad mortem animæ noſtræ ſignificandam, non ſolùm in Pſalmo, verum etiam in cruce, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Pſal. 21. Matth. 27. Cui voci congruit Apoſtolus dicens. Scientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cum illo, vt euacuetur corpus peccati.* Quid enim conformitatis habent cum Caluini ſepè repetitis in Chriſtum blaſphemijs? quid ſimile poteſt in iſtis deprehendi? Sed hoc etiam ſolemne omni hæretico, multa ex ſuperfluo, & nihil ad rem conferentia, allegare, vt ſic aliquid dixiſſe videatur. Et certè ſuperiore libro oſtendi D. Auguſtinum lib. 4. de Trinitate cap. 3. totum in eo eſſe, vt oſtendat corpoream mortem Chriſti omnia perfeciſſe, atque omninò aduerſari Caluino, qui dicit, *nihil actum fuiſſe ſi ſola corporeâ morte functus fuiſſet*, repugnatque Miniſtrorum Caluinianorum aſſertioni, quàm qui maximè. Poterit Lector conſulere D. Auguſtinum, atque te falſita-

tis

Digitized by Google

tis iuſtè accuſatum comprobare.

Nullam (inquis) *habui rationem vel antecedentium vel ſubſequentium*, Balatro ? cur mihi tuum & tuorum vitium imponis? falſum eſt me eorum nullam habuiſſe rationem, quum è contra totum illud caput ad vnam ferme periodum adduxerim. Sed ſerpens inter Orci cancros adhæres, &

Ficulno Anguillam ſtrinximus in folio.

CAPVT XXVII.

Deſcendiſſe Chriſtum in infernum, Caluini explicatione, eſt, à Deo fuiſſe derelictum & ſubijſſe damnati ac perditi hominis cruciatus. Cruciatus damnati hominis qui ſint. Chriſtus quomodo in anima & corpore ſit paſſus. Quâ triſtitiâ, quo dolore affectus fuerit. Polyander Caluinum fruſtra tentat à blaſphemijs. purgare. Limbi & purgatorij adſertio non eſt noua. Vnde petenda acerbitas dolorum Chriſti.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Longior Iliade hæc noſtra, Cocheleti, creſceret diſputatio, ſi ſingula tuorum ſophiſmatum atque opprobriorum diuerticula veſtigijs perſequerer. Abundat hoc caput 9. Succo loliginis & inanibus commentis, quæ breuiter leuique articulo perſtringam, ne tecum calami libertate ac Lectoris auribus intemperanter abutar.*

ANA-

ANASTASIVS CARMELITA.

94. §. 1. Verè Flaccus.

Naturam expellas furcâ, tamen vſque recurret.

Hinc eſt, quòd cùm reductum te volo, ſemper vageris, & velites in ſolitum conuitiorum campum, atque propriâ infidelitatis conſcientiâ preſſus, in quam ſemper tete obfirmas, cupitam hanc reuocationem tui ab errore, iniuriarum titulis dedecorare pergis. Caluini mentem ac ſcopum lib. 2. inſtitut. cap. 16. §. 9. 10. 11. 12. traduxeras, voluerasque hunc fuiſſe; nempe oſtendere, quòd Chriſtus dolores inferni, non minùs in ipsâ cruce pertulerit, quàm ſi fuiſſet in inferno; cum tamen primaria eius intentio ſit demonſtrare, quod Chriſtus in anima non verè ac realiter in infernum deſcenderit, idque contra receptam & communem Eccleſiæ fidem ac doctrinam; illud autem, ad iſtud incidens & conſequens. Ab hoc errore reductum te volui, atque errantem Bouem, ad primariam & iuſtam Magiſtri ſui Caluini intentionem reuocatum: tu verò in grati animi ſignificationem, quæ ad hoc inſtitutum adduxi, ſophiſmata, opprobria appellas, ſola conuitia verarum reſponſionum loco valere poſſe æſtimans. Perge, magiſter Ioannes, non enim ſtatim finis.

POLYANDER CALVINISTA.

Primum commentum tuum, quo fingis Caluinum his verbis: nulla fingi poteſt magis formidabilis abyſſus, quàm ſentire ſe à Deo derelictum & alienatum, *Locum inferorum definire, adeò manifeſtum eſt, vt res ipſa te men-*

te mendacij coarguat, atque irriſione dignum iudicet, qui nondum noris, quod minorum gentium Philoſophi in ſcholis triuialibus didicerunt, his, nimirum particulis (non magis, quam) non definitionem, ſed à paribus comparationem circumſcribi.

ANASTASIVS CARMELITA.

95. Eo ordine iſtud caput 9. percurris, vt à cauda incipias, & à cauda rurſus ad caput redeas? Simiæ ſic ſaltitant; & apud hæreticos omnia turbatâ ſerie fiunt. Eſto, per me liceat. Verum-tamen, mi Polyander,

Excorianda grauis manet vltima cauda laboris.

Nec minus laborabis in refutando hoc iſtius capitis talo, quàm in reliquis eius partibus.

Itaque cum bonâ veniâ, has particulas non *magis, quàm* comparandi notas eſſe noui. Hanc etiam negatiuam vniuerſalem *nulla fingi poteſt magis formidabilis abyſſus*, &c. non negaui à comparatis eſſe. Sed hanc interrogatiuam, *An non abyſſus terribilis & miſera, ſentire ſe à Deo derelictum & ſic deſertam, vt nullum ab eo auxilium exſpectare debeas*, etiam ſi *eum inuoces?* vt patet pag. 83. libri noſtri. Ecquouſque ab impoſturis non ceſſabis?

Nullam cæterùm *definitionem ſeu deſcriptionem à comparatis deduci*, ſit hæc tuæ (ſi dijs placet) profundæ eruditionis commendatio. Certum tamen eſt Caluinum ibi definire infernum.

Conſtat ex diſceptatione, quam habet contra fidem & doctrinam Catholicam. Hæc credit, Chriſtum reuera in anima deſcendiſſe in infernum. Negat Caluinus. Interrogatus autem, quid ergo ſit in infernum deſcendere, Reſpondet eſſe *à Deo derelinqui, deſeri*, Chriſtum paſſum *dolores in-*

Digitized by Google

ferni, nihil aliud, quàm fuiſſe ab eo *derelictum*, &c. Neque meum commentum eſt, vt fabularis, ſed Caluini impietas lib. 2. Inſtitut. cap. 16. §. 9. 10. 11.

POLYANDER CALVINISTA.

Secundum commentum eſt, ſuperiorem Caluini ſententiam in contextu Gallico de verbo ad verbum ſic fuiſſe redditam: An non Abyſſus terribilis & miſera ſentire ſe à Deo derelictum? &c. *O os inuerecundum, & pectus fraudibus oppletum. En verba Caluini, quæ ex Gallico exemplari tranſcribere volui, vt omnes qui hæc defæcato animo legent, tuam improbitatem execrentur.* Et de faict, on ne peut (dit Caluin) imaginer abiſme plus eſpouuentable que de ſe ſentir eſtre delaiſsè & abandonnè de Dieu, &c. *Quibus verbis non modò damni, vt ſomniat Anaſtaſius, ſed etiam ſenſus pœnam denotat.*

ANASTASIVS CARMELITA.

96. Alium Stellionem quære

——— *Qui latebras & caua buſta colat*

——— *Prauique doli fert ſymbola pictus.*

Vinum non nouit Anaſtaſius Stellionis morte delibutum ac mixtum, Inuerecundia, fraus hæretici pectoris comites ſunt indiuiduæ, non Catholici. Itaque inuerecundiam, fraudem, quam mihi appingis, & quâ ſperaſti me apud Lectorem traducere, tibi innatas recipe. Ego ijs non vtor, non illarum interpolâ.

Trāſtuliſti de verbo ad verbū Caluini, ex Gallico exemplari impreſſo Geneuæ 1562. ſi tamen tuum meo reſpōdet, contextū, fateor. Propterea *commentum* dedi? *inuerecundum & fraudeo oppletum pectus* geri? Abſit. quâ id ratione, quo medio demonſtrabo? Exſpectas Lector? Exſpectas proculdubiò,

bio, & puto quòd non ſine miraculo me ab hâc Scylla & Caribde non poſſe expedire, exiſtimes. Facile tamen id fecero. Siquidem Caluini ſententiam fideliter de verbo ad verbũ è contextu Gallico reddidi, & ſi *defæcato animo*, vt verbis Polyandri vtar, *legeris*, meam, quæ nulla fuit, *improbitatem* non *execraberis*, ſed fidelitatem laudabis. Vituperabis porrò Miniſtri huius imprudentiam è furore natam, quâ factum eſt, vt exiſtimauerit vnicam tantùm Inſtitut. Caluini editionem dari. Sed allucinatur grauiter. Nam hæc ſunt verba Inſtitutio. Caluini impreſſę Geneuæ anno 1551. apud Ioannem Gerardum cap. 7. de fide, paragrapho 29. *Affin d'entendre plus facilement cela. N'eſt ce pas vne Abyſme terribile & miſerable, que de ſe ſentir eſtre delaiſſé & abandonné de Dieu? N'en receuoir aide quant on l'inuoque: & n'en attendre autre choſe, ſinon qu'il ayt conſpiré à nous perdre & deſtruire?* En textus, Polyander, ſententiæ Caluini de verbo ad verbum, qui tuum decem annis ſuperat, proinde, qui tuo minùs ſuſpectus eſſe debeat. Nunc igitur ſaliuam calumniarum, quam excrearas non reſorbes? Non vides nullum me commentum dediſſe?

Cùm autem pœna, quæ ex ſolâ alienatione à Deo, in animâ generatur, in apprehenſione tantùm cõſiſtat; fit vt non *pœna ſenſus* ſit, ſed tantùm *damni*. Quę cùm ſcripſi, non ſomniaui, Magiſter Ioannes, non ſomniaui, verùm tu, & inſigni ignorantiâ & animi ſtupore.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Tertium figmentum, quòd Caluinus ex hac Chriſti querimonia*. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem *Chriſtum diros in anima cruciatus, impiè colligat hoc probas argumento.*

Digitized by Google

Si Chriſtus diros quoque in anima ſenſit cruciatus, inanis eſt Chriſti, Apoſtolorum prædicatio Matth. 26. & 28. Rom. 3. & 5. Epheſ. 1. & 2. Coloſſ. 1. Hebr. 9. 1. Pet. 1. & 2. 1. Ioan. 1. Vbi de Chriſti paſſione differentes tantummodo corporis, vulnerũ & ſanguinis ipſius mentionem faciũt. At hoc impiè dicitur; Ergo & illud.

ANASTASIVS CARMELITA.

97. 5. Cur, quod totius huius loci potiſſimum caput eſt in iſto argumento prætermittis? Cur tempus & papyrum perdis totis duabus paginis, abutens Dauidis ac D. Pauli teſtimonijs?

Non enim negamus Chriſtum & corpore & animâ paſſum ſummos cruciatus & dolores. Siquidem, quis neſcit corporeos dolores in animam redundare? Poteſt corpus eſſe compos dolorum ſenſus ſine animâ? Tu tibi recenſe incarnationis humilitatem, infantilem imbecillitatem, fugam in Ægyptum, ieiunia, ſuſpiria, famen, ſitim, vigilias, humi cubationes, conciones, peregrinationes, conuitia, calumnias, mundi odia, contemptus, impiorum minas, mortem ſæpe intentatam, ingratitudinem hominum ſummam, diſcipuli proditionem ac perfidiam, vt etiam *ſpiritu turbaretur* Ioan. 13. Apoſtolorum ſcandala, captiuitatem, vincula, ſputa, verbera, membrorum extenſionem, totius corporis lacerationem, nuditatem, veſtimentorum detractionem, cruentas ſpinas, crucis baiulationem, pedum ac manuũ confoſsionem, cum ſceleratis deputationem, cachinnos, irriſiones, ſcommata amarulenta, inimicorum inſultationes, neruorum diſtenſionem, oſſium & compagum diſſolu-

ſolutionem, quomodo à ſuis derelictus, & negatus, an parua tibi videntur? Hęc in corpore & anima pertulit. Propone tibi rurſus, quomodo eorum omnium, qui erant pro iuſticia & pro nomine ſuo paſſuri, tormentorum ac ſuppliciorum meliorem partem ipſe ſubibat, vt illi iſta pati ac ſubire valerent. non enim aliàs potuiſſent. Iſtis iunge quomodo, & quàm viuâ attentâque animi cogitatione ſibi objiceret omnia ſcelera, crimina mundi, auaritiam, ſuperbiam, ambitionem, luxuriam, inuidiam, odia, ſpurcitias, gulam, negligentiam, furorem, maniam, immanitatem crudelitatem, latrocinia, ſacrilegia, maleficia, parricidia, veneficia, periuria, proditiones, inceſtus, adulteria, fornicationes, Blaſphemias, Apoſtaſias, hæreſes, Idololatriam, omnia peccata ſpiritualia & corporalia, interna & externa, quæ cogitatione, ore & opere, committi poſſunt; quantâ putas triſtitiâ angebatur? tantâ ſine dubio, quanto odio naturali iſta deteſtatur. Tandem reuoca quantâ id ſapientiâ, quanto amore hæc in ſe ſuſciperet: hæc ſunt, quę in anima patiebatur, perferebat. Leuia hæc tibi cenſentur? Hæc ſunt, quæ in corpore & anima paſſum pro nobis credimus. Verùm *diros in eadem anima damnati ac perditi hominis cruciatus pertuliſſe*, nempe dolores, quos in inferno animæ damnatorum ac perditorum patiuntur, quemadmodum cum Caluino defenditis, aſſerere impium; Chriſti innocentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæ ac fortitudini, eiuſdem ſapientiæ repugnans. In conſtantem virum non cadit triſtitia, non dolor, qui rationis regulam excedit quanto minus in Chriſtum? At triſtitia, quæ in damnatis reperitur, omnem excedit rationis regulam.

Digitized by Google

gulam. Hanc triſtitiam, hunc dolorem in animâ Chriſtus paſſus erit, & fortis & conſtans non potiùs animo fractus extiterit? Hæc tam horrenda blaſphemia, igne, ſulphure & quouis tormento digna eſt. Iſta blaſphemia, nec Scripturæ ſacræ, nec Patrum orthodoxorum teſtimonijs probabitur vnquam. Ecquid canes in cælum adlatratis? In creatorem veſtrum cur ſerpentes hæc venena vomitis? Ecquis in Chriſtum Domini ſic inſurrexerit & innocens erit? Poteſt excogitari aut ſcribi quid ſceleſtius?

Cæterùm neque ſi Dauid *Pſal.* 32. *Dei ſibi offenſi formidabile iudicium extimuit, & ſub virium corporalium extenuatione terrores animæ ſuæ comprehenderit*, & Chriſtum credamus paſſum animâ & corpore, propterea, terrores illos animæ, formidabile illud Dei offenſi iudicium extimuiſſe putandum. Quę enim iſta tua tam inſolens comparatio? Non in-
Pſal. 88. ſania plena? *Quis enim ſimilis Deo in filijs Dei?* Et quidem *inuenit Deus Dauid ſecundùm cor ſuum.* Dauid tamen verè peccator, verè reus fuit multorũ peccatorum. Itaque potuit iuſtâ de cauſâ in animâ terrores illos, formidabile illud Dei ſibi offenſi iudicium extimere: Chriſtus autem peccator? verè reus? Nemo niſi impius dicere poteſt. *De-*
Heb. 7. *cebat* enim *vt nobis talis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, qui non haberet neceßitatem pro ſuis delictis offerre*. Non ergo terrores illos, formidabile illud iudicium Dei ſibi offenſi extimuit.

Rom. 8. D. Paulum, quando monet vt *exhibeamus corpora*
1. Cor. 6. *noſtra hoſtiam viuam bene placentem Deo*, ſimul animam comprehendere; quando monet vt cogitemus *membra noſtra* & corpora noſtra *templum Spiritus*

Digitized by Google

ritus ſancti, ſimul animas complecti ſcimus, non negamus.

Quid etiam inde Miniſter? Ergone cùm paſſum in corpore & animâ Chriſtum legimus & credimus, propterea credi oportet, quòd in animâ damnatorum & reproborum in inferno exiſtentium diros dolores & cruciatus pertulerit? Hanc blaſphemiam Chriſto inferri ante vix ſeptuaginta annos paſſa non fuiſſet Eccleſia, non tuliſſet Chriſtianus orbis. Nunc autem

O ſeclum inſipiens & inficetum! Catullus.

Ecquis tandem finis iſtis in Deum iniurijs, contumelijs? In eum, *in quo* ſemper *habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter*? Obſtupeſcite aures. Coloſ. 2.

POLYANDER CALVINISTA.

Quartum figmentum eſt, Chriſtum dixiſſe triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, propterea quòd ea (vt barbarè loqueris) corpori compateretur, *id eſt triſtiſſimam corporis ſui mortem commiſeraretur. Chriſti enim anima non ex ſolâ corporalium liuorum commiſeratione, ſed ex iuſtiſſimâ quoque noſtrorum maleficiorum, quæ in ſe ſenſit vindicatione, cuius pondus ille noſtrâ causâ ſuſtinuit, vndequaque mœrore fuit circumuallata.*

ANASTASIVS CARMELITA.

98. §. 1. Si barbarè loquutus ſum, nonniſi poſt diuina oracula. Et ſi barbarè, tamen veriſſimè 2. In ſacrâ Scripturâ hoc verbum *compati* tantùm commiſereri, aliquando quidem ſignificat. Exempli gratiâ. *Compatiebatur anima mea pauperi*: Iob 30. verumtamen aliquando non ſolùm commiſereri, ſed etiam pœnam ſenſus experiri cum altero, & verè cum eo pati, vt, *ſi filij & hæredes, hæredes autem Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur*. Et, *Si quid patitur vnum mem-* Rom. 8. 1. Cor. 12.

Digitized by Google

membrum compatiuntur ei omnia membra. Imitatus ergo diuina oracula, hoc verbo vſus ſum, non ſolùm pro commiſeratione, ſed etiam pro verâ paſſione, quam experiebatur Chriſti anima vnà cum corpore. Cur figmentum vocas, quod ne finxi quidem, nec ſomniaui?

3. Sed neq; Scriptura ſacra cum de ſolutione pretij noſtri in cruce ſermonem habet, *vindicationis* dictione, ad aſſertionem veſtræ impietatis, accedente, vtitur, ſed vocabulo *exolutionis*. *Quæ non*
Pſal. 68. *rapui, tunc exſoluebam*. Non enim vindicatio erat, ſed ſolutio debiti. Neque Hebrei tale ſupplicium, quo quis pro altero innocens vltrò patitur, vocant *vindicationem*, ſed *ſolutionem*: vnde eorum Prouerbium, *Tobias deliquit, & Zigot patitur*. Chriſtus innocentiſſimus vltrò pro alienis peccatis patiebatur, Adæ & noſtra debita perſoluebat, quæ
2. Cor. 5. proinde ſua vocat. Nam is *qui, peccatum non nouit,*
Rom. 8. *pro nobis peccatum fecit, vt efficeremur Dei iuſtitia per illum*. Et *de peccato condemnauit peccatum*.

4. Quæ ex D. Bernardo, D. Ambroſio, D. Thoma Aquinate, & Maldonato producis, tuæ haud ſuffragantur impietati, blaſphemiæ. Quis enim diſputat, quis dubitat, an Chriſtus pro nobis ſit paſſus, & an vices perſonæ noſtræ gereret? *Agnoſco* (inquit D. Bernardus) ſerm. 1. de S. Andreâ? *Aegroti vocem in medico, agnoſco infirmatam gallinam in pullis: conſidero charitatem: ſtupeo miſerationem, expaueſco dignationem. An non longè glorioſius fuit, quandoquidem totum propter nos agebat, vt non modò paſſio corporis, ſed etiam cordis affectio pro nobis ſatisfaceret; & quos viuificabat mors tua, tua nihilominus & trepidatio robuſtos, & mæſtitia lætos, & tædiũ alacres, & turbatio quietos faceret, & deſolatio conſolatos*. Quid iſtis omnibus

bus,cum Caluini,cum veſtris blaſphemijs? *Chriſtus minùs contuliſſet mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum. Ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit, ſuſcepit triſtitiam meam, vt mihi lætitiam ſuam largiretur, & veſtigijs meis deſcendit ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigijs reuocaret ad vitam*, ait D. Ambroſius in 22. Luc. Rurſus iſtis,quid cum Caluini, quid cum veſtris blaſphemijs? Quid denique iſtis D. Thomę Aquinatis part.3. quæſt.46. artic.6. *Chriſtus non ſolùm doluit pro amiſſione vitæ corporalis, ſed etiam pro peccatis omnium aliorum*. Non aërem verberas? in vanum ac vacuum decertas? Diuum Thomam Aquinatem ſi legiſti, cur te præterit doloris ac triſtitiæ ſpecies, quam docet expertum eſſe, habuiſſe? nam reſponſione ad ſecundum,dolore ac triſtitiâ triſtatum Chriſtum fuiſſe docet,ſed dolore, & triſtitia quæ ex amore, ſapientia, & vtilitate manat, quæ cadit in conſtantem & ſapientem virum; non autem triſtitiâ, quæ excedit rationis regulam, & quâ tangi & frangi ſolent, qui in deſperationem labũtur. Et ad tertium,non apertè negat paſſum in anima,quæ aliæ animæ patiuntur corporibus exutę? Iſtum enim dolorem,iſtam triſtitiam animarum à corpore ſeparatarum pertinere ad ſtatum futuræ damnationis? Triſtitiam & dolorem Chriſti fuiſſe maximam, comparatione factâ, non ad triſtitiam, non ad dolorem, quem damnati experiuntur; ſed ad eum,qui in hac vita eſſe poteſt? Longè longè à veſtris blaſphemijs hæc iſta, D. Thomas Aquinas. Non pudet illi imponere? Sed quis

Peccandi finem poſuit ſibi; quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte pudorem?

Audiamus Maldonatum & eum à tuis vindicemus

Digitized by Google

mus calumnijs. Scribit in Matth. 26. Chriſtum *voluntate ſuâ timuiſſe, voluntate mori voluiſſe, idque pro nobis*. Cur non ſcriberet? *Ipſe enim oblatus eſt, quia*
Eſa. 53. *voluit*, inquit Eſaias. Vnde *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, idem ipſe Ieſus. Addit, & cupis vt notem. *Idem quod Dauid in perſona Chriſti dixit, circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me:* at verò iſta quomodo interpretatur? Cur eius expoſitionẽ omiſiſti? Noluiſti ſcilicet recedere à vitio, quod omnibus hæreticis perpetuò familiare fuit, nempe detrahere ſentẽtijs ſcribentiũ, & mutilatas producere. Itaque Maldonatus, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ*, id eſt, *adeò triſtis, vt triſtitia hæc mihi mortem adferre videatur, quemadmodum vulgò ſolemus dicere, Morior dolore, Morior fame*: & ex Euthimio, *tam triſtis ac ſi morerer, ſicut Dauid circũmdederunt me dolores mortis*, id eſt, *tam magni, quàm qui in morte ſentiuntur*. Quid hæc ad præſidium veſtrarum impietatum? Quod autem attinet ad hæc, *Et pericula inferni inuenerunt me*, Maldonatus ea non allegat. Neque verò ſine cauſa, ſed quia in vno & eodem pſalmo, in vno & eodem verſu contingit, vt perſonarum ſit mutatio. Atque ex tuâ liberalitate iſta ei adiunxiſti.

Pſalm. 114. Ne verò putes nos ſubterfugia quærere concedimus hæc poſteriora, *Pericula inferni inuenerunt me*, de Chriſto etiam poſſe dici, ſed per remotionem. Inuenerunt quidem, ſed ea experiri, ea pati non poterat. Sic Ioannis 14. Inuenit eum diabolus; *Princeps huius mundi venit ad me, & in me non habet quicquam*. Cùm enim voluntate timeret, voluntate triſtaretur, tantum timoris, tantum triſtitiæ ſuſcepit, ac ingreſſus eſt, quantum neceſſe videbat ad peccatorum noſtrorum expiationem,

Digitized by Google

tiem, quantũ rationis regulæ congruere ſciebat.

5. Quod pro coronide impietatis ac blaſphemiæ, D. Paulum Coloſſ. 1. verſ. 21. dicere vis, *nos aliquando fuiſſe alienatos & inimicos ſenſu, in operibus malis, nunc autem reconciliatos in corpore carnis eius per mortem, vt nos Chriſtus exhibeat ſanctos, immaculatos & irreprehenſibiles coram Deo*, vt inde concludas Chriſtum Deo animæ & corporis ſui victimam expiatricem, ad nos iræ filios reconciliandos obtuliſſe, fruſtrà hæc obijcis. fatemur enim iſtud. Sed non quod ſubdis, omnino alienum à fide & doctrinâ Apoſtoli, nempe non ſolùm morte corporali, ſed *ſpirituali lucta cum potentia inferorum*: Non enim eſt mens, non intelligentia Apoſtoli, qui ibidem ſanguinis crucis, corporis carnis per mortem, meminit tantùm; ſignificans ſanguine crucis, corpore Carnis Chriſti, per mortẽ nos penitus reconciliatos, non tam animę, quàm carnis corporis mẽtionem faciens. Non quòd negemus Chriſtum corpus & animã obtuliſſe, corpore & animâ verè paſſũ: Sed animâ, quæ mortem ſpiritualẽ neſciuit: ſed animâ ad cuius aſpectũ mors, infernus, omnes poteſtates tenebrarum fugerẽt, tantùm abeſt, vt luctâ ſpirituali cum eâ decertare auderẽt: ſed animâ denique, quæ fortior, potẽtior & ſuperior erat morte, inferno & reliquis inferorum copijs. Non fuiſſet autem ſi verè peccatrix, verè rea, ſi deſperationi, ſi diris cruciantibus, quibus damnati ac perditi homines cruciãtur, ſubiecta fuiſſet, ſi ſaluti ſuæ renunciaſſet quę tamen de ea execrandis blaſphemijs prædicatis.

6. *Non fuiſſet* (inquit) *perfectus ſed tantùm dimidius ſaluator, ſi non æquè animas ac corpora noſtra, tam ſpirituali, quàm corporali pretio redemiſſet*. Quis negat

Chri-

Chriſtum æquè animas ac corpora redemiſſe? Quis enim dimidium ſaluatorem aſſerit?

At non liberaſſet ęquè animas ac corpora, niſi ſpirituali & corporali pretio redemiſſet. Reſpondemus 1. Spirituali & corporali pretio, id quidem, effeciſſe, id eſt animâ & corpore, ſed non animâ, quæ ſpirituali morte mortua ſit. Iſtud enim aſſerere impium & blaſphemum eſt. Vt enim *vna ſola reſurrectio, duas nobis reſurrectiones corporis & animæ præſtitit; ita vna mors ſaluatoris duabus mortibus noſtris ſaluti fuit*, vt D. Auguſtinus lib. 4. de Trinitate cap. 3. docet. 2. reſpondemus impietatem eſſe exiſtimare, quòd *non æquè animas ac corpora redemiſſet, niſi corporeâ & ſpirituali morte mortuus fuiſſet*. Quin potiùs minima paſſio, ſeu actio corporalis Chriſti ſufficiebat ad animas æquè ac corpora redimendas. Quid quòd ſi mortuus fuiſſet ſpirituali morte, quæ peccati eſt, non fuiſſet dignum pretium noſtræ ſalutis? Quomodo enim alios redemiſſet, qui in eadem damnatione fuiſſet?

POLYANDER CALVINISTA.

Quintum commentum eſt, Caluinum ſtatuere excellentiam pretij noſtræ redemptionis tantùm petendam eſſe à dignitate corporis & animæ Chriſti, non etiam verbi, cui illa duo ſemper coniuncta, & à quo ſuam præſtantiam ac dignitatem mutuabantur.

ANASTASIVS CARMELITA.

99. §. 1. Concedo, Polyander, commentum eſſe, ſed quod finxiſti tu, non ego, qui contrarium ſcripſi pag. 76. Neutrum enim facit Caluinus. Pretium redemptionis noſtræ, nec à dignitate animæ & corporis Chriſti, nec dignitate verbi, quod perpetuò duobus illis erat coniunctum & à quo

à quo ſui excellentiam mutuabantur, metitur. Quæ ex eo profers, & ex eius Inſtitutione, denique commentarijs in Epiſtolam ad Hebręos, ſunt verba, quę ſenſui non congruunt, ſed repugnãt. Quę enim excellentia, quę dignitas, quod pretium excellentiæ in eo potuit reperiri, qui *diros in animâ cruciatus damnati ac perditi hominis pertuliſſet?* Quod pretium in eo, quem verè peccatorem, verè maledictionis Reum fuiſſe dicit ac aſſerit? Quem tantis ſceleribus ac criminibus verè reum prædicat, potuit eſſe dignum pretium noſtræ redemptionis?

——— *Procul ô procul eſte profani,* Virgil. Aeneid. 6.

——— *Totoque abſiſtite Luco.*

POLYANDER CALVINISTA.

Superiori calumniæ hæc quoque accedit, quod Caluinus aſſerat animam Chriſti æternæ maledictionis ream fuiſſe, ſuâ mollitie mortem ſubire renuiſſe, ac vocẽ emiſiſſe deſperationis plenam, munùs ſibi diuinitùs iniunctũ detrectaſſe. In quâ calumniâ profligandâ tempus non teram, quia ſuperiore noſtro reſponſo ad c. 8. Caluinum ab eo purgaui, & ſatis habeo ſi candidi noſtræ cõtrouerſiæ cenſores ex friuolâ eius repetitione ſtolilidam huius carmelitæ procacitatem animaduertãt. Huius affinis eſt ſexta maledicentia, quòd Chriſtus, interprete Caluino, conqueſtus ſit ſe à Deo derelictum, vt ſuam diffidentiam exprimeret. Hanc ſiquidem & ſupra refutauimus, & falſiſſimam eſſe demonſtrauimus.

ANASTASIVS CARMELITA.

100. §. 1. Calumniæ non ſunt. Nam in 3. ad Galathas. *Chriſtus*, ait, *in aſſumpta hominis naturâ verè peccator ac reus fuit diuinæ maledictionis*. In 12. D. Ioan. *Chriſtus animi molititi mortem renuit*. Et in 26. Matthæi *munus ſibi diuinitùs iniunctum detrectat*. Rurſus in 26. D. Matthæi. *Chriſtus emiſit vocem plenam deſpe-*

deſperationis. Et in 27. *Deſperatione obrutus, ab inuocando Deo abſtitit, & ſaluti ſuæ renuntiauit*. 2. Superiore reſponſo tuo ad cap. 8. *Caluinum ab iſtis purgaſti*, inquis. Superiore capite oſtedi, te fruſtra id molitũ fuiſſe. Non enim ſi nitro lotus, ab his purgabitur. Quòd ſi aliam lotricem, quę eum lauet, non inuenerit, iſtis impietatum ac blaſphemiarum ſordibus meritò conſtupratus ſemper abibit.

3. Porrò facilè me à maledicētiâ purgant, quę Caluinus lib. 2. Inſtitut. cap. 16. ſect. 11. habet. Ibi enim vult *eò Chriſtum deueniſſe, vt preſſus dolore & anguſtijs, coactus fuerit vociferari* Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Atque adeò, vt *nullum auxilium à Deo reciperet; ſed Deus in eum conſpiraſſet, ab eodem nihil niſi exitium & ruinam ſui exſpectaret*. Poteſt aliquis de ſuâ ſalute deſperare, timere & nullâ diffidentiâ duci? At ſuperiore capite, ad quintam criminationem non oſtendimus Caluinum Chriſtũ voluiſſe de ſuâ ſalute deſperaſſe? Non contēdiſti demõſtrare Patrum orthodoxorum doctrinæ, hunc Caluini ſenſum conuenire? Refutaſti & falſiſſimum eſſe oſtēdiſti, quem probari omnibus debere, contento ſtudio voluiſti? Aut refutas quod approbas, & probandum omnibus exhibes? Hæc tua ſunt plena contrarietatis ſomnia. Candidi cenſores noſtræ controuerſiæ, inde *ſtolidam* huius *Carmelitæ procacitatem animaduertent?* Non in calcaneo, mi homo, qui candidi cenſores ſunt rerum, ingenium, ſed in capite habent. Quocirca à ſtolidâme procacitate vindicabunt. Verùm, eſt quòd perpetuò in campum conuitiorum diffluas, &

—— Ad mores natura recurrat
Damnatos, fingi & mutari neſcia ——

Po

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Septimum commentum eſt, Apoſtolum Petrum Actor. 2. per ſolutos inferni dolores non animæ cruciatus ſignificaſſe, quos Chriſtus in cruce paſſus eſt, ſed eos, quos ij patiebantur, qui ante Chriſti reſurrectionem in purgatorio & limbo detinebantur.

Videte, quæſo, nouum & abſurdum huius Monachi figmentum; Quòd Redemptor noſter Ieſus Chriſtus Limbi, ac purgatorij cruciatus ſit perpeſſus. *Nouum appello, quoniam Ioánes Chryſoſtomus & alij veteres Theologi dolores iſtos interpretati ſunt pericula mortis, quod Paulus indicat in Epiſtola ad Roman. cap. 6.* Chriſtum *nimirum*, ex mortuis excitatum, non ampliùs mori, nec mortem ei ampliùs dominari. *Abſurdũ nomino, quia* traditionum veſtrarum Athlas *Bellarminus lib. 1. de purgatorio cap. 8. probat dictum illud,* Solutis doloribus inferni, *non poſſe intelligi de doloribus ſanctorum Patrum, qui erant in Limbo, propterea, quòd illi nullos dolores patiebantur, teſte Auguſtino in locis ab ipſo citatis, & Gregorio homilia 22. Quibus adijcio, dictum illud Petri non poſſe intelligi de purgatorij doloribus, niſi de veſtrâ ſententiâ in noſtram diſcedentes, nullus eſſe purgatorij pœnas concedatis.*

ANASTASIVS CARMELITA.

101. §. 1. Diuum Petrum per dolores, quos Chriſtus ſoluit, non eos intellexiſſe, quos in cruce ſubijt, ſed eos, quos patiebantur, qui erant in purgatorio & Limbo, ſcripſi & veriſſimè, nec vnquam ab iſtâ ſententiâ recedam.

2. Quod dixerim Chriſtum *perpeſſum fuiſſe cruciatus Limbi & purgatorij*, falſum omnino eſt. Non enim ſi ſoluit, propterea ſubiit. Iſtud enim concludere non Catholicum, ſed Caluiniſticum, & ſum-

ſummæ ignorantiæ ac impietatis extremæ argumentum.

3. Quid porrò nouum & abſurdum appellas? quòd aſſeruerim Chriſtum iſtos dolores Limbi & purgatorij perpeſſum? ſi iſtud, nouum fateor, ſed à te fictum, & falsò mihi affictum. Abſurdum rurſus, ſed à te concluſum, non à me aliquando penſitatum. Quid ergo? quòd ſcripſerim D. Petrũ intelligere *per dolores ſolutos* à Chriſto, non eos, quos in cruce perpeſſus eſt, ſed eos, quibus cruciabantur, qui ante eius reſurrectionem & deſcenſum in Limbum & purgatorium, ibidem deſcenderant? Ac non nouum neque abſurdum. Non nouum, etiamſi D. Ioannes Chryſoſtomus, per eos dolores, intelligat *pericula mortis*. Quis enim neſcit ſępe mortem pro inferno, & infernum pro morte in Scripturâ ſacrâ ſumi? *Ero mors tua ô mors, morſus tuus inferne*, inquit Oſeas cap. 13. rem vnam duobus nominibus exprimens. Vnde, quis neſcit ſæpe periculorum mortis nomine, etiam pericula inferni ſæpe innui? Pericula rurſus iſta complecti mala, quæ patiebantur etiam, qui erant in Limbo & purgatorio? Quapropter, quid ex hâc D. Chryſoſtomi explicatione in gratiam fictæ à te nouitatis refers? Soluit Chriſtus ea inferni ac mortis pericula, & ab his exemit eos, qui erant in Limbo, & etiam in purgatorio, prout vidit diuinæ iuſtitiæ ordinem poſtulare.

D. Chryſoſt. homil. 6. in Act.

4. Neque cæterũ Patribus, vt tui oblitus, ſcribis orthodoxis noua hæc adſertio. Non repetam quæ cap. 6. ſuperioris libri noſtri ex Patribus orthodoxis ad hoc inſtitutum attuli, quæ te falſitatis abundè conuincunt, & pauci ex patribus ſunt,

ſunt, qui per dolores iſtos vertant *pericula mortis*, qui transferant *dolores inferni*, *pericula inferni*. Addam tantùm ſententiam Origenis ad hæc diui Pauli. *Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen. etiam in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ*. In quo loco, vbi ſtatuit ac poſuit eorum diſtinctionem, qui non peccarant in ſimilitudinem peccati Adæ, & eorum qui peccauerant, atque in iſtos & illos vſque ad Moyſen mortem regnaſſe: denique qui peccauerant in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, peccandi, illos autem qui non peccauerant, moriendi tantùm neceſſitate, morti obnoxios fuiſſe, mortis nomine, non ſolùm ſolutionem animæ à corpore, ſed etiam pœnas inferni, quas Chriſtus deſcendendo in infernum ſoluit, intelligi docet. *In perſona enim Chriſti* (inquit) *Propheta dixit*. De manu inferi eripiam eos, & de morte liberabo eos, *nam & ſanctos intelligimus quoſque, quorum animas mors iſta, id eſt infernus detinebat*. Et alludens ad verba, D. Petri Act. 2. *Idcirco Chriſtus in infernum deſcendit, non ſolùm vt ipſe non teneretur à morte, ſed vt & eos, qui inibi, non tam præuaricationis, vt diximus, crimine, quàm moriendi conditione habebantur, abſolueret, ſicut ſcriptum eſt. Quoniam multa corpora ſanctorum dormientium ſurrexerunt cum eo. & ingreßi ſunt in ſanctam ciuitatem. In quo Propheta dicta complentur, qui ait de Chriſto. Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem. Et hoc modo per ſuam reſurrectionem mortis quidem iam regna deſtruxit, vnde & captiuitatem liberaſſe ſcribitur. Ipſum verò inimicum & Tyrannum, cuius regna dißoluuntur, qui adhuc in nouißimo fine ſeculi deſtruendus eſt, idcirco etiam nunc videmus, non tam regnare, quàm latrocinari, & depulſum regno, per deſerta & auia circumeuntem quære-*

Origen. lib. 6. in Epiſtol. ad Rom.

Mat. 27. Pſal. 68.

Digitized by Google

re ſibi infidelium manum. Vides iſtis mortis nomine & periculorum eius, infernum ipſum & eius pericula intelligi? Vides fidem Chriſti deſcenſus ad inferos, & ſolutionem ibi dolorum, eorum qui in Limbo & purgatorio detinebantur, experiebantur? Nunc repete, quo ſeculo Origenes viuebat, & ne nouum dixeris, quod ad idem inſtitutum ſuperiore libro ſcripſi. Repete, quæ ex D. Epiphanio tom. 3. lib. 1. hæreſi. 46. quæ eſt Tatianorum ſuperiùs ſcripſimus; ſeculum eius, & ne nouum dixeris, quod ſcripſi poſt eum.

5. Bellarmino etiam imponis. Siquidem hunc locum Act. 2. lib. 1. de Purgatorio, cap. 8. non dicit abſolutè intelligi non poſſe de doloribus, quos patiebantur ſancti Patres, qui in Limbo detinebantur, tantùm potiùs dici de his, qui erant in purgatorio. Nempe, quia iſti non ſolùm pænâ damni, ſed etiam pænâ ſenſus puniebantur, illi verò ſolâ pænâ damni.

D. Auguſtinus lib. 12. de Geneſi ad liter. c. 35. Neque aliter D. Auguſtinus ſenſit, qui ſic ſcribit, *Creditur quòd Chriſti anima venerit ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, vt eos ſolueret à tormentis, quos eſſe ſoluendos occultâ nobis ſuâ iuſtitiâ iudicabat. Quomodo enim aliter capiendũ ſit quod dictum eſt, Quem Deus ſuſcitauit à mortuis ſolutis doloribus inferorum, quia non potuit teneri ab eis, non video, niſi vt quorundam dolores apud inferos eum ſoluiſſe accipiamus, eâ poteſtate quâ Dominus eſt, cui omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium & inferorum.* Et alibi, Idem Epiſt. 96. *Cur venire voluerit in infernum vbi dolores eſſent, quibus omnino teneri non poterat, propter hocquod ſcriptum Solutis doloribus inferni, nõ in omnibus, ſed in quibuſdam accipi poteſt, quos ille dignos ſuâ miſericordiâ iudicabat.* Denique alibi. *Omnia traxit ad ſeipſum,*

ſum, qui de electis ſuis nullum apud inferos reliquit, omnia abſtulit, vtique electa. Quibus omnibus ſatis docet, quòd dolores, quos ſoluit, non ſolùm, intelligendi ſunt de doloribus, quos in purgatorio patiebantur, qui ibi detinebantur ſed etiam, de ijs, quibus affligebantur, qui Limbo concludebantur. Nouerat diuus Auguſtinus Chriſtum non ſolùm ſoluiſſe dolores eorum, qui erant in purgatorio, & quos occultâ ſuâ iuſtitiâ ſoluendos & dignos ſuâ miſericordiâ iudicabat, ſed etiam eorum, qui in Limbo detinebantur. Aut qui in Limbo erant, non erant ex eius electis? Imò (inquit). *Quis enim audeat dicere Dominum Ieſum ad pœnales inferni partes tantummodo veniſſe, nec fuiſſe apud eos, qui in Abrahæ ſinu requieſcunt?*

Idem ſerm. 137. de temp.

Idem Epiſt. 57. ad Dardanum.

Quâ autem fronte audeas D. Gregorium, quaſi tuæ impietati patrocinantem in medium proferre non video. Nam ex diametro ei repugnat. Siquidem ita ſcribit. *Per hanc ſolemnitatem* (reſurrectionis) *electi, qui quamuis in ſinu trāquillitatis apud inferni clauſtra tenebantur, ad paradiſi amœna reducti ſunt. Quod ante paßionem dixit in reſurrectione ſua dominus impleuit. Dixerat ſi exaltatus fuero à terrâ omnia traham ad me. Omnia enim traxit, qui de electis ſuis nullū apud inferos reliquit. Omnia abſtulit electa. Neque etenim infideles quoſque & pro ſuis criminibus æternis ſupplicijs deditos ad veniam Dominus reſurgendo reparauit, ſed illos ex inferni clauſtris rapuit, quos ſuos in fide & actibus recognouit. Vnde rectè etiam per Ozeam dicit, ero mors tua ô mors, morſus tuus inferne*. Nam hîc expreſsè ac nominatim agit, de his qui erant in ſinu Abrahæ; qui quamquam in loco eſsēt quietis, non tamen parum affligebantur ſpe dilatæ gloriæ. Vnde & tuus Caluinus. *Spiritus fidelium, qui è corpore tunc exceſſerant;*

D. Gregorius hom. 22. in Euangeliæ.

Digitized by Google

ceſſerant, in carcere detinebantur, atque illic adſtricti & incluſi ſummis & ardentibus votis expectabant aduentum Chriſti, quia ſpiritus libertatis nondum plenè illis erat conceſſus. Adeò vt ex illorum claſſe meritò habearis, de quibus Terentius

Neque ius, neque bonum atque æquum ſciunt
Melius, peius, proſit, obſit nihil vident niſi quod libet.

D. Hier. & D. Baſilius. Nam more *Andabatarum in tenebris gladium ventilando, nocturnam pugnam* aggreſſus, magnum & admirabile quid putas te colligere iſtis, *Illud. D. Petri dictum, non poſſe intelligi de purgatorij doloribus, niſi de noſtrâ ſententiâ, in veſtram diſcedentes, nullas purgatorij pœnas eſſe concedamus.* Lector? Hunc ſanum & iudicio agere iudicas? Quàm enim graue, quàm concinnum iſtud eſt? Nempe copiam magni ſui ſenſus tibi exhibere voluit. Feliciter omninò, Polyander, vt mutato nomine de te fabula narretur. Iam agnoſcimus, & non eſt quod quis nos de ſubtilitate tui ingenij interroget. Hominem te putabamus, ſed cornua habes. Verius, mi homo, *Soluit dolores inferni* Chriſtus D. Petro docente. At non eos, quos æternùm ſubire reprobos Dei iuſtitia ordinauerat, ergo alios: ergo eos quos patiebantur, & qui in Limbo, & qui in purgatorio detinebantur, quos dignos ſuâ miſericordiâ iudicabat. Quare, cùm iſtud, hoc D. Petri teſtimonio, vt multis alijs, conſtet: hinc eſt quòd firmiter huic fidei Catholicæ inhærentes, ad veſtras impietates deficere minimè debeamus. Rurſus cùm iſta mea adſertio probetur Antiquis & veritati conſona ſit, non noua, non abſurda eſt.

POLYANDER CALVINISTA.

Sed vt ad octauam cauillationem noſtra ſe vertat reſponſio, Cal-

Digitized by Google

Caluinum *verba Apoſtoli Hebræorum* 5. *verſ.* 7. *adulteraſſe dicit* Anaſtaſius, *atque inpiiſſimâ fronte aſſeruiſſe* reuerentiam *ab Apoſtolo vſurpari pro metu non religioſo, ſed pro huiuſmodi timore, qui à peccato originem ducit, nimirum ex incertitudine, diffidentiâ ſuæ ſalutis.*

O frontem ferream, quæ vt oris ſui duritiâ aliquam ſuo mendacio fidem apud Lectorem *acquirat, illud eiecto omni rubore impudenter eloquitur, vt verè proloqui exiſtimetur. Et ne quis miretur, quòd hunc Monachum falſitatis accuſem Caluini interpretationem adfero, ſic de his vocibus,* ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, *diſputantis*, Quòd tranſtulerunt alij, pro ſuâ reuerentiâ, mihi nequaquam placet: primùm ſimpliciter, εὐλαβείαν ponit, non ſuam. Deinde eſt ἀπὸ non ὑπὲρ aut aliquid ſimile, quod cauſam deſignet. Quum igitur εὐλαβεία Græcis plerumque ſit metus vel ſolicitudo, non dubito, quin ſignificet Apoſtolus exauditum fuiſſe Chriſtum ex eo quod timebat, ne, ſcilicet, malis obrutus ſuccumberet, vel morte abſorberetur. Nam adhoc quoque certamen deſcendit filius Dei, non quòd diffidentiâ laborauerit, ex quo proueniunt omnes metus noſtri, ſed quòd ſenſu carnis ſuſtinuerit Dei iudicium, cuius terror ſine arduo conatu vinci non poterat.

ANASTASIVS CARMELITA.

102. §. 1. Dixi, nec retracto; nec me tuæ inſolentes paraturæ aliquando mouebunt.

2. Cæterùm quum ſcripſi Caluinum ex 5. cap. verſ. 7. Epiſt. ad Hebræos lib. 2. Inſtitut. cap. 16. ſectio 11. non metum religioſum, ſed eum qui à peccato originem ducit interpretatũ eſſe, ad hæc hanctuam interpretationem, id eſt, *ex incertitudine & diffidẽtiâ ſuæ ſalutis* exſpuo, ac reii-

Digitized by Google

cio. Quî ſic? Quoniam in ſciētiæ regno, non aratrum boues, ſed boues aratrum trahunt, & non cauſæ ab effectibus, ſed effectus à ſuâ cauſâ manant, cuius tamen hîc contrarium profiteris. Siquidē verba mea hæc ſunt p. 78. Caluinus more hæretico adulterat verba Apoſtoli Hebræor. 5. *ac reuerentiam, quâ Chriſtum vult exauditum pro metu ac timore non religioſo; ſed pro eo, qui à peccato originem ducit, proque incertitudine ac diffidentiâ ſalutis ſumi, falſiſſimâ & impijſſimâ fronte aſſerit.* Quibus non ſolum metum, ſed etiam incertitudinem ac diffidentiam ſuæ ſalutis à peccato promanare volui, vt reuera, tanquam à cauſâ, ab eo proueniunt. Quamquam enim metus, ab incertitudine & diffidentiâ oriatur, tamen metus talis, & incertitudo & diffidētia peccatum velut cauſam agnoſcunt. Vt non ex incertitudine & diffidentiâ peccatum, ſed ex peccato incertitudo & diffidentia. A fine ſemper rudis.

3. Hunc verò timorem Caluinum appingere Chriſto veriſſime dixi, quemadmodum ex ipſo contextu, quem adducis, ex lib. 2. inſtitut. c. 16. ſect. 11. & multis alijs eius teſtimonijs liquet. Quis enim, *vt verè peccator*, quemadmodum in 3. ad Galathas Caluinus depingit Chriſtum, *à morte abſorberi à malis obrui timet*, & is timor non ei venit ex peccatis?

Deſperatio de ſuâ ſalute non poteſt non emanare, ab inordinata animi contritione, quam quis habet ex conſideratione grauitatis, multitudinis peccatorum, quæ ſe commiſiſſe agnoſcit. Caluinus in 27. Matth. Chriſtum *omni ex parte ſic vexatum eſſe* ſcribit, *vt deſperatione obrutus ab inuocando Deo abſiſteret, ſuâ ſaluti renuntiaret.* Non igitur

vult

vult in Chriſto timorem fuiſſe, qui à peccato originem ducit? Aut deſperatione obrui, abſiſtere ab inuocando Deo, ſuæ ſaluti renuntiare, non à timore procedit, qui à peccato ſuam orinem ducit? Aut non hæc via eſt, eorum, qui Caym fratricidam, Iudam proditorem Chriſti, imitati ſunt?

6. Nemo poteſt de ſuâ ſalute deſperare, niſi qui de Dei diffidat miſericordiâ. Caluinus vult Chriſtum de ſuâ ſalute deſperaſſe, imò ab eo inuocando abſtitiſſe, ſaluti renuntiaſſe. Igitur Chriſtum de Dei miſericordiâ diffiſum aſſerit. Talis diffidentia metum, timorem minimè religioſum ſed qui à peccato originem ducit complectitur. Igitur Chriſto affinxit timorem & metum, qui à peccato eſt. Adeò vt Chriſtum ex eorum numero ſtatuit de quibus. *Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt.* Pſal. 13.

4. *In hoc* (ait) *certamen deſcendit filius Dei*. Quid adhuc indiges teſtibus, non & hîc blaſphemat? Imò ſi vſpiam. Verumtamen inquis.

5. Addit. *Non quòd diffidentiâ laborauerit, ex quâ proueniunt omnes metus noſtri.* At verba ſunt, quę ſua ſe contrarietate & contradictione condemnant. Quis enim in certamen deſperationis de ſuâ ſalute venire poteſt, & non de Dei miſericordiâ diffidere? At in hoc certamen Dei filiũ deſcendiſſe impudentiſſimâ blaſphemiâ, ſcribit, *non etiam laboraſſe diffidentiâ?*

Sed &, *ſi omnes metus humani proueniunt ex diffidentiâ* (quod tamen falſum eſt, nam eſt metus & timor, caſtus, religioſus) Chriſtus autẽ timuerit vt peccator abſorberi; non *laborauerit diffidentiâ?* Hæc tam contraria & ſibi contradictoria, quis ferat?

Digitized by Google

7. Has blaſphemias veritatis deſertor, vt in Chriſtũ Dei filiũ eructaret, pro reuerẽtiâ & metu religioſo, ob quem exauditum dicit Apoſtolus Hebr. 5. v. 7. maluit adulterando ſenſum ſcripturę, metũ ac timorem, qui à peccato originem ducit, ſumere. At obiicient *εὐλαβείαν, Gracis plerumque eſſe metum vel ſolicitudinem*; Quidni etiam? ſed metum, ſed ſolicitudinem bonam, Neque verò metum & ſolicitudinem tantùm, ſed etiam cautionem, reuerentiam, pietatem, verecundiam, religionem, venerationem, vitationem plerumque. Cur potiùs, metum, ac metum, qui ex peccato originem ducit, ſed & contra communem ſenſum Patrum vſurpauit? Nempe, vt meritò, quod mihi iniuſtè appingis, de eo dicatur, vt apud *Lectorem aliquam fidem ſibi acquireret, illud reiecto omni rubore impudenter eloqueretur, & verè loqui exiſtimaretur.*

8. *Deinde* (ait) *eſt ἀπὸ, non ὑπὲρ aut aliquid ſimile, quod cauſam deſignet*. Hoc ſi non erat ſubintelligendum, cur ergo metum hunc ipſemet Caluinus cauſam eſſe vult, cur exauditus Chriſtus fuerit? *Ex eò* (inquit) *quòd timebat*, exauditus eſt. Perbellè verò, non autem benè, qui tranſtulit, *pro ſua reuerentiâ exauditus eſt*. Quin potiùs impiè Caluinus, qui timorem ex peccato prouenientem, cauſam ponit, cur pater Chriſtum exaudiuerit.

9. Imò (inquit Polyander pag. 256). *Nec aliam interpretationem adduci poſſe magis ad ſenſum Apoſtoli exprimendum idoneam, Beza perſpicuis confirmat argumentis, in ſuis in eundem locum annotationibus, quę libenter proponerem, ſi quid ſatis perſpicuum ad inſtruendum Monachum, ſponte cæcum, inueniri poſſet.*

Euge, Euge rem attigiſti. Quin potiùs, bone vir, cum Herodoto dico, *Aures* mihi, *vt alijs hominibus*

nibus ſunt magis incredulæ, quàm oculi. Quidni verò? *Nerui enim & artus ſapientiæ ſunt, non temerè credere.* ait Epicharnius. Et, *eſt improbus vir, ideò, quod credit malè.* Credenda cunctis eſſe, cuncta putas? Negat, qui me docuit D. Clemens Alexandrinus l. 4. Stromatũ. Aliò tu tibi quære Menandros. Non enim cuiuis dexteram iniicio, quanto minùs deſertori fidei, & refugæ veritatis Bezæ? Approbat blaſphemiæ plenam Caluini interpretationem; ſi hunc procul abire iubeo, non etiam illum? Cicero lib. de petit cõſulatus Quinto frat.

POLYANDER CALVINISTA.

Quid quòd Caluini & Bezæ ſententiæ de metu Chriſti noſtra delicta ſuâ morte piantis, ſubſcribit Loiolitica doctrina Princeps Bellarminus lib. 2 de Purgatorio cap. 5. Vbi eos Chriſti exemplo confutat, qui putant animi perturbationem & anxietatem non poſſe naſci ex ſolis pœnis, ſed etiam ex incertitudine & dubitatione de ſuâ ſalute? Falſum eſt (*inquit*) turbationem & triſtitiam non naſci ex dolore, ſed ex incertitudine aut deſperatione ſalutis. *Nam Dominus ipſe Ioan. 12. cap. de ſe ait*, nunc anima mea turbata eſt. *Et Matth. 26.* cœpit contriſtari & mœſtus eſſe, *& tamen nec incertitudo, nec deſperatio in Dominum cadere poterat.*

ANASTASIVS CARMELITA.

103. Olim Menander. *Vlciſcere hoſtes, ſed abſque tuo damno.* Olim Aiacem tanta rabies inceſſit ob Achillis arma adiudicata Vlyſsi, vt in porcorum gregem furibundus inſiliret, eoſque trucidaret, putans ſe Græcorum copias proſternere. Et cùm duos quoſdam maximos ſues de trabe ſuſpenſos flagris cecidiſſet, hos eſſe Agamemnonem & Vlyſſem exiſtimans (quorum alteri, vt iudici, alteri, vt victori potiſsimùm erat offenſus) ſuibus ita ſuſpenſis, multò cum riſu inſultauit, addens

Digitized by Google

conuitia quęcumque bilis ſuggerebat. Poſtquam autem reſipuit, facti pudore ſibi mortem conſciuit, de quo cecinit ille

Horat. 2. ſerm. *Aiax immeritos dum occidit, deſipit, agnos.*

Lector, quanta poteſt eſſe huius Miniſtri rabies, quâ exturbato & dimoto è ſuâ ſede animo, tantâ caligine, tanto fumo, tanto mentis tumultu impletur, vt non integrum ſit ei cernere, quid alleget, quid adducat in ſuámne, an aliorum perniciem? An non enim eius auctoritatem, verbaque adfert, qui directè ſuorum impietatem hoc loco perſequitur? Diſpiciamus. Caluinus vult *omnes metus noſtros ex diffidentiâ prouenire.* Contra Bellarminus hanc propoſitionem falſam eſſe aſſerit, & eos grauiter errare, qui dicunt, *anxietatem, & animi perturbationem ex ſolis pœnis non poſſe naſci.* 2. Caluinus vult incertitudinem & deſperationem in Dominum cecidiſſe, *vt peccator* (inquit) *timuit à morte abſorberi, deſperatione obrutus, ab inuocando Deo abſtitit & ſaluti renuntiauit.* Contra Bellarminus, *incertitudo, nec deſperatio in Dominũ cadere poterat.* Hoccine eſt ſubſcribere ſententiæ Caluini?

Bellarminus lib. 2. de purgator. c. 5.

POLYANDER CALVINISTA.

Nugas agerem, ſi ad annexas huic figmento argutiolas prolixè reſponderem. Ridicula eſt exceptio. Euangeliſta Matthæus cap. 26. verſ. 37. & Marcus 14. verſ. 33. narrant Chriſtum cæpiſſe contriſtari & grauiſſimè angi. Non ergo abſolutè aſſerunt eum fuiſſe triſtatum.

Siquis ex narratione præcedente vtriuſque Euangeliſtæ Matthæi cap. 26. verſ. 22. & Marci 14. verſ. 19. ſic argumentaretur, Euangeliſtę tradunt Apoſtolos cœpiſſe contriſtari & dicere ſigillatim. Non ego ſum, Domine, qui prodet te? Non ergo abſolutè aſſerunt Apoſtolos fuiſſe contriſtatos ac dixiſſe ſigilla-

gillatim, num ego ſum? *Nonne pro rude & indocto blaterone deſpiceretur?*

ANASTASIVS CARMELITA.

104. §.1. Ergone tibi *rudis & indoctus blatero* Origenes? Nam hanc illius obſeruationem eſſe ſcripſeram, atque ita ille in Matthæum, *Videns ergo ſibi inſtans certamen, quod non erat ei aduerſus ſanguinem & carnem, ſed aduerſus tantos Reges terræ & Principes congregatos in vnum aduerſum ſe, quantos vnquam, cœpit pauere vel triſtari, nihil amplius pauoris ac triſtitiæ patiēs, niſi principium tantum. Neque enim ſcriptum eſt, quia pauit, vel triſtatus eſt, ſed cœpit triſtari, quando & dixit, triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Quod ipſum tale aliquid ſignificare videtur, tanquam ſi dicat, triſtitia cœpta eſt in me, vt non omni modo ſim ſine guſtu triſtitiæ: nō ſemper, ſed vſque ad tēpus mortis, in me eſt vt cùm mortuus fuero peccato, moriar & vniuerſa triſtitia, cuius principium tantùm fuit in me.* Quàm verè & ſubtiliter? Huic ego ſententiæ ſubſcribo, & habe tibi alterum *rudem, indoctum blateronem.* Iſtud nimirum erit (ſi dijs placet) ſubtilis, æqui, modeſtique tui iudicij argumentum. Origen. tract. 35. in Matth.

2. Neque porrò *rudis & indoctus blatero* fuerit, qui ſic ex 26. D. Matthæi verſ. 22. D. Marci 14. verſ. 19. argumentaretur. Quin potiùs ſanè cogitaret Chriſtum iam erumpentes ad triſtitiam & mœrorem ſuorum animos repreſſiſſe ſuaui ſuā admonitione, ne vlteriùs progrederentur, & pluribus ſe verbis interrogarent. Sic enim ſolent reprimere, qui benè ſapiunt erumpentes inſolentiæ motus & affectus, atque acquieſcere conſilijs ſapientum ac prudentum. Nec mihi pro rude & indocto blaterone habendus, qui rem ſic ciuiliter ponderauerit.

Quid

Digitized by Google

Quid quòd Chriſti & Apoſtolorum par ratio non ſit? Alia enim triſtitiæ Chriſti, alia diſcipulorum eius triſtitiæ natura erat, neque, vt Chriſtus mœroris ac triſtitię affectus reprimere poterat, ita diſcipuli poterant. In Chriſtum inordinati & rationis regulam excedentes affectus cadere non poterant, qui in diſcipulos poterant cadere.

POLYANDER CALVINISTA.

Deſtinctio triſtitiæ, quæ initium habet à peccato, ab eâ, quæ manat ex principijs naturæ non infirmat ſententiam Caluini de metu Chriſti, omnis vitij experte, ſed eam potiùs confirmat.

ANASTASIVS CARMELITA.

105. §. 1. Quin potiùs, non infirmat modò, ſed deſtruit. Nam triſtitia, quæ initium habet à peccato non fuit in Chriſto, quam tamen ei Caluinus appingit, ſed ea, quæ manat à principijs naturæ.

2. Ille metus qui annexam habet deſperationem & diffidentiam ſuæ ſalutis, non eſt omnis vitij expers, imò plenus eſt omni impietate, eſtque eorum, in quibus dæmon operatur. Hunc Caluini ſententia Chriſto attribuit, vt ſæpè docui. Igitur cum ſolus metus, qui initium habet in principijs naturæ, fuerit in Chriſto, pænitus deſtruit impiam aſſertionem Caluini de metu Chriſti. hoc enim ſolo poſito, alteri locus eſſe non poteſt.

POLYANDER CALVINISTA.

Locus Pauli de triſtitiâ ſecundùm Deum, malè à noſtro Carmelitâ annotatus eſt, non minùs impiè, quàm imperitè ad declarãdum Chriſti triſtitiam ab eo accommodatur, cum aut, triſtitia illa, quæ eſt ſecundùm Deum & ſalutem

Digitized by Google

lutem operatur, *de qua agit Apoſtolus* 1. *Corinth.* 7. *fuit in Chriſto vſque ad mortem. Atqui Apoſtolus non* 1. *Corinthiorum, ſed* 2. *cap.* 7. *verſ.* 9. 10. 11. *de hac triſtitiâ differens, eam ex ſenſu peccatorum oriri oſtendit, atque infidelibus efficere reſipiſcentiam, indignationem aduerſus ſemetipſos, timorem Dei ad iram prouocati, vindicationem, quâ ſeipſos iudicant ne à Domino iudicentur,* &c. *Optimo igitur iure, mi Monache, aut impudentis blaſphemiæ, ſi mentem Apoſtoli cognouiſti, aut inſitæ inſcitiæ, ſi eam ignoraſti, ab omnibus æquis cenſoribus mediocriter in ſacra ſcriptura verſatis, ob iniquam iſtam triſtitiæ peccatorum reſipiſcentiã, in triſtitiam Chriſti, à peccatoribus ſegregati tranſlationem condemnaberis.*

ANASTASIVS CARMELITA.

106. §. 1. Locum D. Pauli à me fuiſſe malè annotatum, fateor, meque priorem pro poſteriore cæpiſſe. O crimen, quod propterea hîc à te bis repeti debuerit. O ſi plura & maiora nactus, quàm auidè acciperes? Verùm, in ſimilibus quoties impingis?

2. Hunc autem locum, 2. ad Corinthios 7. *impiè & imperitè à me fuiſſe accommodatum ad triſtitiam Chriſti declarandam* conſtantiſſimè nego. Nam, hominum vaniſſime, putas vnicam tantùm eſſe ſpeciem eius triſtitiæ, *quæ ſecundum Deum eſt?* Apoſtolum de vnicâ tantùm loqui? Nempe hæc tua & perpetua ignorantia, vt iuxta tibi innatam, exiſtimes Chriſtum non triſtatum ad pænitentiam peccatorum. Triſtatus eſt ſine dubio, ad pænitentiam peccatorum, at non ſuorum, ſed aliorum. Eſt enim *ſpeculum ſine macula, candor lucis æternæ, qui peccatum non fecit, nec inuẽtus dolus in ore eius.* De quo etiam alter. *Quæretur peccatum illius & non inuenietur.* Verumtamen, eum pænituit, ſuorum? 2. Cor. 7.

mini-

minimè, ſed noſtrorũ; *triſtatus eſt vſque ad mortẽ*, ob ſua peccata? Abſit, ſed ob noſtra. *Qui non nouerat peccatũ, pro nobis factus eſt maledictũ, quia ſcriptũ eſt, maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Ne verò Lector exiſtimet ſine auctore me veritatẽ defendere, & proprio cerebro, me verba Apoſtoli accõmodaſſe ad triſtitiam, *Chriſtus* (inquit) *vtiliter, non de peccatis proprijs, ſed alienis, ex ſancto amore manantem triſtitiam maximam aſſumpſit.* Ante eum D. Ambroſius in Lucam, *Doles Domine & verè doles, non tua vulnera, ſed noſtra ſcelera.* Non igitur imperitè, non impiè, vt criminatur Theologiæ ignarus Polyãder, verba Apoſtoli accommodaui ad declarandam Chriſti triſtitiam. Firmiſſima non poſſunt conuelli,

2.Cor.5. verſ.21. Galath.3. verſ.13.

Et ſacræ quercus firmis radicibus adſtant
Sicca licet venti concutiant folia.

Ergo, vt iam dixi, aliam quercum excutiat hîc Miniſter. Eſt mihi fides, velim credat, quæ toties prohibet, ne me in ſuâ ſegete ſpicas vellicantem, in ſuo horto prima carpentem reperiat. Eſt mihi fides, qua fit, vt æquorum cenſorum, & in ſacrâ Scripturâ mediocriter verſatorum cenſuram non recuſem. Veritas horum trutinam atque iudicium minimè recuſat.

POLYANDER CALVINISTA.

Verboſas tuas prædicationes de ſummâ corporis Chriſti temperiè ac pulchritudine, de perfectâ ipſius patientiâ, fide, ſapientiâ, innocentiâ, alijſque virtutibus (de quibus nulla eſt inter nos controuerſia) tacitus prætereo, nec tibi, tuiſque fratribus locuteleijs de rebus, quibuſlibet, nihil q; ad rem facientibus, prout in Buccam veniunt, garriendi priuilegium inuideo. Probris, maledictis, quæ in innoxium Caluinum euomis, niſi maturè reſipiſcas, reſpondebit is, qui dixit, Mihi vindictam & ego rependam.

ANA-

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

107. §. 1. De fide Chriſti nihil dixi. Abſit enim vt in eo, ab inſtanti ſuæ conceptionis beatiſſimo & diuinæ beatitudini coniunctiſſimo, fidem admittam, niſi verò habitualem, quemadmodum placet quibuſdam ex noſtris ſcholaſticis.

2. Porrò cauſas in genere duas, quas attigi, à quibus petenda Chriſti angoniæ & anxietatis magnitudo & acerbitas, non fuit quòd *verboſas prædicationes* ex contemptu diceres. Illæ enim ſunt, non fratrum meorum, ſed patrum, vt docui, orthodoxorum. Illæ, inter cæteras, ſunt, quæ ad rem omnino faciunt. Illæ ſunt, quibus ducimur ad credendum, quòd Chriſtus acerbiſſimam omnium mortē ſubierit. Illæ ſunt, quibus innixi, abſque vllo blaſphemiæ ſpiritu, ſummam in Chriſto fuiſſe triſtitiam, & omnes dolores, qui in hâc vitâ experiri poſſunt excedentem, colligimus. *Verboſas prædicationes* appellas, quia nihil habens, quod ijs obijcias, his ſatisfacere minimè potes. *Verboſas* vocas *prædicationes*, apud hæreticos enim *non valent, quæ in fide multùm valent*. Quare non mirum ſi tibi ſolis blaſphemijs, erroribus nutrito, ſolis blaſphemijs propugnandis intento, rei veritas minimè arrideat. Tertull. lib. præſcript. cap. 2.

3. Quid porrò tibi cum fratribus meis? Plebicolam, ec accinctum te, nec diſcinctum curant. Abs te & tibi ſimilibus, quid præter opprobria & contumelias ſperare poſſent?

4. Ne mihi miniteris, quid enim velles, quod conſilium tuum, quæ cogitatio eſſet, cùm ſcriberes ſatis intellexi, ſed tua cauſa cecidiſti. Solent homines proponere, Dominus aliter diſponere.

ponere. Vt verò me, quæ tua tibi mens eſſet, ef-fugere, ſtudio & arte remittis ad eum, qui dixit.
Deut. 32. *Mea eſt vltio, & ego retribuam*, Verùm, *fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum*. Tuæ minitationes, veritatem numquam terrebũt. Hanc ad Dei tribunal prouocationem non etiam reformidat. Nam iudicem Deum pro ſe pronuntiaturũ omninò nouit. Illi veſtræ impietates, & in eum blaſphemiæ execrandæ odio ſunt. Cur non illi? Et tam horrendas & abominandas

Odit & ipſe pater Pluton, odere ſorores
Tartareæ.

Itaque quò prouocas, eò ire non detrecto, & fiat.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Quatuor tui Syllogiſmi definitioni inferni à te excogitatæ ſuperſtructi, ſunt funiculi ex arena confecti, quorum poſtremum oculis Lectoris ſubijciam antequam ad capitis ſequentis refutationem progrediar, vt videat quàm inſignis ſis Dialecticus.*

Cruciatus (inquis) quos in animâ Chriſtus paſſus eſt, in ſolâ animi apprehenſione conſiſtunt. Quæ in ſolâ animi cogitatione conſiſtunt, nullum ſitum realem, nullam in loco realem poſitionem dicunt. Ergo cruciatus, quos animæ reproborum patiuntur in ſolâ animi reprehenſione conſiſtunt, nullumque realem ſitum, nullam in loco realem poſitionem dicunt. *En diſputatorem, ſcilicet, Ariſtoteleum, Minorem præpoſitionem anteponit maiori, qua cauſa eſt, quòd hic ſyllogiſmus inter modos trium figurarum nullum locum poſſideat, nec alibi, quàm in quartâ figurâ Philoſopho incognitâ conſiſtere queat. Mediũ deinde terminum in concluſionem introducit, in quâ plus ponit, quàm in præmiſſis. Nam quod in maiore propoſitione de ſolo Chriſto, eum nempe cruciatus in animâ paſſum fuiſſe,*

idin

id in concluſione de omnibus reprobis enunciat ſufficienter, Domine Doctor ſubtilitates tuas Monachales omnibus pateſeciſti, nec tibi imputandum eſt, ſi diſcipuli tui ignari, aut fratres ignaui, eas nondum animaduertant.

ANASTASIVS CARMELITA.

108. §. 1. Ergo ne cogimur ferre ac pati Moriones & ineptos iſtos, qui nihil aliud penſi habeant, quàm vt mēdacijs ac fraude quoſcumque veritatis propugnatores confodiāt, traducant, & ex obtrectandi licentiā palmarium quærant? Infelix hominum genus, qui grunnitu porcos, latratu canes, ruditu aſellos malunt ęmulari, quàm intra veritatis ac ſinceritatis fores ſe continere. Archilocho infenſis obtrectationibus enutrito & pingui facto, non bene ſua conuicia ceſſerunt. Palentrio, putas tibi feliciter impoſturas & tuas fraudes ſucceſſuras? Ecquouſque tu te ignaue deterioribus vinci permittis? An non miſerè ac improbè deſipis, qui ſic rei veritatis malè proſpicis, vt quò magis progrederis, eò peior euadas? At boni ac prudentes in dies meliora quærunt, atque iſtis ſtudent. Sed cur allucinor? Verè enim Lucianus, vertente ex Græco, Eraſmo

Abluis Aethiopem fruſtra, quin deſinis artem?
Haud vnquam efficies, nox ſit vt atra dies.

Et *difficile eſt occultare morem ingenitum*, inquit Pindarus Olimp. 13. Lector, quoties docui Caluiniſtam Miniſtrum hominem eſſe ex mendacio & fraude compoſitum? Quoties in vno iſto obſeruare potuiſti? Rurſus hoc loco obſerua. Siquidem, me quatuor ſyllogiſmos ſuperſtruxiſſe p. 85. mendacium eſt. Tres enim tantùm, quorum poſtremus complexus eſt, & à minus vniuerſalibus procedens. Eſt autem eiuſmodi

Digitized by Google

Cruciatus quos Chriſtus in conſcientia & anima in cruce paſſus eſt, ſunt ſimiles ijs, quos damnati & reprobi patiuntur. Cruciatus, quos in anima Chriſtus paſſus eſt in cruce, Caluino ſunt infernus, ſeu illa terribilis infernorum, Abyſſus. Ergo eidem Caluino, cruciatus, quos reprobi patiuntur ſunt infernus. Cruciatus, quos in anima Chriſtus paſſus eſt, in ſola animi apprehenſione conſiſtunt. Quæ in ſola animi apprehenſioni conſiſtunt nullum ſitum realem, nullam realem in loco poſitionem dicunt. Ergo cruciatus quos anima reproborum patiuntur in ſola animi apprehenſione conſiſtunt, nullumque realem ſitum, nullam realem in loco poſitionem dicunt.

Nemo tam parùm in Dialectica verſatus, qui neſciat in eiuſmodi argumentationis ſpeciebus eum ordinem minimè ſeruari, qui ſolet in ſyllogiſmis ſimplicibus, in figura, forma, & modo cõficiundis: qui neſciat ex vi ſubauditæ aſſumptionis, & vi deductionis propoſitiones ſæpe vniuerſaliores poſtponi minùs vniuerſalibus, & per repetitionem interſeri; qui denique neſciat in iſtis cõcluſionem plura complecti debere, quàm in ſimplici ſyllogiſmo. Quid igitur hîc Miniſter, vt arguat me imperitiæ, & quidem gratis, facit? Ne ab hæreticorum more diſcedat & vitio, fraude, mendacio eis familiari, antecedentes huius inductionis propoſitiones relinquit, media colligit, ex quibus quartum, ſed mentitum ſyllogiſmum ſeparatim conſtruat. Non fraudem, non mendacium vides? Sufficienter, mi Miniſter, fraudes tuas ac maledicentias Caluiniſticas omnibus patefeciſti, & tibi imputandum ſi tui diſcipuli

Digitized by Google

puli ac auditores nimium creduli, errore decipiuntur. Qui vtinam ſemel diuinitùs illuſtrentur,& ad veritatis lumen,iterque redeant, *vt vnanimes vno ſenſu Deum honorificemus.*

Nón ſoleo magiſter Ioannes, non ſoleo ſine vallo rectæ ac probæ ratiocinationis procedere. Omnia, quæ ad ſyllogiſmum complexum inductiuum ſpectant, in eo incluſa. Sed vinum quod dicitur ſcriptionis meæ corrumpis, ac affuſa malitiæ ac fraudis tuæ aqua diluis.

2. Hanc autem inferni definitionem per modum interrogationis, *an non Abyſſus miſera & terribilis ſentire te à Deo derelictum, vt etiam ſi innoces, nullum auxilium recipias, nihil aliud ab eo exſpectare queas, quàm quòd conſpirarit in tui pernitiem & exitium?* Non ego, ſed Caluinus excogitauit. Eſtque alterum Polyandri mendacium.

3. Huic complexo, duos præpoſui ſyllogiſmos, qui tanti roboris ſunt, tantæ firmitatis, vt quemadmodum iſti, ſic nec illis aliquando ſatiſfactura eſt tota Caluinianoram Miniſtrorum cohors, tantum abeſt, vt Polyander?

4. Cæterùm, *ignorantiam, ignauiam non meis fratribus*, ſed tuis Symmiſtis Pſeudofratribus adſcribe. Duo enim iſta, arma & inſignia ſunt nobilitatis, volebam dicere prauitatis hæreticæ. Iſtis nomen & ſacramentum dedit.

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

Non ſi inter Sacerdotes, Monachos, Eccleſiaſticos vitia reperiantur, propterea deſerenda Eccleſia. Sacerdotum, Monachorum Apoſtatarũ connubia, non ſunt legitima matrimonia, ſed fornicantium lupanaria. Apoſtolus non vocat 1. Timoth. 4. legiſlatores perpetui cœlibatus, & prohibitores coniugij illiciti, ſeductores. Lamberti Schaſnaburgenſis Abbatis Cœnobij Hirtzfeldenſis hiſtoria de S. Vlrico improbante Gregorij 7. decretum de cælibatu refutatur.

POLYANDER CALVINISTA.

NOuum hoc certamen tribus, mi Cocheleti, declamationum claſsibus adornas, quarum primâ, niueam tuam in citandis aliorum dictis ſimplicitatem; ſecundâ incorruptam Monachorum veſtrorum continentiam ac ſingularem eorumdem in tuenda ſacræ Scripturæ doctrinâ concordiam; tertiâ Thelogorũ noſtrorum næuos atque errores, enarras. Ad tuam gloriationem, quòd mores hæreticorum alienas ſententias præcipua ſui parte mutilantium non minùs oderis, quàm noueris: *reſpondeo ex Eccleſiaſtici cap.* 5. *verſ.* 2. Laudem in ore ſcelerati non eſſe ſpecioſam, nec à Domino profectam. *Atque ex Prouerbijs Salomonis cap.* 27. *verſ.* 2.

Lau-

Digitized by Google

Laudet te alienus, *nempe poſt factum*, & non os tuum, *videlicet ante factum, vt Abben-ezra, hoc prouerbium interpretatur*, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

190. §. 1. Hic ne tuum ſcribendi ordinem arguam? Hactenus enim, vt in poſterum facis, interturbatâ ſerie & conſtructione procedis. Scriptionis meę, hinc inde ſolùm quod lubuit decerpſiſti. Placet

Atque inter menſas ire, redire tuas.

Arripere, in quæ ad libitum inequites, in quę inſultes. Inſano omnia licent.

2. Gloriationis, cuius me arguis, ſententiam non inuenies in toto illo ſuperioris libri mei 10. capite. Quam tamen etſi habuiſſem, non erat quòd gloriationis crimini dares. Verè enim habuiſſem, & ſine vlla gloriatione vitioſa. Aut omnis veritatis profeſſio, gloriationi atque oſtentationi tribuenda? Quæſo, quod peccatum ſi dixero *non minùs me odiſſe, quàm nouiſſe hæreticorum morem, alienas ſententias mutilantium?* Propterea ſceleſtus ero? Si hoc improbas Chriſtianus non es, nec bene ſanus. Si non improbas, cur arguis, quod laudandum? ſi non improbas, & tu hunc morem hæreticorum, quo vbique vteris, deuita. Diſce ex auctorum intentione & fide, non pro tua libidine eorum teſtimonia ac ſcripta interpretari. Nam, *tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum corruptus ſtilus*, inquit Tertullianus. Lib. præſcript. cap. 39.

POLYANDER CALVINISTA.

Sed quid ad illorum tribunal prouoco cùm habeam confitentem reum? Hac enim exceptione teipſum condemnas, ſi Caluinus non ſimpliciter (*vt ex mutilatis ipſius ſententijs doloſè collegiſti*) ſaltem ex parte negauit eſſe in-

 fernum,

fernum, *nimirum ea parte, quam vos purè de inferna doctrina in ſacris litteris tradita à Caluino & Orthodoxis agnita accudiſtis, ſecuti fabulas veſtrorum Scholaſticorum de ipſius ſedibus traditiones.*

ANASTASIVS CARMELITA.

110. §. 1. Quid confeſſus ſum? Proculdubiò veſicas vis eſſe lucernas. Hæc tua eſt aſſertio, vt pag. 87. Superioris libri mei docui. *Caluinus, Beza, non ſimpliciter negant eſſe reuera infernum.* Ex hac volui te eos condamnare, quum ex ea neceſſariò cõcludatur, ex parte negare. Propterea, fateor ne Caluinum aliquem reuera infernum agnouiſſe? Non mentem in calcaneis geſtas? Sed neque ſemel contingit te deſipere.

2. Caluini nec tuorum ſententias mutilatas produxi, ſed integras eorumdem periodos, & quæ abundè eorum intentionem & ſenſum exprimerent. Quæ hîc ſubſternis reliqua, meræ ſunt nugæ, mera commenta & mendacia, quibus refutandis alibi locus magis idoneus.

POLYANDER CALVINISTA.

Tuæ porrò commemorationi de Monachorum veſtrorum integritate & firmiſsima in verâ fide conſenſione, non ſolùm contrariam aliquot ſeculorum experientiam, verumetiam innumeras, cum Bernardi Abbatis Claræuallenſis, tam aliorum veſtrorum ſcriptorum de nefanda illorum vita ac doctrinæ impuritate querimonias oppono.

ANASTASIVS CARMELITA.

111. §. 1. Nouit Deus quantâ animi auiditate, vnius atque alterius verbi occaſione, in Monachorum ac Clericorum defectus incurrere volueris. Non ſic Hyena mortuis ac putidis cadaueribus

ueribus delectatur. Mirùm quòd præ lætitia non eruperis, mediuſque crepueris. Tibi autem in ſtadium hoc iniuriarum latiſſimè ac patentiſſimè decurrenti, & plus octodecim paginis abutenti, quanta fieri poterit breuitate reſpondebo. In primis multis illis, quæ ex D. Bernardo, Ecberto Benedictino Abbate, Petro Bleſenſi, ſancto Iuone, illos dixiſſe ac ſcripſiſſe, non de omnibus & ſingulis, ſed de quibuſdam tantùm idque per hyperbolem & amplificationem, vt ſolent facere Patresfamilias, ſi quando ſuos errantes viderint, & eos ab errore auocent, & à peccandi licentia exterreant. Reſpondeo quod D. olim Gregorius iſta Iob cap. 24. interpretatus, *Quod ſi non ita eſt, quis me arguere poterit & ponere ante Deum verba mea?* Nam & ſi *iuſtus* (ait) *quid vnquam delinquendo loquitur, dignum non eſt, vt ab iniuſtis & praue viuentibus iudicetur.* Sit ita, vt illi ſcripſerunt, qui & quales eſtis vos, qui reprehendere audeatis? Illi *charitatis ac correptionis zelo*, vos contentionis & traductionis. Illi *rectè redarguere falſa potuerunt, qui falſa agere neſciebant*, vos *correptionis auſuni contra fallaciam perditis, qui adhuc fallaciter viuitis.* Quid *feſtucam in oculis* Monachorum noſtrorum *videtis, trabem in oculis veſtris*, non item? Dicam enim veſtra toti mundo cognita ſcelera, crimina? Dicam parricidales congreſſiones? homicidia perpetrata in vtriuſque ſexus homines? flagra, ſoleas, ardentes laminas, clauos, cruces, funes rotas, viſcerum effuſiones, exenterationes, diſcerpta fruſtulatim membra, & porcis proiecta?

Iob 24. D. Gregorius lib. 17. Morali. cap. 6.

Quid Nero tam ſaua, crudaque tyrannide fecit?

Quæ reſpublica Chriſtiana, quæ ab ortu Caluini, dentes non ſenſit Caluinianos, ferrum

non trepidauit, venena non horruit? Quæ feritates excogitari poſſunt, quas veſtra non inambulauit crudelitas? Quæ tormenta non excogitauit ſæuitia veſtra? Per matrum viſcera infantes non lacerauit? Non arctiſſimis vinculis conſtrictos, nudos fame, dente, mutuo in ſe ſæuire homines coegit? Ne tu mihi obijcias

Sauromatáſve truces, aut immanes Agathyrſos
Biſtonÿ ſtabulum Regis, Buſiridis aras
Antiphatæ menſas, & Thauricæ regna Thoantis.

Præ veſtra nihil iſtorum immanitas. Olim ille mortua iunxerit

——— Corpora viuis
Componens manibúſque manus, atque oribus ora.

Vos viua. Et quod omnem longè ſuperat feritatem, non ſine veſtro riſu & cachinno, nimirum vt qui mortem oppeterent facie ridentium interirent. Legimus Arianos duce quodam Lucio Apoſtata collectâ magnâ multitudine, partim Græcorum, partim Iudæorum, partim Arianorum infeſta ſigna tuliſſe contra Monachos & ſolitudinem incolentes, vt paucis diebus eorum tria millia extinguerentur. Legimus Valentem imperatorem edicto ſanxiſſe, vt aut arma ſumerent, militiæque ſtuderent, aut abſque vllâ miſericordiâ ſibi moriendum ſcirent. Legimus Donatiſtas in eoſdem, multâ inſaniâ & rabie irruiſſe. Iſtorum omnium maniam & furorem non ſuperaſtis? Nam vno anno 1562. quadraginta duo millia ſacerdotum ac Monachorum gladio & ferro veſtro, omnique genere crudelitatis decubuerunt. Xenodochia ſupra nongenta euerſa. Eccleſiarũ aliarum minimum viginti millia depopulata, ſacris ſuis exuta, & veſtro incendio ſolo ad-

D. Athanaſius ad Orth. & & Solitarios. Nicephr. lib. 11. cap. 27. Caſſiod. lib. 7. cap. 39. Ruffinus lib. 11. cap. 3. D. Auguſt. in Pſal. 132. & lib ad- aduerſus Petiliæ cap. 40. Et ep. 89.

lo adæquata. Corpora Regum & ſanctorum ac requie ſepulturæ euocata.

Ne mihi Nicephorus, non ante illū alij multi Arianorum, Donatiſtarū & ſui ſeculi hæreticorum virginibus ſacris, honeſtis matronis illatas ignominias recitet, nō in eas carnificinā eorum narrent: ne mihi ab eis illuſas, violentam conſtuprationem paſſas dicant: ne nudas publicè ductas, interfectas, ita vt hianti ore obrigerent, earum corpora ſepultura carerent, commemorēt, ne ludibria, ne ſcommata, quibus aduerſus ſacra quæque abuterentur, ne incendia, ne deflagrationes, blaſphemias & in Deum eorum conuitia recenſeant; Roſæ erunt omnia illa, reuocata ad omne illud inſolentiæ genus, quo aduerſus ſancta & diuina omnia vſi eſtis. Non hîc adferam adulteria, ſtupra, fornicationes, inceſtus, & pluſquam Sodomiticas libidines Symmiſtarum tuorum. Iſtos fætores longo & lacinioſo libro ſibi cognitos olim erat Lutetiæ Pariſiorum prælo commiſſurus Matthæus Lanoius, quondam & ipſe Caluinianus Miniſter, & ex primis & præcipuis vnus, niſi Belzamius noſter, me præſente, quem ſuper his conſultum venerat, tantarum & tam multarum ſordium recitatione & lectione pertæſus, diſſuaſiſſet. Quid enim? qui pudicus, qui caſtus caret, etiam aurium maculâ, nullo quàm mundo & pudico delectatur calamo. Itaque, inquiebat, mitte ſpeluncam illam ſodomiticè mæchantium, Lupanaria illa Gomorrhæa; non lucem meo conſilio videant. Et tot ſceleribus ac criminibus, tot ſacrilegijs, tot infamiæ notis rei, audetis defectus quorundam Monachorum obijcere? Correptionis auſus non ſi-

Digitized by Google

milium, mi homo, ſed benè & religioſè viuentium eſt. Anabaptiſtæ cur à vobis defecerunt? Nonne ob vitę veſtrę impuritatem, morum corruptionem & improbitatem?

Iſtis autem, quæ adfers ex Petrarcha & noſtro Mantuano, reſpondeo aliam eſſe Eccleſiæ Romanæ, aliàm eiuſdem aulæ ac curiæ rationem, conſiderationem. Iſti licentiâ Poetarũ, non Eccleſiæ Romanę, ſed aulę, ſed curię corruptelas perſtringunt. Iſtis denique, quæ ex Gualone Britanno, Ealredo Monacho, Humberto, Nicolao Gallo Narbonenſi ſeptimo Generali ordinis noſtri, ex ficto quodam alio eiuſdem inſtituti Carmelitici Monacho, Nigello, Anonymo quodam Parocho, Almarico hæretico, fide dignis (ſi dijs placet) auctoribus. Philippo Mornęo, Balęo inſigni Apoſtata ſodalitij noſtri, Ioanne Wolphio, Rodolpho Hoſpiniano nihil aliud oppono, quàm quòd D. Auguſtinus *Num Catholici eſtis?* Non enim *ſimiles vobis reperiri volumus. Hæretici ſiquidem non habendo, quod in cauſa ſua diuiſionis defendant, nonniſi hominum crimina colligere affectant; & ea ipſa plura falſiſſimè iactant, vt, quia ipſam diuinæ Scripturæ veritatem, quæ vbique diffuſa Chriſti Eccleſia commendatur criminari, obſcurare non poſſunt, homines per quos prædicatur in odium adducant, de quibus & fingere, quicquid in mentem venerint, poſſunt.* Mirum ſi Balæus Apoſtata. Si Philippus Mornæus, Wolphius, Rodolphus Hoſpinianus plura de Monachis & clericis noſtris, quæ ſunt ſcripta, quàm, quæ fuerunt obijciant? Mirum ſi conciones veſtras & libros ſimilibus repleatis? In eo tota veſtra Theologia, totum veſtrum ſtudium. Verùm, qui eſtis vos, *qui alienos ſeruos iudicetis condamnetis? nolite ante tempus iudi-*

D. Auguſtinus Ep. 137.

Digitized by Google

iudicare, quo adusque veniat Dominus, *qui & illuminabit*
abſcondita ten:brarum & manifeſtabit conſilia cordium.
Quis negat *in omni re naſci, quod eam exterminet? Non* D. Chryſoſt. homil. 4. in D. Math.
ex ligno vermis; ex veſtimento tinea? Ex ſacerdotibus Ec-
cleſiæ ſcandalum, inquit D. Chryſoſtomus? Meri-
tòne. Audius ab Eccleſia receſſit, ab eadem Por-
phyrius defecit? Abſit. *Quis neſcit maiores diaboli co-* D. Epiphanius lib 3. tom. 2. hæreſi. 70.
natus iſtos eſſe, vt populus deprauetur, & qui in Eccleſia po-
ſiti ſunt ad ædificationem, corrumpantur? Iſta in Eccleſia
accidunt, ſine graui fidelium & ſanctorũ triſtitia? Quoties
vę paſtoribus Hieremiæ 23. Ezech. 22. 34. Oſeæ 4.
Malach. 1. Deus pronunciat? Ideo ne Hieremias, Socrates lib. 3. cap. 23. Niceph. lib. 10. cap. 36.
Ezechias, Oſeas, Malach. & reliqui Prophetæ ab
Eccleſia defecerũt, eiuſdem vnitatem diuiſerũt?
An non iſta prædixit Dominus, ne abundantiâ iniquitatis
refrigeſcamus, ſed perſeueremus vſque in finem, vt ſalui eſſe
poſſimus? Quod quæſo crimen *ſedere ad aliud nihil, ca-*
ptare aliud nihil, niſi vt ſi Epiſcopus vel Clericus, vel Mona-
chus, vel Sanctimonialis ceciderit, omnes tales eſſe credi
velle? Niſi vt ſi de aliquibus, qui ſanctum nomen profitentur
aliquid criminis vel falſitatis ſonuerit, vel veri patue-
rit inſtare, ſatagere, ambire vt de omnibus hoc credatur?
An non in Chriſtum inſultare eſt? ex eorum D. Auguſtinus Ep. 137. Pſal. 68.
numero eſſe de quibus vates regius in perſona
Chriſti? *Aduerſum me ſuſurrabant qui ſedebant in*
porta, in me pſallebant, qui bibebant vinum. Quæ
iſta tam inſolens inſania? *Ob adulteram mari-*
tatam viri ſuas vxores abyciunt, matres ſuas accu-
ſant? Quantumlibet vigilet diſciplina domus mea, homo
ſum & inter homines viuo, nec mihi arrogare audeo, vt do-
mus mea melior ſit, quàm arca Noe, *vbi tamen inter octo*
homines reprobus vnus inuenitur; aut melior, quàm ſit domus
Abrahæ, vbi dictum eſt, eÿce ancillam & filium eius: aut
melior, quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum
eſt,

eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: aut melior, quàm domus ipſius Iacob, vbi lectum Patris filius inceſtauit: aut melior, quàm Domus ipſius Dauid, cuius filius cum ſorore concubuit, cuius alter filius contra Patris tam ſanctam manſuetudinem rebellauit: aut melior, quàm cohabitatio D. Pauli Apoſtoli, qui tamen ſi inter omnes bonos habitaret, non diceret, foris pugnæ intus timores. Nec diceret cùm de ſanctitate & fide Timothei loqueretur, neminem habeo, qui de vobis germanè ſit ſolicitus. Omnes quærunt quæ ſua ſunt, non quæ ſunt Chriſti. Melior quàm cohabitatio Domini, in qua vndecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerunt: aut melior poſtremo ſit, quàm cælum, vnde Angeli ceciderunt. Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, quiteſtis eſt ſuper omnem animam, ex quo die ſeruire cæpi, quomodo difficile ſum expertus meliores, quàm qui in Monaſterijs profecerunt, ita non ſum expertus peiores, quàm qui in Monaſterijs ceciderunt, ita vt hinc arbitrer dictum in Apocalypſi, Iuſtus iuſtior fiat, & ſordidus ſordeſcat adhuc. Quapropter & ſi contriſtamur de aliquibus purgamentis, conſolamur etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcam, quâ oculi veſtri offenduntur, torcularia deteſtari, vnde Apotheca Dominicæ fructu olei luminoſioris implentur. Non hæc ad vos diriguntur Polyander? Tandem verò, cur non reponis in iſtorum Monachorum & Clericorum Claſſem, qui à vitæ rectitudine defecerunt, meliorem partem Symmiſtarum tuorum? Illi, illi, enim ſunt, qui à ſuo ordine, qui ab Eccleſiâ apoſtatarunt, quò turpitudini liberiùs ſeruirent, & in omnem licentiã malè agendi ſe effunderent. Illi, illi ſunt à quibus nouitiola veſtra paratura, veſtrum ſchiſma ſacrilegum originem ſuam defert. Illi à quibus impietatis doctrinam hauſiſtis. Ab illis cum in Monachos clericos, tum

Digitized by Google

tum Reges & Principes legitimos licentiam inuehendi, conſpirandi emendicaſtis; à quibus, quiduis audendi facultatem eſtis mutuati.

POLYANDER CALVINISTA.

Tertia tuæ concertationis pars, ex meris conſtat calumnijs, quatum primâ libertati ac integritati noſtrorum Theologorum obtrectas, quum legitimas ipſorum nuptias & liberorum ex iuſta vxore natorum eductionem in vitio ponis. Quæ exprobratio eſt adeò inhoneſta, vt Cinædũ te magis eſſe oſtendat, quàm hominem Chriſtianum. Hæc ſiquidem notio eſt naturalis, & à creatore omniũ hominũ animis inſita, coniugiũ inter quoſuis, (id eſt inter cuiuſuis ordinis homines) eſſe honorabile & cubile impollutum: ſed Deum ſcortatores & adulteros damnaturum Hebr.13. Item, Melius eſt matrimoniũ contrahere, & caſto amore iura thori legitimi cõſeruare, quàm vri, & fœdâ libidine leges caſtitatis violare, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

112. §. 1. Grauiſſimè te erraſſe exiſtimares, niſi perpetuò in tuum iniuriarum campum velitares: vera & honeſta quaſi turpia & falſa caſtigare molireris, cùm ſis

Inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos.

2. Quid eſt enim quod ex ſuperfluo adlatras? Nam veſtrorum Theologorum nuptias hactenus ne laudaui, ne vituperaui quidem; ne in virtute, ne in vitio quidem repoſui. Quid igitur? Noſtros Monachos craſſarum imaginationum; noſtros Scholaſticos vanarum indagationum accuſaras: Craſſas imaginationes, vanas de rebus diuinis indagationes apud eos non eſſe quærendas, apud quos nullæ de vxoribus diſputationes, nullæ curæ, nullæ vagiantium ac pipian-

Digitized by Google

piantium cunæ inuenirentur, ſed apud eos, apud quos horum omnium abundans copia diffluere. Apud noſtros Monachos, Scholaſticos nihil horũ reperiri, ſed apud Miniſtros Caluinianos: propterea iſtorum matrimonia in vitio repoſui?
1.Cor.7. Ergone D. Paulus, qui 1. Corinth. c. 7. ob ſimilem cauſam, nõ maritatis cõſulit abſtinere à nuptijs, vt nempe, *facultatem ſine impedimẽto Dominũ obſecrãdi, eidem ſeruiendi habeãt*, nuptias in vitio reponit? Non res domeſticæ impedimento ac obſtaculo ſolent eſſe, ne quis libere Deo inſeruire queat? Ergone Apoſtoli, qui ob eamdem cauſam dicebant, *non*
Act. 6. *eſt æquum nos miniſtrare menſis, & relinquere verbum Domini*, menſas illas charitatis in vitió reponebant? Idem mihi argumentum refutandæ tuæ calumniæ, qua ratione concludere potuiſti, in vitio me repoſuiſſe Miniſtrorum veſtrorum nuptias, & eadem non collegeris D. Paulum eas in vitio habuiſſe; Apoſtolos menſas, quæ pauperum ſuſtentationi à primis Chriſtianis parabantur? Nempe voluiſti excurrere, & tuos tractatus oſtentare.

3. Quia tamen placet, vis ſcire, quo in genere habeam iſtorum nuptias? Tatianos Marcioniſtas, Manichæos odi, eos non audio prohibentes nubere, nuptias velut rem execrandam & deteſtandam condemnantes. Cum Apoſtolo dico *Honorabile eſſe connubium, thorum immaculatum.*
Heb. 13. Geneſ. 1. & 2. Olim à Deo inſtitutum, primo ad naturæ officium, *Creſcite & multiplicamini, replete terram. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna*; poſtea ad remedium concupiſcentiæ, deinde ad meritum & gratiam; quã conſideratione in nouo teſtamento

Digitized by Google

mento à Chriſto Sacramentum fuiſſe inſtitutum, & illud ſic nominare Apoſtolum Epheſ. 5. vobis reclamantibus, *Hoc Sacramentum magnum eſt, dico in Chriſto & Eccleſia*. Probant antecedentia & ſubſequentia iſtius ſententiæ. Verumtamen illud volo contractum eſſe ab idoneis perſonis, & quas non votum, non Eccleſiæ præceptum inhabiles reddiderit. Nam Apoſtatas illos Monachos, ſacerdotes, qui vltroneo & ſpontaneo voto ſeſe caſtitati dedicarunt ac Domino conſecrarunt, cogi volo ad voti redditionem, ad quos de iure diuino tenentur. Tale enim votum impedire ne iſtorum legitimæ ſint nuptiæ, imò contractas dirimere. Nuptias cum ſimilibus contractas, in vitio repono. Epheſ. 5.

4. Iſta quæ adfers ex ſcripturæ teſtimonijs, *Melius eſt nubere, quam vri. Creſcite & multiplicamini. Quod Deus coniunxit homo non ſeparet*. Iſta D. Auguſtini, *Coniuges mixtos; illo malo, id eſt mala concupiſcentia bene vti*: non de omnibus & ſingulis intelliguntur, ſed de legitimè ad nuptias vocatis. 1. Cor. 7. Geneſ. 1. Matth. 19.

5. *Chriſtianos didiciſſe ab Apoſtolo Paulo, non ſolùm Sacerdotes & Prophetas veteris teſtamenti, ſed Apoſtolos quoque, fuiſſe vxoribus matrimonio iunctos*. 1. Corinth. 9. verſ. 5. reſpondemus Chriſtianos didiciſſe ab eodem Apoſtolo non omnes Apoſtolos ſuis vxoribus fuiſſe matrimonio iunctos. Non enim ipſe D. Paulus fuit maritatus, vt 1. Corinth. 7. ipſemet teſtatur. D. Auguſtinus lib. 5. contra Iulian. Pelag. cap. 16.

Ibi enim non vxoratis ſic permanere conſulat, quia bonum ſit illis. *Volo autem omnes homines ſicut meipſum eſſe, ſed vnuſquiſque proprium donum habet à Deo*. Et rurſus. *Dico bonum eſſe non*

Digitized by Google

nuptis & viduis, ſi ſic permaneant ſicut & ego. Addens in eo ſe *à Deo gratiam conſecutum.* Christianos didiciſſe D. Ioannem Euangeliſtam non fuiſſe vxoratum, ſed virginem permanſiſſe, quemadmodum docet D. Ambroſius in 7. prioris ad Corinthios, & in 11. cap. poſterioris, & lib. exhortat. ad virginitatem. D. Hieronymus lib. 1. in Iouinianum. *Si non fuit virgo, cur plus cæteris Apoſtolis amatur à Chriſto?* Denique dediciſſe, non eſſe parem rationem Sacerdotum veteris & noui teſtamenti. Quod idem D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinian. & ante eum Origenes tradunt. *Aliquādo* (ait Origenes) *de poſteritate generis & ſucceſſu ſobolis ſacerdotibus veteris legis indultum eſt. Nec ſemper in illis, qui tunc erant ſacerdotes, hæ partes conſtrictæ ſunt. Sed ego in ſacerdotibus Eccleſiæ huiuſmodi intelligentiam non introduxerim. Aliam enim video rem currere in ſacramento. Poſſunt ſiquidem & in Eccleſia ſacerdotes filios generare, ſicut & ille, qui dicebat, filioli mei, quos iterum parturio donec formetur in vobis Chriſtus. Et alibi. Tametſi multa millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos Patres. Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.*

Origenes homil. 6. in Leuiticum.

Didiciſſe, nō omnes prophetas veteris legis vxoribus matrimonio iunctos fuiſſe, non Heliam, non Heliſæum. Didiciſſe, iſta 1. ad Corinth. 9. verſ. 5. *Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini & Cephas?* non de muliere ſimpliciter, ſed *muliere ſorore* intelligi. De muliere, non quæ nupſiſſet alicui Apoſtolorum, ſed quam circumducebant Apoſtoli, non ad officium matrimonij, ſed cibi, potus & ſimilium miniſterium, cui non poterant vacare, verbo prædicationis intenti. Ita Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum docet.

1. Cor. 9.

docet. *Hoc enim* inquit, *erat conſentaneum miniſterio prædicationis ſine impedimẽto ſeruiendi.* Didiciſſe, quod ſi de mulieribus, quibus ante Apoſtolatum coniuncti erant, cum quibus tamen non carnaliter miſcebantur, vt idem Clemens Alexandrinus eodem libro, & poſt eum D. Hieronymus ex dictis D. Petri, apud D. Matthæum cap. 16. colligit. *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te.* Et rurſus, Chriſti reſponſione ad Apoſtolos, *Qui dimiſerit domum, parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, aut agros propter me, centuplum accipiet.* Adeò vt mulieres, vel etiam ſibi vxoratas olim, circumducerent, ſed non ad officium carnalis coniugij, verùm ad miniſterium victus. Et ideo D. Paulum præmiſiſſe, *numquid non habemus poteſtatem manducandi aut bibendi?* Et quoniam opus habebant, vt quis eis victum & potum præpararet, neceſſitatem circumductionis mulierum, iſtis ſubiungit, *Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli & fratres Domini, & Cephas?* Ita olim Heliſæo Sunamitis miniſtrabat. Ita mulieres de Galilæa in Iudæam, & de Iudæa in Galileam, & quocumque Chriſtus ibat, eodem fine eum ſequebantur.

Clemens Alexand. lib. 4. Stromat.

D. Hier. in 16. D. Matth.

1. Cor. 7.

4. Reg. 4. Matth. 27.

Sorores dictas, eo ſenſu, quo Act. 1. cap. D. Petrus vocat eos, qui crediderant *veros fratres* nempe ſpiritualiter. Et etiam quia aliquando iſtæ mulieres ſorores, infideles mulieres, ad quas liberior erat eis acceſſus ob ſexus cognationem, ad fidem conuertebant, eas docentes.

Cæterùm, ſic vobis placent errores Iouiniani, vt eos audeatis propugnare? Ille enim vt videre eſt apud D. Hieronymum, nuptias Monachis & Sacerdotibus concedebat.

Digitized by Google

1.Tim.3. Quod attinet ad iſta diui Pauli 1. ad Timothæum 3. *Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, itémque Diaconum*, perinde eſt ac ſi diceret Apoſtolus, oportet Epiſcopum eſſe Monogamum, nempe, vt qui ad Epiſcopatum aſſumitur vnam tantùm habuerit vxorem, vnde Gloſſa in 3. ad

Gloſſa. Timotheum, id eſt *Monogamum poſt baptiſmum; ſi enim & ante coniugem habuit, quæ obierit, non ei imputatur: cui prorſus nouo nec ſtupra, nec alia, quæ ante*

Lyranus. *fuerunt iamobſunt*. Conſpirat Lyranus ibidem. *Si enim* (inquit) *ante baptiſmum habuit vxorem & mortua fuerit, non præiudicat ei, quin poſt baptiſmum poſſit accipere vnam aliam, quia Baptiſmus tollit illam irregularitatem*. Aſſumebantur ergo ad Epiſcopatum, qui poſt baptiſmum, vnam tantùm non duas habuerant. Aſſumebantur etiam vxores in primitiua Eccleſia ad ſacra quędam officia, ſed ea lege, vt renuntiarent officio carnalis coniugij, exem-

D. Ambroſ. in 3. cap. Prioris ad Tim. plo Apoſtolorum. *Propter ipſius ordinis ſublimitatem: quia cæteris melior eſſe debet, qui cupidus illius ſedis eſt*, ait D. Ambroſius. Et Canon. 27. Apoſtolorum, *Aequum enim eſt, vt abſtineant* (qui vxores habent) *propter orationem*. Qui Canon conformis verbis D. Pauli. 1. Corinth. 7. Ecquanto igitur æquius propter ſacirficium incruentum?

Niceph. lib. 8. cap. 9. & Soſomenus li. 1. cap. 11. Quid quòd vbi non fuit tanta virorum neceſſitas Concilium Nicenum prohibuit, ne coniugati de cætero in ſacerdotium aſſumerentur? Sed & Canon 3. eiuſdem Concilij vetat ne in domibus Epiſcoporum, Præſbyterorum, Diaconorum habitent mulieres, exceptâ matre, ſorore, amitâ, materterâ, ex quarum contubernio nulla carnalis commercij ſuſpicio oriri poſſit. Vnde ſatis conſtat non fuiſſe licitum Epiſcopis,

Præſ-

Præsbyteris, Diaconis vxores habere; alioqui eas excepiſſet. Etenim quorſum illis mulierum contubernium prohibitum fuiſſe, excepto matris, ſororis, materteræ contubernio, ſi illis licuiſſet habere vxores? Prohibitum illis fuiſſe coniugium teſtis eſt D. Epiphanius Hæreſi 59. Ante eum Tertullianus lib. de Monogamiâ cap. 8. vbi corrigit & retractat, quod lib. exhortator. ad caſtitatem cap. 8. dixerat.

POLYANDER CALVINISTA.

Legiſlatores perpetui cælibatus, & coniugij prohibitores eſſe 1. Tim. 4.
Apoſtatas, ſeductores, Dæmoniorum doctores, per hypocriſim falſiloquos conſcientiam habentes cauterio reſectam: *Omnis generis cibos, matrimonium, & alia à Deo creata & ordinata eſſe bona, ſi cum* gratiarum actione ijs vtamur, & ſanctificari per ipſius verbum & orationem: puris quidem omnia eſſe pura, pollutis autem & non credentibus nihil eſſe purum, *quoniam & eorum mens & conſcientia eſt polluta Apoſtolus Paulus aſſerit.*

ANASTASIVS CARMELITA.

113. §. 1. D. Paulum cap. 4. prioris ad Timotheum dixiſſe Legiſlatores perpetui cælibatus eſſe ſeductores, Apoſtatas, Dæmoniorum doctores, &c. Falſiſſimum eſt & repugnans eiuſdem Apoſtoli conſilio. *Dico non nuptis & viduis bonum illis eſſe ſi ſic permanſerint.* 1. Cor. 7.

2. Coniugij autem prohibitores, tales aſſerere, quales 1. Timoth. 4. depingit, concedimus. Et quemadmodum, iam ſemel dixi, Tatianos, Marcioniſtas, Manichæos, Encratitas & Gnotiſtas, qui nuptias deteſtabantur & condemnabant, odimus, execramur. *Omnis qui nuptias damnat*, inquit D. Hieronymus, *non amator, ſed inimicus eſt caſtitatis*,

Digitized by Google

D. Hier. in 4. prioris ad Cor. dum & *continentibus laudem tollit, incontinentibus ſublato nuptiarum remedio, fornicationis facit inire diſcrimen.* Quapropter talis attendit ſpiritibus erroris & doctrinis Dæmoniorum. *Omnis ſiquidem hæretica doctrina, dæmonū arte compoſita eſt.* Itaque nuptias non prohibemus, non improbamus. Nubant qui idonei ſunt, qui habiles: nubant, qui ſe alteri voto non adſtrinxerunt. Qui autem alteri voto ſe deuinxerunt eorum matrimonia, non coniugia, non connubia, ſed lupanaria, ſed fornicantium thoros, & omnis libidinis æſtuaria reputamus, abominanda & deteſtanda dicimus. Iouiniano imperatore nobis opus eſſe, qui hanc veſtram de cælibatu hæreſim cohibeat, extinguat, *qui Præfecto prætorij quoque generalem det conſtitutionem, vt deinceps capitaliter in eum animaduertatur, qui ſacram virginem non dicam rapere, ſed attentare tantummodo iungendi matrimonij cauſa, aut oculos impudicos ei adijcere auſus erit.* Proculdubio hanc conſtitutionem non abſimili nunc de cauſa faceret, quàm tunc. Qua de cauſa verò? *quòd homines quidam improbi, atque impudici ſceleſtas atque inceſtas huiuſmodi nuptias, vel vi illata, vel perſuaſione adhibita, virginibus corruptis contraxerant: ſub Iuliani imperio, impotenti conſuetudine, & fœdâ libidine flagitia talia auſi fuiſſent committere. Permittente Iuliano & periclitante Catholica religione.* Ceterum.

Iouinian. L. ſi quis C. de Epiſcop. & Clericis.

Niceph. lib. 10. cap 39.

3. *Omnem creaturam bonam eſſe, nihil reijciendum quòd cum gratiarum actione accipitur ſanctificari per verbum Dei & orationem*, cum Apoſtolo non negamus; ſed tamen habendam eſſe rationem perſonarum, locorum, temporum, dierum, volumus, vt omnia congruo ordine & non confuſo ac perturbato fiant. Quæ enim à *Deo ſunt, ordinata*

1. Tim. 4.

nata ſunt; quin & ſanctorum *charitatem ordinauit*. Rom. 13.

POLYANDER CALVINISTA.

Neque hæc nonnulli ex præcipuis iuris veſtri Pontificij aſſertoribus ignorarunt, qui propterea matrimonium voto perpetui cælibatus prætulerunt, veſtrorumque Eccleſiaſticorum concubinatus & ſcortationes nefarias ſermone, ſcriptiſq; deteſtati ſunt.

ANASTASIVS CARMELITA.

11.4.§.1. Quis pius, & approbat Eccleſiaſticorum concubinatus & ſcortationes eorum nefarias? Quis probus, & ſermone & ſcriptis non improbat, non deteſtatur tuorum Comminiſtrorum extra matrimonij & coniugij iura, nefarias concubitus, nefandas ſcortationes?

2. Nonnullos autem *ex præcipuis iuris Pontificij aſſertoribus prætuliſſe matrimonium voto perpetui cælibatus*, numquam demonſtrabit Polyander. Nam quod allegat pag. 281. & 282. ex Saluiano, libro 5. de Prouidentia nihil ad Andromacham noſtram. Ibi enim agit in eos, qui pænitentiæ cauſa à ſuis quidem coniugibus abſtinebant, non autem à rapina boni alieni. Quid enim prodeſt ad penitentiam maritatos *à ſuis abſtinere coniugibus, & à rerum alienarum peruaſione non abſtinere?* Quid prodeſt *corporis continentiam profiteri & in incontinentiam animorum debacchari*, diffluere? *Virgo debet eſſe ſancta non corpore modò, ſed etiam mente* 1. Corinthior. 7. & 14. Qui ſecus faxit *ſtulta eius profeſſio. Nouum prorſus conuerſionis genus, licet maritato coniuge vti, non illicita committere*, verbi gratia rapinas. Quid hæc & ſimilia ibi, ad hoc vt Po-

lyander probet hunc iuris Pontificij hominem matrimonium præferre perpetuo voto cælibatus? Æquè ridicula hæc obiectio, ac cornutum caput tuum, ô bone vir.

Quod autem adducis ex Lamberto Schaſnaburgenſi Abbate Cœnobij Hirtzfeldenſis, hoc tibi Philippus Mornæus ſuggeſſit pagina 289. poſt. edit. libri ſecundi de Euchariſtia. Narrat autem Lambertus (ais) *totam factionem Clericorum contra decretum Gregorij ſeptimi Eccleſiaſticis prohibentis matrimonium*. Vere factio erat, & digna maiore & rigidiore animaduerſione, ſi rerum ſtatus, qui tunc erat permiſiſſet. *Infremuerunt vehementer Clerici*. Dico infremuit in eis vehementer *caro aduerſus ſpiritum*, & diuturnior fornicationum tolerantia. Atque ſic infremuit, vt Pontificem digniſſimum & ſanctiſsimum, per calumniam hæreticum diceret, *odio haberet corripientem ſe. Audiet enim luxurioſus verbum prudentiæ & diſplicebit ei*. Sic infremuit, vt etiam iſta Scripturæ ſacræ teſtimonia defendendis ſuis nefarijs concubinatibus proferret. *Non omnes capiunt verbum iſtud. Melius eſt nubere quàm vri*. Iſtis more hæreticorum abuteretur.

Matth. 19. & 1.Cor.7.

Sed & hoc *decretum Gregorij* VII. *improbauit Sanctus Vlricus Epiſcopus Auguſtanus, vt patet in prolixa ſua Epiſtola ad Papam Nicolaum huius nominis primum directa.* Quid ſi hanc Epiſtolam falsò huic ſancto Abbati tribuatur? Duo enim tantùm fuerunt Epiſcopi Auguſtanæ vrbis, qui hoc nomine appellati ſunt, quemadmodum ex Munſtero libro tertio Coſmographiæ, & ex Centuriat. Magdeburgenſibus, Dæmochare Theologo Pariſienſi in Cathalogo Epiſcoporum illius vrbis, quem inſeruit

ſeruit libro de ſacrificio Miſſæ, conſtat.

Vlricus ſecundus Auguſtanę vrbis Epiſcopus, ei præfuit circiter annum 1226. aut, vt alij volunt 1330. Quocirca non potuit ſcripſiſſe Nicolao Papæ huius nominis primo, qui præerat Eccleſiæ circiter annum 867. aut 858. aut ſi mauis credere Mornæo perito, ſcilicet, chronologię 800. Non etiam Nicolao Papæ huius nominis ſecundo, qui etiam præerat Eccleſiæ anno 1058. Vlricus autem primus qui ſanctus habitus eſt, præfuit Eccleſiæ Auguſtanę 903. vt Chronographia Auguſtana habet. Vel anno 924. quemadmodum volunt Hermanus Cõtractus & Abbas Vrſpergenſis, defuncto eius prædeceſſore Hildino anno 923. Neque igitur iſte potuit Nicolao primo ſcibere quàm poſt eius mortem, minimum quinquaginta ſeptem annis. Non etiam Nicolao huius nominis ſecundo, diſtant enim centum quinquaginta octo anni aut circiter. Conſtat ergo falsò ei adſcribi.

Non minus falsò, quod de ſex millibus infantium capitum narratur, repertis in quodam Gregorij ſeptimi ſtagno. Alioqui cur non regionem, prouinciam ac locum huius ſtagni determinauit? Qui fieri potuit, vt iſtius tam horrendæ infantium necis apud eundem nulla mentio, nulla apud Paulum Diaconum, Bedam, Sigebertum, Adonem, Freculphum, nulla denique apud illius ſeculi ſcriptores, eius commemoratio facta ſit? Denique veriſimile ne fuerit, quòd tam feralis ſtrages innocentium, & tam copioſa, nulli magiſtratui tanto temporis ſpatio innotuerit?

Quòd ſi innotuerit, abſq; digna animaduerſio-

ne in reos præteruolarit? Et cùm alibi, quàm vbi erat Gregorius ſeptimus, cælibatus ſeruaretur, mirum, quòd à cælebibus aliorum locorum nulla infantium cædes narretur facta. Fortè ex omnibus mundi ac orbis partibus in ſtagnum illud occiſorum infantium capita aduolabant. Sed vbi corpora? Nam de capitibus ſolis fabula narratur. Apage, apage impudentiſſimum improborum hominum commentum hoc.

Verùm ſi adeò placet hanc Epiſtolam falsò ſancto Vlrico affictam obijcere, atque toties, quoties, Saltim cur non fideliter? Siquidem auctor iſtius Epiſtolæ agnoſcit Pontificem Romanum eſſe totius Eccleſiæ caput, cui omnes obtemperare debeant. Locum D. Pauli, quo vult 1. Corinth. 7. *vnumquemque propriam vxorem habere* exponens, dicit, *neminem Apoſtolus excipit, præter eum, qui continentiam profeſſus fuerit, aut qui in virginitate permanere Chriſti amore ſtatuerit. Attamen veſtrum eſt Reuerende Pater, quemlibet compellere, qui emiſſo voto vellet Apoſtatare, atque cogere, vt in promiſſa continentia perſiſtat, aut eum ab omni ordine degradare. Et vt id exequi feliciter valeatis, ego & mei habitus ac veſtitus omnes ſpondemus vobis manus auxiliatrices, & nos vobis adfuturos. Quod autem ad eos attinet, qui nullo ſe caſtitatis voto adſtrinxerunt, nulla ratione debetis eos cogere.* Quid cenſes? Iſta non ſunt contraria ei doctrinæ, quam propugnatis?

Niceph. lib. 8. cap. 19. Hiſtor. Tripart. lib. 2. cap. 14.

Paphnutius, magiſter Ioannes, toties à vobis recoctus, negat ſe vobis, ventrem & carnem propugnantibus adeſſe poſſe. En eius ſententia in Concilio Niceno. *Pro eo atque antiquitùs ſeruari ſolitum eſt, deinceps quoque obtinere oportet, vt qui ſacerdotalem ſuſceperunt dignitatem cælibes, poſtea quoque à con-* iugio

Digitized by Google

iugio abſtineant. Qui verò vxore ducta in ordinem ſacrum coaptati ſunt, vt a coniugibus non ſeparentur. In cuius ſententię poſteriorem partem nihil definitū fuit in eo Concilio. In hanc poſteriorem partem iri volebat Paphnutius, vt teſtis eſt Socrates, quia graue & moleſtū ſacerdotibus ac eorū vxoribus fore exiſtimabat; aut quia prouidebat magnum inde incontinentiæ argumentum vtriſque partibus offerri, vt Soſomenus narrat. Non tamen itum eſt in eius ſententiam. Sed D. Epiphanius hæreſi 59. D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, qui viuebant tempore illius Concilij, ſanctitate & fide celebres negāt Epiſcopis, Preſbyteris, diaconis licitum fuiſſe vxores ducere. Quod non negarent, ſi Concilio aliter definitum fuiſſet. Socrates lib. 1. cap. 8. Soſom. lib. 1. cap. 22.

Quidquid ſit, Paphnutius non fauet Apoſtatis Monachis, Presbyteris, qui dignitatem ſacerdotalem cælibes ſuſceperunt, & poſtea ab Eccleſia defecerunt, vt coniugio abutantur; maior pars tuorum Symmiſtarum ſimilium eſt.

Sordes porrò, quas nonniſi ſceleſtus ac propudioſiſſimus, igne & ſulphure dignus noſtris appingeret, quæque te ſcribentem dedecorant, reumque conſtituunt, tibi, tuiſque remitto. Bona fide, numquid hæc ſæcula, in quibus liceat crimina & conuitia velut è plauſtro in vulgus ſpargere,& in ſacratiſſimos quoſque ordines impunè incurrere?

Sed hæc ſunt, quæ Miniſtrorum Caluinianorum conciones nobilitant; hæc,quæ verarum ſolutionum loco plenis buccis obijciunt. Tutò & feliciter,quia non ſub illis, qui in eos animaduerterent.

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Ex multis alijs cælibatus veſtri cenſoribus, duos tantum ſuperioribus adiungam, Carmelitam ſcilicet Mantuanum & Eraſmum Roterodamum. Arrige aures, Anaſtaſi, & auſculta, quid ordinis veſtri Princeps Baptiſta Mantuanus de legis coniugalis abrogatione pronuntiet.

Integritas vitæ, legum prudentia, cultus
Cælicolûm, tutela inopum, diadema, pedumque
Pictauienſe tibi, dum nil mortalia curas,
Dum viuis tibi, ſorte tuâ contentus ab omni
Ambitione procul, populo applaudente, tulerunt;
Non nocuit tibi progenies, non obſtitit vxor
Legitimo coniuncta thoro, non horruit illâ
Tempeſtate Deus thalamos, cunabula, tædas:
Sola erat in pretio, quæ nunc incognita virtus
Sordet, & attrito viuit cum plebe cucullo.
Romulidum leges quæ ſunt connubia contra,
Eſſe malas quidam perhibent: prudentia patrum
Non ſatis aduertit, dicunt, quid ferre recuſet,
Quid valeat natura pati: ceruicibus, aiunt,
Hoc inſuaue iugum noſtris imponere Chriſtus
Noluit: iſtud onus, quod adhuc quamplurima monſtra
Fecit, ab audaci dicunt pietate repertum.
Tutius eſſe volunt, quâ lex diuina ſinebat
Iſſe viâ, veterumque ſequi veſtigia Patrum:
Quorum vita fuit melior cum coniuge, quàm nunc
Noſtra ſit excluſis thalamis & coniugis vſu.

ANA-

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

115.§.1. Auſculto, mi homo, canentem noſtrum Mantuanum. Ad tuam mentem? Non ita eſt. Quin potiùs auſculto laudantem D. Hilarium Pictauienſem, quia in coniugio, religioſo planè more ac modo vixerit: quia non eum ea incommoda & impedimenta, quæ multa in matrimonio occurrere ſolent, à ſtudijs, à rerum cæleſtium ac ſacrarum contemplatione abduxerint. Quid hæc ad cælibatus perpetui condemnationem?

Quemadmodum ille in matrimonio, ſic tu? Lepidè omnino. Quid ſi raram auem in terris dixero? Verùm vna hirundo non facit ver. Eorum, quæ rariſsimè contingunt legem nullam ſtatuimus. Coniugium non vituperamus, ſed laudamus; Ei cælibatum præferimus. Præfert & diuus Paulus primæ ad Corinthios ſeptimo. Præfert diuus Ioannes Apocalypſeos decimotertio iſtis, *Hi ſunt, qui cum mulieribus non coinquinati, virgines enim permanſerunt, & ſequuntur Agnum quocumque erit. Et nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia.* Siquidem ait D. Gregorius part. 3. Paſtoralis curæ capit. 29. *Singulariter canticum agno cantare, eſt cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus, etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen canticum cæteri electi dicere non poſſunt, licet audire queant, quia per charitatem quidem in illorum celſitudine lætantur, quamuis ad eorum præmia non aſſurgant.*

2. Ne-

2. Neque negamus, vt cum eodem D. Gregorio ibidem dicam *actione ſecularium, coniugatorum plerumque vitam continentium confundi, cùm illi vltra habitum aſſumant opera: & iſti iuxta ordinem proprium non excitant corda*. Sic contigit vt hyacinthus, non naturâ carbunculum, ſed per accidens, pretio ſuperet. Quin etiam euenit, vt actione peccâtium, continentium vita confundatur. *Sæpe enim nonnulli ad Dominum poſt peccata carnis redeuntes: tanto ardentiùs ſe in bonis operibus exhibent, quanto damnabiliores ſe de malis vident, Et ſæpè quidam in carnis integritate perdurantes: cùm minùs ſe reſpiciunt habere quod defleant, plenè ſibi ſufficere vitæ ſuæ innocentiam putant, atque ad feruorem ſpiritus, nullis ſe ardoris ſtimulis inflammant. Et fit plerumque Deo gratior ardens amore vita, poſt culpam, quàm ſecuritate torpens innocentia*. Vnde per Prophetam dicitur, *Erubeſce ſidon ait mare*. Et voce iudicis Chriſti, *Gaudium eſt in cælo ſuper vno peccatore pænitente, magis quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, quibus non eſt opus pænitentia*. Hoc melius ex ipſo vſu colligimus, ſi noſtræ mentis iudicia penſitemus. Plus namque terram diligimus, quæ poſt ſpinas exarata fructus vberes producit, quàm quæ nullas ſpinas habuit, ſed tamen exculta ſterilem ſegetem gignit.

D. Greg. part. 3. paſt. curæ cap. 29.

Eſa. 23.

Luc. 15.

3. Quis denique neſcit ſemper quoſdam extitiſſe, quos cælibatus ſuſcepti pertæduerit? Quis neſcit ſimiles carnalis ſaginæ rationibus non caruiſſe, quibus vellent perſuaſum abſque crimine poſſe ad coniugium, ad nuptias conuolari? Eouſque prorupiſſe veſaniæ, vt dicerent cælibatus leges iniquas eſſe, naturæ ipſi repugnare, Chriſtum eas non tuliſſe? Quæ rationum ſaginæ carnalis obiecta ſiquis audiat, & eis obtemperandum & acquie-

Digitized by Google

acquieſcendum, ſeriò velit, amabò, cuius tandem ſuſcepti ſtatus non tæduerit? Quem ſtatum ſimilibus rationibus non impugnabit? Hæc ſunt quæ in ſimilium perſona, laudato D. Hilario, noſter Mantuanus opponit canens. Quid hæc ad tuam mentem? Princeps iſte noſter, ſi quos ſui ſodalitij, huius viæ viros reperiſſet egregiè exceptos ad Triremes non ablegaſſet? Ablegaſſet haud dubiè. Itaque alio nos telo, ſi habes, impete.

Quod ad Eraſmum ſpectat, nos eius in Monachos dicta & colloquia non legimus? Alium nobis, qui marem & femellam non alternet, & in rebus religionis etiam nutet, oppone. Quis enim neſcit ſtatim in hanc, ſtatim in illam ſententiam ſæpe ire? Ne longiùs abeamus abhac, quam ex eo profers, ſententia. In iſta enim nec probat, nec improbat cælibatum, tantùm contra D. Pauli teſtimonium 1. Corinth. 7. & D. Ioannis Euangeliſtæ Apocalypſeos 13. præfert cælibatui matrimonium. *Exaggerent* (inquit) *quantumlibet ſuum inſtitutum Monachorum ac virginum examina, iactent quantumuolent ceremonias, cultuſque ſuos, quibus potiſſimum inter omnes eminent, ſanctiſſimum vitæ genus eſt, purè, caſtèque ſeruatum coniugium.* Quid nos ad hæc? Nempe iſtis non damnare Monachorum & virginum inſtitutum, ſed tacitè ei præferre coniugium. Iſtis nec apertè probare, nec apertè damnare cælibatum. Denique nos non negare ſanctiſſimum vitæ genus eſſe, purè caſtèque ſeruatum coniugium, verùm, ſanctius eſſe vitæ genus, cælibatum. Eraſmus de conſcribẽdis Epiſtolis.

Quid præterea Eraſmus? *Poſtremò ne præcepit quidem Chriſtus vlli cælibatum, at idem diuortium palàm interdicit.* Quid inde habes? Eraſmum linguarum peri-

Digitized by Google

peritum, hìc tamen, vbi iudicio opus & ingenio; prorſus eo carentem; præferentem illud, quod eſt præcepti & inhibitionis, ei quod eſt Conſilij. At ea quæ ſunt Conſilij perfectiora eſſe ſatis docet Chriſtus Matthæi 19. Et Apoſtolus 1. Corinth. 7. Quod & idem Eraſmus, quamquam in ieiuniorum præſcriptam legem impingeret, agnouit iſtâ, homine Chriſtiano indignâ, ſentētiâ: *Triſtia ſunt ieiunia, quæ præſcribit lex & ingrata Deo, qui hilarem datorem diligit*, In eamdem ſentētiam olim Ærius apud D. Auguſtinum lib. de hæreſ. cap. 54. Statuta enim ieiunia celebranda negabat, tantùm ſpontanea. Cùm igitur, quæ ſunt conſilij perfectiora ſint ijs, quæ ſunt præcepti, vbi ei mens, coniugium hac ratione præferre cælibatui?

Idem Eraſmus Paraph. in 2. D. Marc.

Addit, *Mihi ſanè videtur non peſſimè conſulturus rebus ac moribus hominum, qui Sacerdotibus quoque ac Monachis, ſi res ita ferat, ius indulgeat coniugij*, &c. Non vides & obſeruas ancipitem ſententiam? *Non peſſimè conſulturus eſt* (ait) *ſi res ita ferat*. Quę in iſtis firma & conſtans reſolutio? Subſumo. Atqui *res non ita fert*, igitur *peſſimè conſulturus, qui ſacerdotibus & Monachis ius indulgeat coniugij*. Aut non vides, quàm rem indeciſam relinquat? Quæ ſubſternit ab abuſu ad vſum collecta, indigna ſunt tanto, ſecundùm æſtimationem hominum, ingenio. Non enim ob abuſum, vſus rei è medio tollendus. Aut quicquid in mundo eſt, de medio tolle.

Polyander Calvinista.

Seruile eſt ad omnia maledicta reſpondere, puerile, in illorum refutatione adhæreſcere, quæ non ſolùm vnus, nec pauci, ſed omne vulgus nouit ex pura malitiâ præter æquum eſſe conſi-

confiſta: qualia ſunt hæc tua commenta, Præceptores meos, Caluinum & Bezam, vno, ſcilicet, eodemque tempore, plures habuiſſe vxores. Eoſdem fuiſſe omnium impudicitiarum gurgites, & Scholæ illius auctores, in qua omnis mulier, omnis viri vxor. Eos numquam ad ſacra tractanda proſilijſſe, quàm poſt delicias, & omnis libidinis æſtuaria.

ANASTASIVS CARMELITA.

116. §. 1. Nihil de Caluini, Bezæ Præceptorum tuorum impuritatibus dixi, quod non eorum doctrinâ omni legenti conſtet. Quid enim turpitudinis ac infamiæ eſt, quod eorum ſcripta excurrenti, non occurrat? Quid libidinis inſanæ eſt, quod non affatim & vltrò, etiam videre recuſanti non obuiet? Si excurrere hoc loco, per eorum ſcripta liceret, quis finis? Quid continentiæ ac caſtitatis potuit reperiri in hominibus illis, qui docerent non hominem, non mulierem poſſe à re venerea abſtinere, plus quatuor aut quinque dies? Non hoc legis in bello illo fidei veſtræ ſcuto? Quæ pudicitia apud eos, qui ſe ab omni contritione, confeſſione, ſatisfactione diſpenſarant? qui hominem ſola fide iuſtificari & ſaluari aſſererent? Nullum in homine arbitrium, quo concubitũ expetenti reſiſtere ac obſiſtere poſſet? Arbitriũ hominis merè paſſiuũ eſſe, ineuitabili fato & neceſſitati aſtringi? Scripto non reliquerũt Matthias Flaccus Mãsfeldius & Matthæus Launæus, olim & ipſi Miniſtri, Miniſtros Caluinianos mutuò ſuas ſibi vxores exponere ſolitos, & quò liberiùs & familiariùs Ancillis ſuis abutãtur, eas, ad pontem cambij eũtes, quod dicitur, minimè prohibere? Quã facultatem ac li-

Digitized by Google

Confeſ. de cauſis mutatæ Relig. 1576. Rebul. in Cab. Apolog.

ac licentiam, omni cum patientia, pudicæ, ſcilicet, iſtæ matronæ, arripiunt, ex eodem, quod dicitur, pane pulmentum condientes. Vnde iſtis, quæſo, hoc conſilium, niſi verè à ſuis Præceptoribus Caluino & Beza? Hinc eſt, ut narrat Dominus Rebullæus, qui inter vos conſenuit, rerum veſtrarum peritiſſimus, quòd melior pars Miniſtrorum Caluinianorum clandeſtinè matrimonium contrahant cum ſuis ancillis, abſque vlla publica proclamatione, &, vt loquuntur banno, multiplicandis fratribus. Non pluribus iſtis abutar, vt pote notis Lippis & tonſoribus, qui me à malitiæ crimine, quod mihi appingis, facilè vindicabunt.

CAPVT XXIX.

Ex 5. D. Matthæi & 12. D. Lucæ probatur purgatorium. Deus qui nunc ſuis per gratiam adeſt, aderit eiſdem æternùm per gloriam. Diabolo aduerſario noſtro quomodo velit Chriſtus nos conſentire. Caluinus nullum reuera agnouit infernum.

POLYANDER CALVINISTA.

1. *Secundam calumniam, quòd infernum pro ſepulchro ac morte acerbiſſimâ in locis ſcripturæ à te citatis impiè accipiamus, aliquoties ſatis ſuperque refutauimus. Tertia, quòd negemus Philoſophos crediddiſſe alicubi eſſe infernum, eſt adeò manifeſta, vt ſpongiâ potius, quàm reſponſione indigeat.*

ANA-

ANASTASIVS CARMELITA.

117. §. 1. Secunda calumnia non eſt; tantùm percurrat Lector. 2. Refutaſti ſatiſſuperque (inquis) at verba & voces. Tu ſemper, qui numquam, 3. Vos *negare philoſophos crediſſe alicubi eſſe infernum*, non dixi, non ſcripſi, quin potius Scholaſticos noſtros, Dei verbo ſpreto, ex Scholis Platonicorum & Poetarum fabulis, quæ de inferorum receptaculis ſcribunt ac credunt hauſiſſe falſiſsime ſcribebas, tantùm abeſt vt aſſeruerim vos negare. Quid igitur? Ex Tertulliano & eius rationibus oſtendi Scholaſticos noſtros, fidem, quam docent de inferorum receptaculis non ex Platonicorum Scholis, non ex fabulis Poetarum ſumpſiſſe, ſed à Deo.

Hanc fidem primis conceptionibus & notionibus probari. Hinc adductos Platonicos, Poetas, vt etiam ipſi inferorum receptacula plura eſſe crediderint. Oſtendi te non poſſe, nos eiuſce fidei, Platonicos, Poetas eiuſce credentiæ arguere, quin cum tuo Caluino nullum reuera eſſe infernum aſſereres. Atque argumentis ac inſtantijs noſtris nihil reſpondiſti, vt calumniæ me falsò accuſares, in quam tu incideres; & ſi cuiquam, at tibi iſta quadrarent.

Miraris noſtro quod carmine diceris Otus,
Sit vetus à Proauis cùm tibi nomen Otho?
Aurita eſt, ſimiles & habet ceu noctua plumas,
Saltantémque Auceps mancipat aptus auem.
Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus Otos
Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

Ecquid tam ridiculum, quàm Sannio eſt? Quid ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, ac corpore ridetur ipſo? Cicer. 2. de orat.

Digitized by Google

Perge, mi Sannio, & ſiquid in receſſu habes, quod in hac ſcena producas, expone.

POLYANDER CALVINISTA.

Quarta eſt, Si hæc Scholaſticorum traditio, Infernum eſſe carcerem ſubterraneum, in quo animæ piorum igne perpetuo cruciantur, eſt nugatorum deliratio, idem quoque de Chriſti, Moyſis & Apoſtolorum doctrina ſentiendum eſt. Huius propoſitionis hypotheticæ conſequentiam hoc monſtras argumento, Quod Chriſtus, Moyſes, & Apoſtoli olim tradiderunt infernum eſſe carcerem ſubterraneum, in quo piorum animæ purgatorio, impiorum perpetuo igne cruciantur. Chriſtus Matth. 5. & Luc. 12. Numer. 16. Zacharias c. 13. Apoſtolus Paulus Epheſ. 4. Petrus 1. c. 3. Ioan. Apoc. 20.

ANASTASIVS CARMELITA.

118. §. 1. Verè dixi, nec ex calumnia. Si enim Scholaſticorum noſtrorum diſciplina, quæ fidei Chriſtianę conformis eſt, de inferorũ receptaculis, *nugatorũ deliratio eſt*, vt calũniaris, neceſſe quoque eſſe, vt Chriſtus nugator, delirus ſit, Moyſes Apoſtoli. Nam Matth. 5. & Luc. 12. Chriſtus docet infernũ eſſe carcerem, in quo animę defunctorũ concluduntur. Si delirus nugator Chriſtus Caluino, & vbi eidem Caluino reuera infernus?

2. Hoc argumentum vt euertas 1. dicis te ſequi eorum interpretationem, qui nomine *aduerſarij* de quo Chriſtus Matth. 5. exponunt proximum, *Iudicis* autem magiſtratum. *Tortoris*, apparitorem, *Carceris* verò, non infernum, ſed eum, in quem Magiſtratus ciuilis ſolet conijcere reos, ad ſolutionem nouiſſimi vſque quadrãtis. Quid ni verò ſequereris? Sunt enim, *qui per aëra incidere & citra ſolem ſatagere*, quod de Socrate Ariſtophanes dixit, malint. Sunt qui vanas & falſas interpretationes, veris præferre, & neglecto tritico, cum

Digitized by Google

cum atauis veſci glandibus magis optent. Hoc vitium eſt, præſertim hæreticis familiare; quid ni tibi? Quaſi verò Chriſtus Matth. 5. Luc. 12. de peccatis à Deo poſt mortem puniendis non agat. Matthæi 18. Chriſtus exhibet nobis Patremfamilias ſeruum quendam ſibi multis obæratum in carcerem conijeciſſe, tortoribus tradidiſſe quoadusque redderet vniuerſum debitum, eâ maximè ratione, quòd in conſeruum paucorum ſibi debitorem, nullâ humanitate, nulla miſericordia ductus fuiſſet. Non ibi agit de repetenda à nobis in cōfratres inhumanitate ac feritate à Deo poſt mortem? *Sic & pater meus cæleſtis* (inquit) *faciet vobis ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris*. Licet igitur Matth. 5. Luc. 12. loquatur more humano de Iudice, Tortore, aduerſario, carcere in quem rei mitti ſolent, vel ob debita, vel crimina, quia tamen eius mens eſt loqui de puniēdis poſt mortem à Deo peccatis, neceſſe eſt, vt per iudicem coram quo ſiſti, per tortorem, à quo torqueri, per aduerſarium à quo accuſari, per carcerē, in quem conijci peccatorem oportet, aliquem alium inſinuet. Fit propterea, vt Matth. 18.

2. Loco *non aſperneris Maldonati & Toleti interpretationem allegoricam, qui per aduerſarium, proximum iratum per Iudicem Chriſtum, per Miniſtrum diabolum per carcerem denique locum damnatorum intelligunt*, inquis. Et aio, ſi te non ſpernente hanc eorum expoſitionem, per carcerem, Chriſtus infernum, locum nempe damnatorum intellexit: Et Caluino *delirus nugator* ſit, qui hæc putet; non Chriſtus *nugator delirus*, qui per carcerem infernum intellexit, Interpretibus Maldonato & Toleto, & te eorum non ſpernente interpretationem? Maldonatus in 5. Math. Toletus in 12. Luc.

Digitized by Google

3. Non ita tamen non ſpernis, quin etiam improbes, atque eâ ratione, quòd *Theologia ſymbolica*, docente D. Thomâ Aquinate, *non ſit argumentatiua*. Reſpondeo, 1. Iſtius carceris nomine Chriſtum præſertim Purgatorium, locum alterum inferni intellexiſſe. Nam ex carcere ſeu inferno damnatorum non fit regreſſus, fit autem ex iſto loco, quem carceris nomine præcipuè intellexit. *Inde non exibis donec ſoluerìs ad nouiſſimum quadrantem*. Igitur ſoluto vltimo vſque quadrante, inde exire quis poteſt. 2. Symbolicam Theologiam non eſſe argumentatiuam, niſi vbi euidens & perſpicua eſt allegoria. Patet Luc. 3. Vbi D. Ioann. Baptiſta ex 40. Eſaiæ capite, hæc pronuntiat. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur*. Et rurſus, *Ego vox clamantis in deſerto, parate vias Domini rectas facite ſemitas Dei noſtri*. Certum enim eſt, ſi ſenſum literalem attendas, quòd Eſaias de reductione Iudæorũ è captiuitate Babylonica loquatur, quæ tamẽ D. Baptiſta ad ſenſum myſticum, & ad adſtruendam vocationis ſuæ, ac officij auctoritatem aſſumit. Quæ allegorica Theologia adeò clara & euidẽs, vt nec Phariſæi, qui ad eum miſſi fuerant, non negarint, ſed acquieuerint, ex hoc loco ſuam miſſionem probanti. Patet etiam Galath. 4. vbi D. Paulus. *Scri-*
Galat. 4. *ptum eſt* (inquit) *quia Abraham duos filios habuit; vnum de Ancilla, & vnũ de libera*. Ex iſtis per allegoriam interpretatis, probat ac colligit Eccleſiæ ex Gentibus electionem, & Iudæorum ſeu ſynagogæ re-
Exod. 12. probationem. *Hæc ſunt* (inquit) *per allegoriam dicta*. Patet denique & ex 12. Exodi, vbi iſta, *os non comminuetis ex eo*, quæ non tantùm literaliter, ſed etiam figuratiuè dicebantur. Nam D. Ioannes

probat

Digitized by Google

probat hoc fuiſſe in Chriſto impletum. *Ad Ieſum* Ioan. 19.
milites cùm veniſſent vt, viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Facta autem ſunt hæc vt ſcriptura impleretur:: *Os non comminuetis ex eo*. Argumentatur enim à figura ad rei veritatem & eius impletionem. Patet tandem, ex iſtis diui Pauli, *Non alligabis os boui trituranti*, ex qua Theologia ſymbolica argumentatur, & concludit eum *qui altario ſeruit, de altario debere viuere*. Quòd autem diuus Tho- 1. Cor. 9.
mas dicit Theologiam ſymbolicam non eſſe argumentatiuam, intelligendum vbi allegoria ſenſus diuerſos & ſic obſcuros & latentes habet, vt nec vnus, nec eorum alter omnibus pateat. At Chriſti verba Matth. 5. Luc. 12. ita ſunt euidentia, clara, ac manifeſto, vt ex his non poſſis, non colligere ordinem, diuinæ Iuſtitiæ. Siquidem, ſi in iudicio humano iuſtitia poſtulat, vt quiſque pro menſura ſui delicti puniatur, vt qui debitor eſt carceri tradatur, donec perſoluerit ad nouiſſimum quadrantem, quanto magis in iudicio diuino? Et ſi is modus, quem Chriſtus Matth. 5. Lucæ 12. deſcribit ſeruatur in iuſtitia humana, quanto magis in Iuſtitia diuina? Aut humana iuſtitia iuſtior ac prudentior iuſtitia diuina? Quod ſi iuſtitia humana præſcribit, vt qui ſoluit ſummam integram liber dimittatur & abeat; non etiam diuina? Aut hæc illâ crudelior & inhumanior?

POLYANDER CALVINISTA.

Vt errorum varij ſunt anfractus, ſic Bellarminum (vt alios præteream) à tuâ opinione diſcrepare. Tu enim, quod Chriſtus de vna cuſtodia pronuntiauit, de duobus iiſq; diuerſis carceribus exponis de purgatorio ſcilicet & inferno. Bellarminus autem illorum ſententiam omnium veriſimam eſſe

 ſen-

Digitized by Google

Bellarm. lib. 1. de purg. cap. 7. *cenſet, qui Chriſtum de ſolo purgatorio locutum fuiſſe exiſtimant, idemque argumentis partim a Patrum orthodoxorum auctoritate deductis confirmat, partim hac inepta interpretatione donec pro aliquando*, non videtur (inquit) recte poſſe dici, donec ſoluas vltimum quadrantem, niſi aliquando ſit futurus finis ſolutionis. Quocirca hinc recte inferimus, Ergo aliquando ſoluet vltimum quadrantem, & conſequenter exibit inde. *Quam Bellarmini interpretationē propterea ineptam eſſe iudico, quòd ſi quis ſimili ratione ex his verbis Ieſu Chriſti*, Ero vobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi, *concluderet Chriſtum non eſſe nobiſcum poſt conſummationem ſeculi, is pro puero in ſacra Scriptura expoſitione ab eruditis haberetur.*

ANASTASIUS CARMELITA.

119. §. 1. Neque Bellarminus à mea diſcrepat, neque ego ab eius opinione diſſentio. Nam quod Chriſtus de vna cuſtodia pronuntiat, virtute conſequentiæ de pluribus pronuntiat, licet illæ inter ſe ſitu & conditione differant. Si enim conſtat de Purgatorio, non etiam de inferno damnatorum? Si de illius realitate, ſtatu, & conditione conſtat, non etiam de huius realitate, ſtatu, & conditione, vi conſequentiæ conſtat?

2. Neque inepta eius interpretatio *donec* pro *aliquando*. Sed inepte à te per comparationem adducta argumentatio & conſequentia, atque ab

D. Gregorius lib. 8. Morali. cap. 14. eo, qui in ſacræ Scripturæ expoſitione parùm, aut nihil valet. In Scriptura enim ſacra nonnumquam *Donec* ſignificat æternitatem, verbi gratia pſalmo 109. *Dixit dominus Domino meo, ſede à dextris*

Digitized by Google

dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum Pſalm. *tuorum.* Nonnumquam importat negationem, vt 109.
Matth. 1. *Ioſeph non cognouit eam, donec peperit filium* *ſuum primogenitum.* Donec, id eſt nequaquam, nec Matth. 1.
antè, nec poſt vmquam cognouit. Nonnũquam temporis determinationem &, communiter, vt D. Hieron. Epiſt. ad Sabinianum Eſaię 22. *Non dimittetur vobis hæc iniquitas donec moriamini.* Luc. 9. *Sunt multi de hîc ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis.* Iob 14. *Homo non reſurget, donec atteratur cælum.* Sic Matth. 5. Luc. 12. Sed & *Vſque* aliquando æternitatem importat, vt Ioannis 5. *Pater meus vſque modo operatur & ego operor.* Vſque, id eſt ſemper & æternùm. Aliquando determinationem temporis & loci, &c. Loci vt 4. Regum 1. *Mane hîc, quia miſit me Dñs, vſque in Bethel.* Temporis autem & cõmuniter ſæpeque ſæpius, vt pſal. 70. *Vſque nunc pronunciabo mirabilia tua.* Rurſus *vſque ad ſenectam & ſeniũ, Deus ne derelinquas me.* Nam quamquam apud Hebreos hæ particulæ, *donec*, *vſque* continuitatem dicant longiſſimi temporis, tamen finiendi ac terminandi frequentiùs. Sic & Matth. 28. *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.* Ergo non erit nobiſcum poſt conſummationem ſæculi? Quis hanc conſequentiam tam pueriliter colligit? Polyander. Erit, mi homo, ſed alio modo. Nam Deus rebus præſens eſt diuerſis modis. Promittebat ergo Apoſtolis, & Eccleſiæ ſe eis adfuturum vſque ad conſummationem ſeculi per gratiam viæ, veritatis, infallibilitatis, & regiminis, quę aſſiſtentia finietur conſummatione ſeculi, cùm militans Eccleſia eſſe deſierit *& tradiderit Chriſtus regnum in manus Patris*, poſtea Apoſtolis & omnibus electis æternùm aderit per

Digitized by Google

gloriam. Cuius diſtinctionis ignorantiâ, factum, vt Polyander tam pueriliter iudicaret ineptam eſſe Bellarmini interpretationem. Itaque aliâs, meliore vſus conſilio, plus ſapiat.

POLYANDER CALVINISTA.

Ex veſtrorum interpretum opinionibus abſurdas & mirum in modum abſonas ſequi concluſiones colligo. Nam ex eorum interpretatione, qui per aduerſarium intelligunt diabolum, hoc Poriſma colligitur, nobis cum diabolo (cui Apoſtolus Iacobus iubet vt perpetuò reſiſtamus) in gratiam eſſe redeundum, atque efficiendum, vt in hac vita, ipſius ſimus amici, Græca enim vox εὐνοῶν, teſte veſtro Bellarmino, beneuolum & concordem ſignificat, &c.

Iacob. 4. verſ. 7.

Bellarm. lib 1. de purg. cap. 7.

ANASTASIVS CARMELITA.

120. §. 1. Noſtri interpretes ſunt Origenes homil. 35. in Lucam D. Ambroſius lib. 7. in Luc. cap. 59. D. Hieronymus ad Demetriad. Epiſt. 8. Euthimius, Theophylactus in 12. D. Luc. Iſti enim per aduerſariũ diabolum inſinuari docent. Vnde D. Petrus, *Aduerſarius veſter diabolus tanquam Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* Volunt autem nos ei conſentientes eſſe, amicos, beneuolos, ſed per negationem & remotionem, per receſſum ab ijs, quibus corã Deo nobis aduerſari meritò poſſet. Quaſi diceret Chriſtus, ſic viue, vt nihil habeat Dæmon, quod iure tibi coram Deo exprobare queat, quod aduerſum te in Dei iudicio obijcere poſſit. Non enim aliter quàm Ioab olim, qui nuntianti vidiſſe ſe Abſalonem pendere de quercu reſpondit. *Si vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra, & ego dediſſem tibi decem ſiclos argenti & vnum balthaũ?* Cui iſte? *ſi appenderes in manibus meis mille ſiclos argenti, nequaquã mitterem manũ meam in filiũ Regis, audientibus enim nobis præcepit tibi rex, & Abiſai & Ethai*

1. Pet. 5.

2. Reg. 18.

Ethai dicens, cuſtodite mihi puerũ Abſalon. Sed & ſi feciſſem contra animam meam audacter, nequaquam hoc Regem latere potuiſſet, & tu ſtares ex aduerſo. Suggerit enim dæmon, vt contra diuinum præceptum imperiumque faciamus, cuius ſuggeſtioni vbi acquieuimus & obtemperauimus, ex aduerſo accuſator in Dei iudicio ſtat. Quapropter noſtri interpretes docent Chriſtum ſignificare nos huic *aduerſario conſentientes, dum ſumus in via hac*, eſſe debere, per receſſum ab ijs, quæ ſuggerit, ne eum aduerſarium poſt hanc vitam coram Deo experiamur. Quam diſtinctionem ſi Polyãder ſciuiſſet, non tam abſurdè collegiſſet; non, contra veritatem ſuggerente diabolo, ſeſe armaſſet, nec in iudicio diuino, ob id diabolum aduerſarium ſemel ita expertum, ſed amicum, ſed beneuolum per receſsũ ab impia ac iniuſta hac ſuggeſtione.

2. Qui ſic diabolo conſentiunt, *Deus eos non iudicat, non lictori tradit in carcerem deducendos*, ſed eos, qui hoc modo ei conſentire renuunt, hoc poſtulante diuina iuſtitia.

POLYANDER CALVINISTA.

Ex Bellarmini & aliorum expoſitione, qui per aduerſarium putant Deum ipſum eſſe intelligendum, elici poteſt, Deum non eſſe iudicem noſtrum, ſed rigidum actorem, nos apud ſuum, noſtrúmque Principem accuſantem; ſi velimus nos poſſe in hac vita Deo cumulatè ſatisfacere, & inimicitijs noſtris finem imponere, ſi autem nolimus, Chriſti ſatisfactionem, nihil nobis coram iudice profuturam, ſed iudicem imperatam debitorum noſtrorum perſolutionem rigido iure à nobis exacturum. Ex tua denique ſententia, carceris nomine tam Purgatorium, quàm infernum deſignari, neceſſariò ſequitur Chriſtianorum animas diabolo tradi, ab eo in purgatorium deduci, ibiq́ cathe-

Digitized by Google

nis conſtringi & cuſtodijs detineri, donec pretium redemptionis ſibi ex Iudicis imperio præſcriptum exoluant.

ANASTASIVS CARMELITA.

121. §. 1. Perbelle, ſed balbutienti, ſed imperito ſacrorum oraculorum. Alioqui, quæ iſtæ conſequentiæ & vnde deductæ? Has non educet, qui nouerit Deum, diuerſis conſiderationibus plurium perſonam in ſacris ſubire. Regis ac Princi-
Iob 25. pis *apud quem poteſtas & terror*. Aduerſarij, vt qui longe à noſtris diſſideat prauitatibus, cui *abomi-*
Prou. 3. *natio eſt omnis illuſor*, & aduerſus eum ſtans dicit,
Pſal. 49. *Exiſtimaſti inique, quòd ero tibi ſimilis; ſtatuam contra te faciem tuam.* Iudicis, eſt enim ille, qui *iudicat iuſtum*
Pſal. 10. *& impium*, qui eoſdem *interrogat*. Et putas, qua auſteritate, quo rigore? *In cogitationibus impij erit inter-*
Sap. 1. & 11. *rogatio*. Rurſus, de probis & improbis, *Illos quidem tanquam pater monens probaſti: iſtos autem tanquam rex durus interrogans condemnaſti.* In illos Patris, in iſtos Regis duri perſonam gerens. Quàm duri, non negat Chriſtus, qui mnæ contemptæ & neglectæ accuſato ac dicenti, *ſciebam quòd homo auſterus eſſes, tollens quod non poſuiſti, metens quod non ſeminaſti,*
Luc. 19. reſpondit, *De ore tuo te iudico ſerue nequam, ſciebas, quod homo auſterus ſum, tollẽs quod non poſui, metens quod non ſeminaui, & quare nõ dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum vſuris vtique exegiſſem illam?* Itaque diuerſis reſpectibus Deus plurium perſo-
Ioan. 10. & 14. nam induit. Sic Chriſtus, ſe viam, oſtium, paſtorem ouium diuerſis rationibus, quarum conſiderationis defectu Polyander concluderet. Chriſtus eſt paſtor ouium, non igitur oſtium. Eſt via; non ergo oſtium, non ergo Paſtor. Quàm ignoranter, quàm pueriliter?

2. *Si non velimus inimicitijs noſtris finem imponere in*

hac

Digitized by Google

hac vita, Chriſti ſatisfactio nihil nobis coram iudice profutura eſt? Nihil, mi homo, hoc enim pronuntiat Chriſtus. *Et iudicium fiet ſine miſericordia, ei, qui non fecerit miſericordiam.* Aut putas reprobis cuius generis ſunt, qui decedunt cum zelo vindictæ, cum rancore, profuturam Chriſti ſatisfactionem? Quin potius ad maius ſupplicium iſtis futura eſt. Eis autem, qui *ex corde remiſerint* iniurias ſibi illatas, vt cumulate ſatisfacere queant, & hic & in altero mundo, ſi neceſſum fuerit, vt detentis in purgatorio, proderit Chriſti ſatisfactio. Iſtis & ſimilibus, qui *in Chriſto ſunt non eſt damnatio.* Iacob. 2. Math. 18. Rom. 8.

3. Carceris nomine cum Patribus orthodoxis purgatorium à Chriſto intellectum eſſe volui; infernum autem, vt iam ſemel dixi, non ſimpliciter & abſolutè, tantùm per accidens & vi ac virtute conſequentiæ. Nam ſi ex hoc loco conſtat reuera purgatorium eſſe, vt de facto conſtat, Infernum quoque reuera eſſe, ex eodem loco conſtat. Quocirca, vt puerilis & ineptæ tuæ fuerunt ſuperiores concluſiones, ita & hæc. Diuerſos enim Lictores Deus habet. Habet malos Angelos, habet & bonos, vt ex ſcriptura patet multis in locis. Reprobos tradit malis Angelis, eos autem, qui pœnis purgatorijs purgari debent, tradit bonis Angelis in purgatorium deducẽdos.

POLYANDER CALVINISTA.

In postremâ tuâ calũnia fallaciã video à dicto ſecundũ quid ad dictũ ſimpliciter. Nõ enim ſimpliciter Caluinus in Eſa. 30. aut alijs locis (vt tibi aliquoties inculcaui) negat eſſe alicubi infernũ & carcerem reprobis deſtinatũ, ſed ſecundũ ſomnia veſtra & commẽta. Ibidem enim, nempe in Eſa. 30. indicat (teipſo confitente) mactationem futuram in profundo: latam vocari gehennam, & Deũ ſatis amplum

plum habiturum locum in quem omnes hoſtes ſuos includat. *Ibidem quoque ſeipſum explicans monet ne in iſtius loci & ignis indagatione ineptos & ridiculos veſtros Sophiſtas imitemur,* &c. *Qui ea, quæ in ſacra Scriptura de loco ac pœnis inferorum dicta ſunt metaphoricè, tanquam propriè dicta intelligunt. Quàm verò manifeſtum hoc eſt veritatis teſtimonium ex propria tua confeſſione profectum, quo Caluinum fateris aſſerere* aliquem eſſe locum ſatis amplum, in quem Deus omnes

Apocal. 22. ſuos hoſtes includet. *Nam his ſanè verbis, ſi non moueris, Anaſtaſi, vt, in poſterum rectius ſapias nihil aliud reſpondeo tibi, quàm dum omnino ſordeſcere, & ad lucem meridianam cæcutire cupis, adhuc ſordeſcas & quamdiu voles, cæcutias.*

ANASTASIVS CARMELITA.

122.5.1. Quid toties fruſtrà, & in tam clara luce effugium paras? Inter Orci cancros adhæres,

——— Et nunc

Caſibus in noſtris denique captus ades.

Nulla fallacia à dicto ſecundùm quid ad dictum ſimpliciter, Quæſtio ſimplex eſt & iſta, An Caluinus in 30. Eſaiæ, agnouerit aliquem reuera infernum, aliquem reuera locum, in quo mortui concludantur. Sed imponere placuit vt tuis ſatisfeciſſe videreris. Nam iſtis, quibus vult *Deum habiturum locum ſatis amplum in quem hoſtes ſuos includat*, quis moueri poſſet, niſi idem ipſe Caluinus, non de reuera loco ſe loqui, ibidem diceret. Ita enim, vt ſuperiore libro attigi. *Propheta per Thophet, gehennam haud dubiè intellexit: non quòd aliquem oporteat locum ſomniare, in quo mortui concludantur: ſed conditionem eorum miſeram, extremoſque cruciatus & tormenta ſignificat.* Et vis nos in tanta luce verborum cæcutire? Non ita, mi homo, quin potiùs

Digitized by Google

potiùs velim omnes adeſſe æquos Iudices, atque hîc, vbi nullus fucus, nullus color reperiri poteſt: Vbi tam apertis, monendus ſeriò tuus affinis, vt centum aureos coronatos, quibus ſe promiſſo obligauit Domino Mechelmanno, exoluat. Iſto enim nihil clarius, nihil euidentiùs. Niſi verò malis Caluinum de inferni reuera loco ſibi eodem loco contradicere, admittere, & ſibi contradicendo reuera infernum non agnoſcere & reuera agnoſcere. Sed cum altera pars contradictionis aſſertionem noſtram confirmet, affinis tuus, non poteſt non obligari ad ſolutionem pacti. Iudicent omnes quibus rei æquitas in commendatione eſt.

POLYANDER CALVINISTA.

Sarcaſmos, contumelias & quicquid in hoc capite caninæ eſt eloquentiæ, ſilentio præteriens, quas proponis quæſtiones atque obiectiones ordine examinabo. Ad primam quæſtionem, An Caluinus crediderit & docuerit aliquem eſſe reuera inferni locum, in quo animæ reproborum concludantur; *affirmatiuè reſpondi, meamque aſſeuerationem firmiſsimis argumentis ſtabiliui. Ad ſecundam,* An Caluinus crediderit, ignem inferni eſſe materialem & corporalem atque vſtionem ſenſibilem, quâ reprobi crucientur: *Reſpondi cum hac diſtinctione, Caluinum quidem aſſerere pœnas inferorum eſſe reales & ſenſibiles, ſed negare ex ſacris literis certò poſſe probari, ignem illic eſſe realem, id eſt materialem, corporeum, & noſtro, quo in terris vtimur, conſimilem.*

ANASTASIVS CARMELITA.

123. §. 1. En Lector ad obiecta reſponſiones iſtius Miniſtri, qui quicquid dixeris verè & appoſitè, ſarcaſmis, contumelijs & caninæ tribuat eloquentiæ. At nondum ſtatim finis: nec enim

poteſt

Digitized by Google

poteſt hæc ſentina conuitiorum exhauriri. *Ad primam quæſtionem affirmatiuè* reſpondiſti, fateor, qui negatiuè debueras. *Tuam aſſeuerationem firmiſſimis argumentis ſtabiliuiſti* nego, atque hanc tuam oſtentationem Hippiæ multum diuque commendo.

2. Ad ſecundam reſpondiſti cum diſtinctione. O felicem & fortunatam diſtinctionem, atq; hactenus nec viſu, nec lectu in tuo ſcripto poſsibilem. Non erubeſcis tibi & mihi imponere? Neq; tamen ideo tibi res tuæ ſaluæ ſunt. Nam in Matthæi 3. & 26. contra noſtrorum ſententiam negat ignem inferni, de quo ibi Chriſtus, eſſe realem, id eſt corporeum, materialem. Et *ignis nomine adumbrari pœnæ atrocitatem, quæ ſenſu noſtro non comprehenditur, horribile tormentum notari, quod nec ſenſu hominum, nec verbis exprimi queat*. In noſtros, inquam, qui credunt eſſe ignem realem, id eſt *corporeũ, materialem*. Quam realitatem, corporeitatem negat; quis non inde neceſſariò concludit, nullum Caluino reuera infernum eſſe, nullũ locũ? Nam ſi nullus reuera ignis, quid opus reuera inferno, reuera loco in quo ignis ſit? Et vt ad tuam, eamque commẽtitiam diſtinctionem, à Caluino ne ſomniatam quidem, deſcendam; Demus tibi per conceſsionem Caluinum tantum velle, *ex ſacris literis non certò probari poſſe, ignem illum eſſe realem, corporeum, materialem*. Nonne hæc eſt vobis ſolemnis ſententia, *nihil credi debere, quod non ſacris conſtet literis?* At, vt vis, Caluinus negat ex ſacris literis poſſe probari ignem inferni eſſe realem, corporeum, materialem. Ergo Caluino ergo vobis nullus credendus reuera ignis æternus. Rurſus, cùm ex huius ignis realitate colligatur & loci, in quo exiſtit, realitas. Vbi Caluino, vbi vobis

reuera

Digitized by Google

reuera infernus? En quàm firmis argumentis Caluini impietati occurris, Verè Seneca. *In ſe ſemper armatus furor.*

POLYANDER CALVINISTA.

Sequuntur obiectiones. Nullum Metaphoricum (inquis) eſt reale. Infernus, ignis æternus, eius vſtio, Caluino eſt Metaphorica. Igitur Caluino Infernus, ignis æternus, eius vſtio non eſt realis. *Quandoquidem hac, quantum aſſequi potui, totius tua diſputationis eſt prora & puppis, ad vtramque propoſitionem copioſè reſpondebo. Maiorem igitur nego, quia nullum metaphoricum eſſe reale, nimis confidenter aſſeris.*

ANASTASIVS CARMELITA.

124. §. 1. Cleophontem audire me videor *Ex cuius labris hirundo Thracia inſtrepit.* Certè ſi verbis res reſpondeat, viciſti. Ergo quàm copioſè ad vtramque propoſitionem huius noſtri Syllogiſmi reſpondeas diſpiciamus. Negas maiorem, atque copioſè, 1. *quia eam minùs confidenter aſſeuerem. 2. quia nunquam me adeò peponem credidiſſes, vt in rebus ipſa luce clarioribus tam turpiter impingerem. 3. quia etſi me Peponem voces, non deſinam eſſe ens reale, vel ſi diſplicet hac appellatio: ſi quis me per Metaphoram ordinis Carmelitici floſculum nominet, non ideo neget me, ordinemque meum eſſe ens reale. 4. quia ſi Chriſtus Ioan. 15. vitem ſe nominet, electos ſuos palmites, propterea Chriſtus non eſt reapſe, aut ipſius electi tantum ens ſolius* φανταςίας. *Quæ neceſſe eſt conſequi (ſi quod argumentum Achilleum mihi viſum fuit) nullum Metaphoricum ſit reale.* An non copioſè hæc? Et quidem, ſed, quod dicitur, de Gallo gallinaceo ad Aſinum. Itaque dico me non nimis confidenter aſſeuerare, nullum Metaphoricum eſſe reale. Nam veriſſima eſt propoſitio. Neque perſuadebit nobis Polyander,

homi-

hominem in tabella depictum, reuera hominem eſſe, quanto minùs id quod metaphoricum eſt? Siquidem homo pictus eſt quid reale exiſtens & quod ipſis oculis cerni poteſt: at quod eſt metaphoricum, nullum eſſe ſenſibile habet. Quod metaphoricum eſt, tale dicitur non per proprietatem naturæ, ſed tantum per ſimilitudinem, quę in ſola animi conſiſtit comprehenſione. Qua de cauſa nullum reuera eſſe obtinet.

Abundè ſuperiore libro detexeram ſophiſma tuum à dicto ſecùdùm quid, id eſt metaphorico, ad eſſe ſimpliciter. Dixeram aliud eſſe, rem metaphoricis loquutionibus adumbrari, aliud rem ipſam in recto dici & aſſeri eſſe Metaphoricam. Quàm explicationem velut non viſam neglexiſti, vt hìc aliquid te habere, quo Lectori fucum ac colorem faceres, oſtenderes. Sed fruſtra, mi homo, non enim vnquam ſibi perſuaſurus eſt, non olim errore fuiſſe deceptum Æſopi canem, qui perſpectam in aqua ſpeciem carnis, eam arrepturus os operuit, iniiecit, vera pars ore ipſi decidit, & vtrâque fruſtratus receſſit.

Certè ——— *Non ego Daphnim*

Cantando metuam, ſi numquam fallit imago.

Tu mihi Peponem das, ne ingratus ſim, ego tibi Aſinum. Itaque, Aſine ſi reuera & ſecundùm proprietatem naturæ Aſinus eſſes, & curares te in tabella aliqua depingi, non defineres quidem eſſe reuera Aſinus. Verumtamen, ſi abs te ſciſcitarer, An Aſinus ad tui ſimilitudinem, in dicta tabella expreſſus, eſſet reuera Aſinus; ni fallor, reſponderes negatiuè. Quis enim pictum Aſinum dixerit reuera Aſinum? Si affirmatiuè, bis reuera Aſinus eſſes, tua ipſius confeſſione.

Digitized by Google

ſione. Allucinareris tamen, non enim ſecundùm naturę proprietatem bis Aſinus eſſe poſſes, quin monſtrum in rerum natura exiſteres. Quid cenſes? Ego ſi hæc, cum bona venia, Magiſter Ioannes. Nam eò me adigis. Verùm redeo ad tuas inſtantias. Si quis, ſi ego Pepo per metaphoram vocer, non tamen (ais) *deſino eſſe ens reale*. Si Chriſtus Ioan. 15. *vitis nominetur* per metaphoram, *electi eius palmites, non deſinunt tamen eſſe entia realia*. Quæ iſtæ fallaciæ, magiſter Ioannes, cum quis de ſenſu vno, ad alterum concludit? Cùm quis ab eo, quod ſecundùm quid pronuntiatur, ſaltat ad id, quod per ſe ſumitur? Nonne fallaciæ compoſitionis ac diuiſionis: à dicto ſecundùm quid, ad dictũ ſimpliciter? At nõ ſic procedo, non etiam ſoleo. Argumẽtum meum procedit à cenſu compoſito ad ſenſum compoſitũ; ab eo quod eſt dictum ſecundùm quid, ad dictum ſecundùm quid. Quo fit vt iſta propoſitio, nullũ metaphoricum, inquantum metaphoricum, eſt ens reale, veriſsima ſit. Verbi gratia homo non per ſe ſumptus, ſed per metaphoram ſumptus, reuera non eſt homo. Homo per metaphoram Pepo dictus, reuera non eſt Pepo, quamquam ſit homo. Ita Chriſtus per metaphoram vitis dictus; quamquam reuera ſit Chriſtus, tamen non eſt reuera vitis, ſed tantùm per ſimilitudinem. Caluinus autem aſſerit infernum, ignem æternum, eius vſtionem eſſe metaphoricam; Igitur Caluino nullus reuera infernus, nullus reuera ignis, nulla reuera vſtio. Quæ concluſio tam clara & euidens, quàm quæ maximè. Caluin. in 3. & 25. D. Matt.

2. *Quantum aſſequi potuiſti, totius meæ diſputationis eſt prora & puppis*, ais. Quò, quò iſta? Non enim

Digitized by Google

minùs reliqua. Sed vel vltrò, vel reuera luſcus es, ne ſingula videas.

POLYANDER CALVINISTA.

Tametſi Infernus ſit realis, ſi ignis, ſi vſtio eſt metaphorica, illa ſanè realia non erunt. Erunt, mi Cocheleti. *Non enim metaphoricum reali, ſed proprio opponitur; nec reale metaphorico eſt contrarium, ſed fictitio & intentionali. Multa propriè exprimi poſſunt, quæ non ſunt realia, multa ſunt realia, quæ metaphoricè exprimuntur. Quantum ergò reale diſtat à proprio, tantum metaphoricum à fictitio differre neceſſe eſt.*

ANASTASIVS CARMELITA.

125.§. 1. Metaphoricum non opponi reali ſed proprio tantùm, falſum eſt, mi Ioannes. Nam vtrique opponitur. Cùm id quod metaphoricum eſt non modò per tranſlationem & per ſimilitudinem, dicatur, verum etiam nullum eſſe habeat, quàm in animi intentione & comprehenſione.

2. *Reale autem à proprio diſtare*, nugæ ſunt Polyandri, ſunt enim cognata, vt & id quod metaphoricum & fictitiũ. Atque Polyandro longè doctior Caluinus, qui ideo aduerſus noſtros, qui reuera infernum, reuera ignem, reuera vſtionem eſſe defendũt eorum realitati ac proprietati opponit id quod metaphoricum eſt. Alioqui fruſtra in eos ageret.

3. *Sunt multa quæ propriè exprimi poſſunt, quæ tamen non ſunt realia, multa realia, quæ impropriè.* Quid etiam inde? Hinc videre eſt, verum eſſe quod ſuprà dixi, aliud eſſe aliquid metaphoricis locutionibus exprimi, id eſt impropriè, aliud, iſtud ipſum, in recto, eſſe metaphoricum. Illud enim non tollit rei veritatem, ſed iſtud,

Po-

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Ideo minorem propoſitionem nego, qua affirmas infernum atque ignem inferni eſſe metaphoricum, id eſt fictitiū & pro negationis meæ confirmatione verba Caluini repeto. Quia diuinæ (inquit) in reprobos vltionis grauitatem nulla deſcriptio æquare poteſt, per res corporeas eorum tormenta & cruciatus nobis figurantur, nempe per tenebras, fletum & ſtridorem dentium, ignem inextinguibilem, vermem fine fine cor arrodentem. Talibus enim loquendi modis certum eſt Spiritum ſanctum voluiſſe ſenſus omnes horrore conturbare: vt cùm dicitur præparatam eſſe ab ęterno gehennam profundā, &c. Caluin. lib. 3. Inſtitut. cap. 25. §. 12.

ANASTASIVS CARMELITA.

126. §. 1. Maior veriſſima erat, non minùs vera minor. Quòd enim Caluinus voluerit Infernum eſſe metaphoricum ex Commentarijs in Eſa. 30. Conſtat *Per Thopheth, ait, Propheta ſine dubio gehennam intellexit, non quod oporteat ſomniare aliquem locum in quo mortui concludantur, ſed miſeram eorum conditionem, extremos eorum cruciatus & tormenta*. Quod etiam aſſeruerit ignem eſſe metaphoricū, patet ex eius teſtimonio in 3. & 25. D. Matth. Ita enim aduerſus noſtros, *ſi enim ignem realem vel materialem, vt vocant, ſtatuet e lubet ſimul addendum erit & ſulphur & flabellum*. Quid iſtis apertius, clarius? Exoluat gener tuus centū coronatos aureos, quibus ſe pacto obligauit. Quinetiam verba quæ ex eodem adfers, tantùm abeſt vt faciant ad confirmationem tuæ negationis, vt eam omnino infirment. Cùm enim ignis inextinguibilis nomine, non verum ignem, ſed ſolam diuinæ in reprobos vltionis grauitatem, tormenta & cruciatus tantùm figu- Caluin. in 30. Eſa.

rari velit. Vbi igitur Caluino reuera ignis in inferno? Cæterùm cùm apertè neget ignis realitatem, & actio vniuocè agentis, neceſſariò naturam eius ſequatur, non poteſt, ignis vſtio eſſe realis. Quare vbi Caluino, reuera infernus, reuera ignis inferni, reuera eius vſtio? Non potuiſti ergo negare minorem, niſi veritati ipſi reluctareris. Neque quempiam mouere debent, quæ ad teſtimoniũ Caluini adfers. Nam omnes fatebuntur res, quæ deſcribuntur, non eas eſſe, quibus deſcribuntur. Cruciatus, tormenta, quæ patiuntur reprobi vult deſcribi, igne inextinguibili, fletu, ſtridore dentium, verme cor arrodente. Cruciatus ergo & tormenta non ſunt, ille reuera ignis, fletus, ſtridor dentium, vermis cor corrodens. Idem vult nomine inferni, eoſdem cruciatus, eadem tormenta exprimi; non ſunt igitur reuera infernus. Exoluat, aio, rurſus tuus affinis, centum illos aureos coronatos. Iſtis enim quàm maximè conſtat Caluinum nullum reuera infernum agnouiſſe.

POLYANDER CALVINISTA.

At Monachum audio mihi obloquentem. Poſtquam Caluinus dixit metaphoricam eſſe loquutionem, rationem ſubiungit ac ſcribit. Nam ſi ignem realem vel materialem, *vt* vocant, ſtatuere libet, ſimul addendum erit & ſulphur. Quo in loco (*inquit*) Caluinus opponit quòd metaphoricum eſt reali & corporeo. Ergo nullum reuera infernum, nullum reuera ignem, nullam reuera huius ignis vſtionem agnouit. *O miſerabilem inſcitiam cùm exeerabili malitiâ conunctam. Non de ſignificatione inferni, aut pæna inferorum in locis à me annotatis diſſerit Caluinus, ſed de ſignificatione gehennæ omnia deuorantis ac abſor-*

ſorbentis. *Et cùm ignem illum realem tantummodo ſumit pro materiali & corporali, tu verò, quòd de igni tantùm pronuntiat, ad infernum malitioſè detorques, & in alienam trahis ſignificationem, cùm reale, pro loco reuera exiſtente accipis.*

ANASTASIVS CARMELITA.

127. §. 1. Monachus iſte non obloquitur, ſed mentem Caluini aperit ac demonſtrat, qui locis à te annotatis, nempe in 3. & 25. D. Matthæi aduerſum nos diſputans, qui credimus ignem inferni eſſe realem & materialem, ex iſtis Chriſti. *Paleas comburet igni inextinguibili: & ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius*, metaphoricam eſſe locutionem aſſerit, negatque eſſe realem vel materialem. *Nam ſi realem vel materialem, vt vocant, ſtatuere libet, addendum erit ſulphur, flabellum, quia vtriuſque mentio fit Eſa. 30. nec certè alia eſt ignis, quàm vermis ratio*, inquit.

2. Quibus adeò manifeſtis ſi Anguillam in ſtrigmento, ſcabro & aſpero folio, vt nulla ei pateat effugij ratio tenemus, quid eſt quod eam vrtica Caluiniana tantopere exagitat? Quid fruſtra vociferatur, mihiq; *miſerabilem inſcitiam & execrabilem malitiam* appingit? Veritati cur non acquieſcit? Cur non eam *cognoſcit*, vt *ab ea liberetur*? Iſtis putas Lectorem obruere? Imò non videt furorem Caluinianum, mentem tibi abripuiſſe? Adduxiſti Caluini ſententiam, vt ſæpe dictum eſt, & cum nauſea repetere cogor, in commentarijs in 3. & 25. D. Matthæi, qua negat nomine ignis aliquem ſignificari *ignem realem ſeu materialem*. Eiuſdem ſententiam in cap. 30. Eſaiæ, qua vult nomine gehennæ *non locum aliquem eſſe ſomniandum, quo mortui concludantur*, tantùm eorum *tor-* Ioann. 8.

Digitized by Google

menta & cruciatus. Vbi inſcitia, vbi malitia execrabilis, quam vociferando mihi attribuis? In illis locis, non de igne ſimul & inferno diſputat? Lector? Quæſo iudica, an meritò hæc mihi vitia adſcribat: num potiùs mente careat. Aut nomine gehennæ, non ſimul locum & ignem tormentaque complectimur? Aut eſt aliqua gehenna, ignis aliquis propriè dictus, qui locum eiuſdem naturæ non neceſſariò ſupponat? Et cùm Caluinus nomine gehennæ, dicat non eſſe quòd *locum aliquem ſomniemus*, tantùm *reproborũ tormenta & cruciatus*, non ſatis, ſi tamen fideli animo proceſsiſſet, intelligebat Prophetam, aliquem etiam locum gehennæ nomine ſignificaſſe? Sed quia negare intendebat defunctorum animas aliquo loco concludi, eius nomine, tormenta tantùm & eorum cruciatus intellexiſſe Prophetam voluit. Quod vnum tamen falſum eſt. Nam cùm Chriſtus mittit reprobos in ignem æternum Matth. 25. dicens, *Ite in ignem æternum*, &c. Non etiam locum deſignat? Nemo inficiabitur, niſi Caluinus; non enim locum, non ignem realem ſeu materialem, ſed reproborum cruciatus & tormenta intelligit. Vbi igitur Caluino reuera infernus, reuera ignis æternus?

3. Caluinum negare realem eſſe ignem, nec tantùm, ſed etiam materialem; nec materialem tantùm, ſed realem proprieque dictum conſtat eiuſdem verbis, & eius intelligentia & ſenſu. Verbis quidem, ſic enim in 3. & 25. D. Matthæi. *Si realem vel materialem, vt vocant, ſtatuere libet, addendum erit & ſulphur*, &c. Intelligentia autem; quia in noſtros agit, qui volunt realem & materialem ignem eſſe. Sed etiam, quis ignis propriè dictus & ſi-

& ſimul non eſt realis & materialis?

4. Ad cuius rei confirmationem feliciter accedit argumentum à ſimilibus deductum, & ex eius verbis & mente à te cōſtructum. *Qualis ignis iſto figurato loquendi modo ſtatuitur, talis quoque vermis ſtatuendus. At vermis realis, id eſt materialis corporeus & terreſtris iſto figurato loquendi modo ſtatui nequit. Neque igitur huiuſmodi ignis ſtatui poteſt.* Et vbi Caluino reuera ignis æternus? Nam vermis, mi homo, propriè dictus, nec per tranſlationem acceptus, non ſolùm realis eſt, ſed etiam corporeus & materialis: Ignis, non per tranſlationem vſurpatus, nō modò realis eſt, ſed etiam corporalis, materialis, & vt ille, ſic iſte in Cathegoria ſubſtantiæ ſub corpore reponitur. Caluinus etiam ignis & vermis parem eſſe rationem dicit. *Nec certè alia eſt* (inquit) *ignis, quam vermis natura* in 3. & 25. D. Matthæi. Ergo quemadmodum negat vermem aliquem non ſolum corporeum, materialem, ſed etiam realem in inferno exiſtere, ita & ignem. Quod enim de vno ſimilium, qua ex parte ſimilia ſunt, negatur, de altero quoque negatur. Igitur meritò concludo. Vbi Caluino reuera ignis, reuera infernus?

POLYANDER CALVINISTA.

Tertiæ obiectionis: Caluinus docet ipſam ignis vſtionem ſumi metaphoricè. Ergo idem docet ipſum ignem eſſe metaphoricum, *nimis abſurda eſt conſequentia, & à Caluini ſententia prorſus aliena. Is enim nunquam docuit, nec vnquam per ſomnium imaginatus eſt, ignem inferorum (de quo loquitur ſacra Scriptura) propterea vocandum eſſe metaphoricum, quod in ea iuſtiſſima Dei ira, cum igne inextinguibili atque eius aduerſus impios inflammatio, cum perpetua ignis vſtione compara-*

tur rex noſter Conſiliarius Dei Eſaia 9. Ergo Chriſtus eſt Rex & conſiliarius metaphoricus, non autem verus, nec genuinus, ſed fictus & alienus; nonne huiuſmodi nugator ab ipſis pueris ex ſibilaretur? Fateor, iſta argumenta æque cornuta ſunt, ac caput tuum. Quis porrò ea ſic conſtruit? Ego? Falſiſſimum eſt: ſed quia veritati reſpondere non vales, iſtis delirijs effugere putas. Quæſtio autem non eſt, vt ſuperiore libri docui, an metaphora tollat naturā, eius rei à qua deducitur, aut eius ad quam exprimendam ſumitur, ſed an quod Metaphoricum eſt, in quantum tale, reale ſit, & reuera de eo, ad quod exprimendum aſſumitur, prædicetur. An Petra qui Chriſtum metaphoricè adumbrabat, figurabat, reuera Chriſtus eſſet, aut an Chriſtus, qui figurabatur, adumbrabatur Petrâ illâ, reuera & ſecundùm proprietatem naturæ petra fuerit. Quis dixerit? Caluinus autem infernum, ignem æternum, eius vſtionem facit per metaphoram dici de pœnis ac cruciatibus damnatorum, adeò vt infernus, ignis vſtio, figurent, adumbrent illorum tormenta, numquid illa tormenta, ſunt reuera infernus, ignis, vſtio? Aut infernus, ignis, vſtio ſunt reuera illa tormenta, quæ per metaphoram eis figurātur adūbrantur? Hæc non ſunt ſomnia Polyādrina? Ergone paſſiones cuiuſmodi ſunt dolores, tormēta, erunt prædicamēti inferni, id eſt loci, prędicamēti ignis, id eſt ſubſtātię? Ergo ne prædicamentū loci, prædicamentū ſubſtātię, in qualitate, & permixtę reuera erūt Cathegorię? O magnū à Philoſophia & Theologia hominē!

Nolim præterire inſcitiam tuam coniunctam impietati duplæ, quam Lector obſeruare poteſt in poſteriore tua conſequentia. Inſcitia eſt con-

Digitized by Google

iuncta impietati, cùm dicis Chriſtum *per metaphoram Regem noſtrum, conſiliarium noſtrum eſſe*. Nam bone vir, tantùm abeſt vt metaphoricè ſit rex noſter & conſiliarius, cùm potiùs ſit ita verè ac propriè, quàm qui maximè hinc Apocalypſ. cap. 19. dicitur *habere in femore ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium*. Et Lucę 2. Angelus ad Paſtores vocat eum *natum Chriſtum*, nempe, quia naturâ ſit talis. Inſcitia altera eſt, iuncta alteri impietati, cùm vocas eum *Dei conſiliarium* non enim
Eſa. 9. Eſaias capit. 9. cuius teſtimonium profers dicit eum Dei conſiliarium, ſed quod eius nomen tale futurum eſſet. *Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis*. En magni illi homines à Theologia, qui audeant ſibi docendi poteſtatem arrogare. Ad ſcholas magiſter Ioannes, ad ſcholas. Atque diſce Chriſtum eſſe Deum ipſum, non Dei conſiliarium. Quis enim Dei *fuit vnquam conſiliarius?* Conſilium dare ſapienti, arrogantiæ eſt, quanto magis Deo? Sed eſt in Deo aliqua inſipientia, ignorantia, vt ei conſilio ſit opus? En tamen quo ruit tua inſcitia iuncta impietati.

POLYANDER CALVINISTA.

Quartam obiectionem, qua exprobras, Caluinum damnatorum reponere cruciatus in ſola animi apprehenſione Matth. 27. *ex his Caluini verbis falſi, conuinco*, Quamquam apparuit (inquit) pluſquam humanus vigor in Chriſti clamore, certum tamen eſt vehementiâ doloris illi fuiſſe expreſſum. Et certè hic præcipuus fuit conflictus & omnibus aliis tormentis durior, quòd in ſuis anguſtiis, adeò leuatus non eſt patris auxilio vel fauore, vt ſe quodammodo alienum ſentiret. Neque

que enim corpus ſolùm (*nota Anaſtaſi*) in pretium noſtræ cum Deo reconciliationis obtulit, ſed in anima etiam debitas nobis pænas: atque ita verè factus eſt, vir dolorum, ſicut Eſaias loquitur. Eſa. 53.

Anastasivs Carmelita.

129. §. 1. Ergone iſta Caluini quartam meam obiectionem falſi conuincunt? Quin potiùs veritatis. Siquidem ſentire ſe à Deo alienatum, derelictum, deſperatione obrui, & ſimilia tormenta, vbi quàm in animo? Dicat Caluinus ipſe ibidem Matth. 27. *Non obſtat quo minùs, Dei alienationem mente conceperit*. Non iure igitur ſubſumo? At quæ in ſola animi apprehenſione ac conceptione conſiſtunt, nullam realem in loco poſitionem, nullum realem ſitum dicunt. Vbi ergo Caluino reuera infernus, reuera ignis, reuera vſtio?

2. Vis notem Caluinum dicere, non ſolùm corpus in pretium noſtræ reconciliationis cum Deo, obtuliſſe Chriſtum, ſed etiam in anima pænas ſubijſſe. Quid ſi notauero? ſpolia ampla referes? Rideo tuam vanitatem. Non negamus Chriſtum in corpore & anima paſſum. *In tormentis enim* inquit D. Chryſoſtomus, *corpus diuidit cum anima dolores: Eſt enim corporis & animæ labor*. Non negamus corpus & animam in pretium noſtræ cum Deo reconciliationis obtuliſſe. Sed negamus, quod Caluinus, non ſine execranda blaſphemiâ, fætidiſſimo ore ac pectore eructat, nempe Chriſtum *in animâ diros perditi ac damnati hominis cruciatus ſubijſſe*.

Polyander Calvinista.

Tua porrò aſſentationi, quâ Ieſuitarum gratiam aucuparis dum eos nuncupas Heroes, Alexandros, fortiſſimos Ieſu

cultas Pariſienſis olim damnauit, te amplecti ac venerari, palàm & apertè profiteris.

ANASTASIVS CARMELITA.

130.§.1. Quæ de Patribus Ieſuitis ſcripſi, non ex aſſentatione, quemadmodum tui oblitus, calumniaris, ſed ex rei veritate habui. Ego ad aliorum ſenſum, vultum & nutum, non ſoleo conuerti; ad rei veritatem, non ad aliorum voluntatem auribus aliquid dare noui. Tu quære *in domibus regum, eos qui mollibus veſtiuntur.* Matth. 12.

Neſcit adulari, cuiquámue obtrudere palpum:
Regia quem morem Principis omnis habet.

Adigis, gloriari enim non ſoleo, hanc tibi artem, has ſordes tibi habeto. Neque verò illi tam ſunt ſtupidi, vt non facilè hoc in me vitiũ reprehenderent. Non adeò turdi, & non ſciant *Adulatorem ore decipere amicum*. Acutum ergo videntes, eos ſolos amant quos norunt

Vendere nec vanos circùm pallatia fumos,
Plaudere nec cano, plaudere nec glaphyro.

2. Iſtos cæterùm Heroes, Alexandros, fortiſſimos Chriſti Ieſu Athletas, ſocietatem mihi iucundiſſimam ſcripſi, nunc etiam ſcribo, nec reuoco. Traduces me apud meos Patres ac Doctores Sorbonicos? Facies numquam. Illi mentem meam, conſilium meum ac cogitationem nouerunt. Illi ſciunt, quantâ eos fide, quantâ reuerentiâ colam. Illi nunquam improbabunt, quicquid ex veritate dixero, ſcripſero. Illi certò ſciunt, numquam me ab eorum iudicio receſſurum. Opponis tamen eorum iudicium. Verùm, bone vir, ſunt anni quatuor tempora, atque

Vere priùs flores, æſtu numerabis ariſtas
Poma per autumnum, frigoribúſque niueis.

Et.

Et, *Temporibus medicina valet, data tempore proſunt:*
Et data non apto tempore vina nocent.

Rerum omnium, omnium ſocietatum ſua ſunt primordia; quibus confirmandis ac probandis, vt in rebus alijs, ita in iſtis hominum conſilia ſunt timida, *timidæ prouidentiæ*, vt cum ſcriptura dicam. Quis enim tam citò credat, nihil ineſſe, quod pietati officiat ac aduerſetur? Qua de cauſa, quæ vel ſanctiſſima extitit vnquam ſocietas & ſibi reluctantes non habuit? Atque in his eos etiam, qui poſtea illam venerati ſunt, promouerunt? Quę, inquam, ſocietas non eſt experta contradictionem? Venit ipſe Ieſus noſter, venit Eccleſia Chriſtiana, quot obſiſtentes experta eſt; quorum bona pars tandem ipſi fidem ac ſacramentum dedit? Quin & D. Paulus *Dei Eccleſiam perſecutus eſt vltra modum*. Venerunt aliorum ordinum ſocietates, nullas ſunt expertæ cõtradictiones? Nimius eſſem in illis numerãdis ac recẽſendis. Iam verò, quemadmodum in eis, qui eas probare habent, video timida conſilia, timidas prouidentias, quibus factum eſt, vt non tam citò ac leuiter acquieſcerent, ſic Dei, permiſſiuè ſaltim ſic diſponentis, diſpenſationem admiror & veneror. Ita enim fit, vt quemadmodum arbuſta ventis diuerberata altiores ac firmiores radices agunt, vt in magnas arbores demum euadant, ſic iſtæ tot contradictionibus agitatę altiora fundamenta iaciant, & in numeroſas familias ac domos excreſcant. Quæ, vt in Patribus Ieſuitis agnoſcas, oppoſuiſti mihi iudicium Sorbonicæ Theologiæ Vniuerſitatis Pariſienſis, obijciam tibi eiuſdem aliud, vt videant *rerum æqui æſtimatores à proprijs meis Patribus Doctoribus me non degeneraſſe.*

Itaque,

Digitized by Google

Itaque, *die nona Iulij 1594. viſo & audito à facultate Theologia Pariſienſi legitimè congregata in maiori aula Collegij Sorbona libello ſupplici à Venerabilibus Patribus Societatis Ieſu ipſi facultati propoſito, quo quidem expoſuerunt ſuperioribus menſibus Venerabilem D. Rectorem Vniuerſitatis, tam ſuo, quàm omnium facultatum nomine libellum ſupplicem ſuprema parlamenti Curia obtuliſſe, quò petierit, vt ipſi eorúmque vniuerſa ſocietas ex toto Gallia regno pelleretur, ac credibile non eſſe ſacratiſſimam facultatem huic petitioni conſenſum præbuiſſe: ac propterea ſupplicarunt, quatenus placeret dicta facultati declaratione teſtificari huius petitionis & litis intenta nullo modo participes eſſe. Ipſa facultas matura deliberatione ſuperhabita in hunc modum cenſuit. Se quidem cenſere prædictos Patres Societatis Ieſu redigendos in ordinem & diſciplinam Vniuerſitatis, regno autem Gallico nullo modo expellendos. Signę Panet, dicta facultatis Bidellus.* Vnde quæſo ei erga Patres Ieſuitas ab innumeris non ſperata non exſpectata propenſio hæc? Atq; eo tempore, quo omnes, in eorum exitium ac exterminationem è toto Regno Gallico conſpirauerãt? Experientia nempe didicerat in iſtis fortiſſimis ac acerrimis veræ fidei propugnatoribus, ea timenda non eſſe, quæ in eorũ ortu cauenda videbantur. Diuturno vſu, de eorumdem candore certior reddita erat. De copioſo & vbere fructu, quem ſacræ iſtæ arbores indies proferunt, quo Dei Eccleſiam reficiunt & nobilitant teſtis oculata facta erat, & etiamnum eſt, ab eis degeneraſſem? Hinc, hinc abi veſpa, quam omnes

Eſſe ferunt, lingua certa ſigilla mala.

Et ſi priores leges, poſterioribus abrogantur, deſine calumniari, deſine tuam pruriginem ac ſcabiem prodere. Facies? Non credo, non ſpero.

Nam

menti adduxiſſe, & ita vim argumentorum noſtrorum confutaſſe.

2. *Inter bonos bene agier oportere*, admitto; Te autem ex illis bonis alterum eſſe non dicam. Nam, vt ſuperiùs ex Næuio, *Non eſt Apluda te hodie nequior*. Et quamquam tua te ſcripta talem prodant, tua te profeſſio abundantiſſimè manifeſtum faciat, nonniſi bene tecum egi, nonniſi fideliter.

3. *Quinquies* cap. 12. hanc fidelitatis *formulam transgreſſus ſum*, ais. Dico è contra, quinquies in reſponſione hac tua ad illud caput, non auſim (vt cum D. Auguſtino dicam) dicere Mentiris, ſed tui obliuiſceris. Non neceſſum habeo repetere, quæ ſuperiore libro ad hanc tuam repetitam & redintegratam, cum valida vociferatione querimoniã habui, præſertim cùm ſtatus diſputationis à Beza & Danęo in noſtros habitæ, in eo verſetur, *An ignis inferni ſit realis, materialis, corporeus, an diuerſa ſint in inferis receptacula*, Beza Danæo negantibus: tantùm attingam ridiculas illas cauſas, quas eſſe præcipuas huius diſputationis inter eos, comminiſceris. Hæ enim tantum abeſt vt tibi faueant, cùm peramplius condamnent. Itaque poſtquam noſtri has aſſertiones, nempe *Limbum eſſe, purgatorium eſſe, in ipſis inferis, quibus animæ defunctorum concluduntur: ignem eſſe realem, materialem, corporeum, qualitatem afflictiuam ab extrinſeco adferre animabus*, aſtruxerunt; Beza *aniles fabulas, inanes ſpeculationes*, Danæus *Scholaſticorum deliria & figmenta eſſe* dicit. Hæc non negabis credo, Polyander. Si negas, malè negati conuincunt cauſæ illæ, quas conquereris me prætermiſiſſe, & quas rurſus repetis. Ita enim habes pag. 53. & 54. in ſecunda diſputatione: *Poſteaquam Beza dixit nos non modò*

Digitized by Google

auerſari, ſed etiam toto pectore aſpernari eorum furores, qui quando ſit venturus vltimus ille iudicij dies, definire ſe poſſe exiſtimant & aniles illas ſpeculationes de paradiſi gaudijs & inferorum ſupplicijs, has ſua & noſtra cenſuræ cauſas ſubijcit. Nefas enim putamus abdita ſcrutari, & ſua commenta cum Dei veritate permiſcere. Malumus denique perpetuas excubias agere, ne nos dormitantes opprimat, qui venturus eſt, ſicut in diebus Noe, & ſicut fur in nocte: & ſatis nobis eſt intelligere incomprehẽſibile eſſe gaudium, quod ſperamus, & infinitum cruciatum, qui omnes incredulos manet. Iſtis, quis non videt duo attingi? Vnum, aniles fabulas, ſpeculationes inanes, deliria & figmenta dici, quæ noſtri, de *inferorum ſupplicijs, de diuerſis* (vt verbis Danæi vtar) *ſedibus inferorum, de igne corporeo, reali, incorporeas animas affligentiua qualitate ab extrinſeco cruciante*, credunt & aſſerunt? Alterum Bezam, Danæum & vos, has aniles fabulas & ſpeculationes inanes, deliria, figmenta auerſari non modò, ſed toto etiam pectore execrari? Auerſari autem & aſpernari, quia nefas ducatis abdita ſcrutari, commenta ſua cum Dei veritate permiſcere? &c.

Quod ſi iſtas poſtremas cauſas, velis eſſe cauſas, cur quæ à noſtris de diuerſis inferorum ſedibus, de ignis realitate, corporeitate, de qualitate ab extrinſeco animas affligente credunt, ſint aniles fabulæ & ſpeculationes inanes, deliria & figmenta; Amabo, quàm ridiculæ? Eſſent enim aniles fabulę, deliria & figmenta, quia nefas putetis, nefas ſit abdita ſcrutari, & ſua commenta cum Dei veritate permiſcere? Statue hoc modo argumentum,

Quic-

Digitized by Google

Quicquid ſcrutari eſt nefas, anile eſt, fabuloſum, non reale, non corporeum. Sed abdita ſcrutari eſt nefas. Igitur abdita, verbi gratia Limbus, purgatorium, ignis inferni, & id genus alia, ſunt anilia, fabuloſa, non realia, non corporea.

Non omnes iſtius argumenti propoſitiones falſæ ſunt? non propterea inanes & ridiculæ? Ad eamdem formam redige cæteras cauſas, erunt eiuſdem vanitatis ac leuitatis. Aut fortè, quia qui contra id quod fas eſt, abdita ſcrutantur, reddant ea non realia, non corporalia, non exiſtentia. Aut fortè, quia æſtimatio veſtra, qua vultis nefas eſſe abdita ſcrutari, eadem reddat non realia, non corporalia, non exiſtentia. Quid cenſes? non iſta ridicula, nec ex tempore ficta, ſed quia ita placet, domo tua allata?

Quibus ſi non mouearis, vt nolis hæc, eſſe cauſas, cur, quæ à noſtris creduntur de ſupplicijs, de diuerſis ſedibus inferorum, ſint vobis aniles fabulæ, deliria & figmenta? Non propterea immunes vos redditis ab impietate, negatæ realitatis ac corporeitatis ignis æterni, exiſtentiæ diuerſarum ſedium inferni. Nam, vt vides, iſtæ cauſæ reddunt ſupradicta de ignis realitate, & exiſtentia diuerſorum receptaculorum inferni, anilia, fabuloſa, deliria & figmẽta. Si autem palinodiã canis, vt poſterioris membri cauſas eſſe dicas, cur vos auerſemini & ex toto corde execremini, quæ à noſtris dicta ſunt & creduntur de igne, de diuerſis inferni ſedibus, quemadmodum reuera ſpectant ad hoc poſterius membrum; tum redeundum erit ad prius membrum, quòd nempe Beza, Danæus ſimpliciter & abſo-

Digitized by Google

lutè improbent, quę noſtri de ignis realitate, corporeitate, de exiſtentia diuerſarum ſedium inferni dicantque eſſe anilia, fabulas, deliria & figmenta. Quibus ita conſtitutis, meritò quæro, ecubi etiamnum Bezæ & Danæo reuera infernus, reuera ignis inferorum?

2. *Quemlibet poſſe animaduertere ex mearum ſententiarum collatione ſecundam meam fallaciam, quia ſupra dixerim ſimpliciter & abſolutè Bezam & Danæum cum Caluino conſpirare in doctrina de inferno: nunc verò eoſdem non ſemper, ſed aliquando in hoc dogmate cum eodem Caluino conſentire affirmem.* In hac tua ſententia multa ſunt mendacia; Primum eſt, quia nemo eſt, qui ex collatione ſententiarũ mearum vllam fallaciam animaduertere poſsit. 2. quia nullã fallaciã admiſi. 3. quia hîc nõ dixi Bezam & Danęũ non ſemper conſpirare in dogmate de inferno cum Caluino, quemadmodum calumniaris; tantùm ex tuis ipſis verbis eduxi, quod cogeris fateri, Bezam & Danæum aliquando in doctrina de inferno cum Caluino conuenire. Dixeras, *& ſi Danæus in locis à te productis manifeſtiſſima veſtrorum Scholaſticorum deliria & figmenta de diuerſis inferorum ſedibus, igne reali & corporeo, incorporeas animas vrente, iiſdemque qualitatem afflictiuam ab extrinſeco adferente coarguat. Ibidem tamen expreſsè addit non ſolùm ſe, ſed & reliquos noſtros Theologos confiteri eſſe infernum.* Ad hanc ſubiunxi. *Quod hactenus concluſum eſſe volui, nempe Caluinum, fidem Eccleſiæ & Scholaſticorum noſtrorum, de inferno, igne reali, corporeo, æterno ſenſibili vſtione damnare. Bezam, Danæum aliquando cum Caluino conſentire & cum eo conſpirare, nonne hîc concedis?* Proculdubiò, ſi Beza, ſi Danæus coarguunt fidem noſtrorum de diuerſis ſedibus inferorum, de realitate, corporeita-

Digitized by Google

reitate ignis æterni, de vſtione ſenſibili; quis non videt cum Caluino aliquando conſpiraſſe? Et cùm ipſe fatearis, nō cogeris fateri in iſta doctrina, cum eodem aliquādo cōueniſſe? Inſignis eſt tua malitia, quum, quę ex tuiſmet verbis contra te collegi, quaſi ex me profecta mentiaris.

Et quoniam in eadem tua ſententia ipſe addideras, *Danæū expreſſè addidiſſe, non ſolùm ſe, ſed & reliquos veſtros Theologos confiteri eſſe infernum*, ad hoc ſubiunxi, *Danæum, aut ſibi contradicere, aut alium ſibi infernum fingere ab eo, quem Eccleſia Catholica ſemper credidit*. Contradicere quidem, quia cùm Eccleſia perpetuò crediderit infernum certum quendam locum ſubterraneum eſſe, quo animæ defunctorum concluduntur, ibidem ignem realem, corporeum, materialem ſenſibili & Phyſica vſtione cruciantem animas, quas ſupplicio dignas vidit diuina iuſtitia: huic fidei noſtri Scholaſtici conſentiant; potuit Danæus hæc deliria & figmenta appellare, & illud idem confiteri, quod Eccleſia Catholica ſemper tenuit ſine ſumma contradictione? Alium autem ſibi fingere infernum ab eo, quod Eccleſia Catholica credidit, hac etiam demonſtratione probaui. Nam ſi ſibi non contradicit, *non eſt veriſimile, vt in noſtris arguat quod ipſe probat; non eſt veriſimile, vt aſſerat quod in noſtris damnat*. Tantùm abeſt igitur, vt voluerim Danæum Bezam, aliquando reuera infernum aſſeruiſſe, quum potius ex vtroque tuæ ſententiæ membro, oſtenderim eos nullum reuera alicubi eſſe infernum crediſſe.

2. *Non reuoco hanc noſtram controuerſiam ad hanc quaſtionem*, An Caluinus, Beza & Danæus crediderint huiuſmodi eſſe infernum, ignem, & ſup-

plicia, qualia hactenus credidit Eccleſia Catholica, niſi verò conſecutiuè. Nam ſtatus quæſtionis eſt, & fuit inter litigantes, dominum Mechelmannũ & affinem tuum, *An poſſit oſtendi aliquis locus apud Caluinum, in quo neget reuera eſſe infernum*; illo affirmante, iſto verò negante. Illo adferente ad confirmationem partis affirmatiuæ teſtimonia illa ex Caluini ſcriptis eruta, & in frontiſpicio tui ac mei libri impreſſa; iſto verò illa eadem ad te deferente. Neque hæc concluſio, *hinc videre eſt, quòd Bucerus nullum infernum credat, ſed neget audacter eſſe infernum*, meæ decertationis eſt collectio, ſed Schluſſelburgij doctoris Lutherani lib. Theolog. Caluini art. 27. Cui collectioni non ego, ſed tu Bucerum, Bezam, Heildebergenſes adiunxiſti. Inter præfatos enim litigantes, nulla fuit de Bucero, nulla de Beza, nulla denique de Heildebergenſibus mentio. Quod autem Bucerum, Bezam, Heildebergenſes in hanc concertationem introduxerim, feci, ne quis nouam & alienam hanc doctrinam à Caluini diſciplina & mente eſſe exiſtimaret, cùm nec eius diſcipuli ab ea abhorreant, teſte etiam Schluſſelburgio doctore ac Miniſtro Lutherano. Deſine ergo falsò imponere, & me doli accuſare. Hoc vitium tibi familiare ne mihi appingas, retine tibi quæ tua ſunt.

4. *Dialecticam*, *quam* Cicero *diligentem diſſerendi rationem appellat*, numquam me docebis, tu qui ſæpiùs in eam grauiter impingis & offendis. Noſtri Scholaſtici, vt toties dictum fuit, tenent, credũt infernum locum aliquem ſubterraneum eſſe, eius ignem realem, materialem, corporeum eſſe, ſenſibili vſtione animas penetrantem; Danæus

næus hæc eorum deliria & ſigmenta vocat. Idem vult ſe & reliquos Miniſtros agnoſcere alicubi eſſe infernum, vt ſcribis. Itaque neceſſe eſt, aut vt ſibi contradicat, aut vt alium infernum, ab eo, quem noſtri credunt, agnoſcat. Nam in noſtris damnare poſſet, quod ipſe probaret; improbare, quod in noſtris laudaret? Neque hoc meum dilemma legibus Dialecticæ contrarium eſt.

5. Non opus eſt vt refellam quod mihi imponis Sophiſma pag. 306. Et vera eſt propoſitio iſta Enthymematis, quod ſtruxiſti: *Danæus reticuit cur Auguſtinus modeſte, interdum dubitanter de inferno diſſeruit.* Oſtendi enim ſuperiore lib. pag. 109. cumulatiſſime. Non eſt opus vt demonſtrem nullas me cauſas ſiluiſſe earum, quibus Caluinus, Beza, Danæus fruſtra contendunt euertere Eccleſiæ doctrinam ac fidem de inferno. Nam eas attigi, nec ſilui, ſed & copioſius hoc capite, Sect. 131. Numer. 1.

POLYANDER CALVINISTA.

In poſtremo Sophiſmate, nihil eſt ab impia cauillatione, nihil ab iniqua exprobratione, nihil ab enormi impoſtura & ventoſa loquacitate vacuum. Impia cauillatio eſt. Beza remouet Chriſti corpus ab Euchariſtia, quantum ſummus cælorum apex à terra diſtat. Non ergo credidit alicubi eſſe Paradiſum ac certum aliquem æternæ felicitatis locum, pijs deſtinatum.

Quis ſanus hoc telum in te κατὰ τὸ βίαιον non retorqueat? Beza remouet Chriſti corpus ab Euchariſtia, quantum cælorum apex diſtat à terra. Ergo credidit aliquem eſſe Paradiſum ac locum in ſummo cælorum apice à terra longiſſimè diſtantem.

ANASTASIVS CARMELITA.

132. §. 1. Si in omnibus alijs impudentia ipſa periſſet, ea in vno hoc Miniſtro reperiretur. Et ſi ſanus aliquis expectandus, qui confictum hoc telum in me κατὰ τὸ βίαιον retorqueat ac violentiſſime reijciat, non fore Polyandrum, certo certius eſt. Sanus enim & fortis, qui ex dolo & fraude (quæ arma debilium eſſe ſolent, vt quò viribus attingere non poſſunt, arte & fraude pertingant) & enormi impoſturâ agit? Primùm enim hoc telum, non ex mea erutum eſt pharetra, ſed eius, qui Bezæ in Concilio Poiſsiaco, in faciem obiecit; tantùm ſcribendo retuli. Secundò, eius, qui non eo ordine illud obiecit, quo Polyander. Nam in eius enthymemate præponitur, quod Polyander in ſuo iſto poſtpoſuit. Dicebat enim, *nemini mirum videri debere, ſi Beza ab Euchariſtia Chriſti corpus tantum remoueret, quantum ſummus cælorum apex diſtat à terra, quia, vt ex poëmatibus eius ad Candidiam conſtat, nullum paradiſum, nullum reuera infernum agnoſceret*. Quæ poſtremo loco poſita ratio, ab eo aſſumitur ad probandum non mirum eſſe, ſi Beza ab Euchariſtia, Chriſti corpus tantũ, quantum diſtat ſummus apex cælorum à terra, remoueret. Itaque ſic ſuum enthymema conſtruxiſſet:

> *Beza, vt patet ex eius poëmatibus ad Candidiam, non paradiſum, non infernum agnoſcit. Non igitur mirum videri debit, ſi Chriſti corpus tantum ab Euchariſtia remoueat, quantum ſummus apex cælorum à terrâ diſtat.*

Lector nõ obſeruas huius Miniſtri fraudẽ, enormem impoſturã? Probaſſet autem, ſi opus fuiſſet, hoc conſequens multis & neceſſarijs rationibus.

Digitized by Google

Qui enim nec paradiſum, nec infernum credit, atheus eſt. Qui atheus, nullum credendorum credit, non Deum, non eius potentiam. Qui nullum credendorum, non Deum, non eius potentiam credit; non credit quod credẽdum, nempe, corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia, corpus Chriſti diuina potentia eſſe ſimul in pluribus locis. Non igitur mirũ ſi Beza corpus Chriſti ab Euchariſtia tantum remouet, quantũ ſummus cęlorum apex à terra diſtat. Ne tu aliàs ante boues aratrũ, Domine Miniſter, ordina; ne tu nobis tuam cum inſcitia iunctam impudentiam ac fraudem oſtentato. Quid ni verò faceres? Sic enim

—— Sæpe adedit
Stellio lucifugis congeſta cubilia blattis.
—— Latebraſq; petit, aptumque colori Virg. 4. Georg.
Nomen habet varijs ſtellatus corpora guttis. Ouid. lib. 5. Metam.

2. Addis iniquam eſſe exprobrationem, quum ſcribis, *Iniquè deinde Bezæ poëmata nobis exprobras, quæ ad Candidiam compoſuit. Omnis ſiquidem huius vanitatis in vos potius, quàm in nos vergit ignominia, quoniam veſter erat, & impuriſſimo ſuperſtitionis veſtræ ſidere afflatus cùm ea conſcriberet. At poſteaquam à Spiritu ſanctificationis ex Babylonis veſtræ Labyrintho & lupanari in veritatis ac caſtitatis viam introductus, labem illam ſeria reſipiſcentia & fideli ad Deum conuerſione emendauit.* Non ego exprobraui, mi homo, ſed ille, qui ipſi in faciem obiecit. Et licet exprobrarem, non tamen iniquè, ſed iuſtiſsimè. Quid enim iſtis impurius & turpius?

Priores tibi defero Audeberte:
Quod ſi Candida forte conqueratur,
Quid tum? Baſiolo tacebit imo

At cùm hæc ſcriberet *noſter erat*. Nego. Neque

Digitized by Google

enim iſtud crimẽ apud nos ſcribere de ſe, nec fateri auſus fuiſſet, nec eum Magiſtratus impunè abire iuſſiſſet. Nam ſi obijcis vnius Petri Bembi carmen, ſeu vnius Ioannis Caſæ verſus, quos ante ſui ad Epiſcopatum promotionem habere potuerunt, non tamen de ſe, tam digna ſupplicio extremo cecinerunt, quemadmodum tuus Beza, nullo Magiſtratus apud vos timore correptus, reuocatus. Quidni verò impunè, quum in ea ſecta verſaretur, ei nomen & ſacramentum dediſſet, quæ adiunctam habet omnis turpitudinis ac impuritatis nequitiam? Nam Caluiniana præſertim hæreſis eſt, quæ excuſſo omni legum iugo, in omnem libidinis ac luxuriæ æſtum abripitur. Caluiniana hæreſis eſt, in qua hoc dogma viget. *Negat vxor? Ducito Heſteram, & ſi neget illa, vicariam dabit operam ancilla*. Caluiniana hæreſis eſt, in qua nulla abſtinentia, nulla ieiunia, nulla vitæ auſteritas, carnis domandæ aptiſſima media. Caluiniana hæreſis eſt, in qua nullum homini, maſculo & femellæ liberum arbitrium relinquitur, quo poſsit turpitudinis ac impuritatis poſtulata denegare. Caluiniana hæreſis eſt, in qua vterque ſexus neceſsitati ineuitabili ſubiacet, vnde omnis mulier, omnis virgo non poſsit non eſſe omnis viri ac Iuuenis, non dicam vxor, ſed proſtibulum. Hæc ſunt nec negare potes, veſtræ ſectæ ac impietatis dogmata. Hæc ſunt igitur eiuſdem ſectæ ac impietatis neceſſaria & ineuitabilia crimina, turpitudinis ac impuritatis omnis ſcelera. Caluiniana hæreſis eſt, ad quam, qui apud nos parum valent, deficiunt, quò liberiùs turpitudini ac impuritati vacent, inſeruiant. Caluiniana hæreſis eſt, ad quam Beza eodem

fine

ſine deflexit, Caluiniana hæreſis eſt, in qua ideo nullum Paradiſum, nullum reuera infernum Beza agnouit, vt ſic in omnem prorueret libidinem. Ad hæc quid tu? Blaſphemias in Dei tabernaculum, & eius auctorem. Eccleſiam Dei tabernaculum *impuriſsimum ſidus*, fætentiſſimo ore, tetriore calamo appellare audes, *Labyrinthum & lupanar Babylonis ac ſuperſtitionis*: hæc ſunt modeſtiæ Caluiniſticæ præclara inſignia. Sæpe diximus omnium hominum turpiſsime, *hæreſim* ac maximè Caluinianam *religionem non eſſe*, *ſed ſuperſtitionem*. Sæpe docuimus, *id verius quod prius*, *id prius quod ab Apoſtolis*. *Id quod prius*, *dominicum eſſe*; *quod poſterius*, *diabolicum*. Defecit Beza ab eo quod prius, ad id quod poſterius; igitur ab eo quod verius, ab eo quod Dominicum, ad id quod alienum & diabolicum. D. Auguſtinus. lib. 2. contra Gaud. Numer. 15. Tertull. lib. præſcript.

Neque porrò è triuijs & compitis hauſtum id obijcias. Receſsiſſe, quia videret id, quod erat prius, à *ſuo ſplendore*, *à prima ſua integritate recedere*. Nam ſi fidem ſpectes ac doctrinam: Eccleſia, quæ eſt id quod prius eſt, nempe veritas, à ſeipſa non poteſt deficere. *Eccleſia columna eſt & firmamentum veritatis*. Itaque cui contingere non poteſt, vt in doctrina ac fide erret. Si mores, quin aliquando mali mores in Eccleſia reperiri queant, non dicimus: Bezam ob Eccleſiæ corruptos mores, ab ea receſsiſſe conſtanter inficiamur. Sed neque ob id deficere debuiſſe, defendimus. Vnde diuus Auguſtinus de ſimilibus. *Etſi videantur eſſe zizania in Eccleſia Dei*, *non tamen fides noſtra impediri debet*, *aut charitas noſtra*, *vt quoniam zizania in Eccleſia Dei cernimus*, *ipſi de Eccleſia recedamus*, *ne ſimul cum zizanijs triticum eradicemus*. Nam ſi qui pec-

2. Tim. 3.

D. Auguſtinus tom 7. poſt collatio Donatiſtorum.

peccant, puniuntor, nulli tamen, ſine crimine ac ſchiſmatis ſcelere, abeunto. Hinc eſt, quòd quæ ſubiungis, Bezam, vbi ad Caluinum deflexit, *in viam veritatis ac caſtitatis introductū eſſe à Spiritu ſanctificationis*, aliæ ſint blaſphemiæ. Nam veritas falſitate prior, bonum ſemen zizanijs prius. Receſſit ab eo, quod prius erat, à veritate, igitur ad falſitatem. Extra Eccleſiam, è qua receſſit, nulla veritas, nulla vera caſtitas occurrit. Extra Eccleſiam, à qua deflexit, nullus *Spiritus ſanctificationis*, vt docent D. Irenæus lib. 3. cap. 40. D. Auguſtinus lib. 3. de Baptiſmo puerorum contra Donatiſtas cap. 16. Extra Eccleſiam, à qua defecit, *non poteſt eſſe exoratio veniæ, quia ibiplenitudo ſacrilegij*, (inquit D. Ambroſius.) Extra Eccleſiā, cuius deſertor fuit, nulla ſeria eſt reſipiſcentia, nulla fidelis ad Deum conuerſio. Siquidem, ait Lactantius, *Eccleſia vera & Catholica, ea ſola eſt, in qua eſt confeſſio & pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus ſubiecta eſt imbecillitas carnis, ſalubriter curat*. In Caluiniana ſecta nulla eiuſmodi confeſſio, nulla eiuſmodi pœnitentia agnoſcitur. Non igitur Beza *à Spiritu ſanctificationis, in veritatis viam introductus, non ſeria reſipiſcentia, non fideli ad Deum conuerſione crimina & ſcelera ſua emendauit*. Sed hæc ſingula, meræ in Deum & eius tabernaculum blaſphemiæ.

D. Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſācto c. 3.

Lactant. lib. 4. diuinar. Inſtitut. cap. 30.

POLYANDER CALVINISTA.

Lectori quoque tuis blaſphemijs imponis, quibus ſanam noſtrorum doctrinam in venenum conuertis. Numquam enim Caluinus docuit (vt tuis verbis vtar) nec rectè facta nec malè facta iudicaturum. Numquam ſtatuit hominem æternæ vitæ poſſeßione eſſe neceſſariò dignum. numquam Beza, aut nos inficiati ſumus certum aliquem fore iudicij diem, in quo Chri-

Digitized by Google

Chriſtus de vniuſcuiuſque operibus, tam bonis quàm malis iudicabit. Nec Caluino aut Beza, aut nobis, ſed Chriſto & Paulo Apoſtolo hæc adſcribenda ſunt axiomata. Non timendum eſt nobis credentibus, vt in Dei iudicium amplius veniant peccata noſtra, à quibus tam pretioſa mercede nos abſoluit Dei filius. Reliquiæ corruptionis, quę in nobis etiam regeneratis inſident, non venient in rationem coram Deo, propterea quòd Chriſti ſanctimonia abſorbentur & ſepeliuntur. Item, nos gratis ex ſola fide, non autem ex meritis bonorum operum coram Deo iuſtificari. *Etſi enim alijs ſyllabis ac dictionibus, eodem tamen ſenſu ac mente idem Chriſtus & Apoſtolus aſſeruerunt. Cuius rei fidem faciet hæc præclara ſententia Chriſti Ioan.* 5. Amen dico vobis, qui ſermonem meum audit & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, ſed tranſiet de morte ad vitam. *Et Pauli* 2. *Cor.* 5. *verſ.* 21. Fecit Deus, vt qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum eſſet, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in eo. Nulla igitur eſt condemnatio his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Ex operibus legis nulla caro iuſtificabitur. Omnes peccauerunt, & deficiuntur gloriâ Dei, iuſtificati, gratis, eius gratia, per redemptionem factam in Ieſu Chriſto, quem propoſuit Deus placamentum per fidem in ſanguine ipſius. Gratia ſeruati eſtis per fidem, non ex operibus, nequis glorietur. Quod ſi per gratiam, non iam ex operibus, alioqui gratia non eſt gratia. *Hæc qui piè & diligenter perpendet, te falſariorum Principem & priuatim agnoſcent, & publicè prædicabunt.*

Rom. 8. Rom. 3. verſ. 20. 23. 24. & 24. Epheſ. 2. Rom. 11.

ANASTASIVS CARMELITA.

133. §. 1. Lectori nullis blaſphemijs impoſui: ſed. iſtæ

iſtæ ſunt tibi perpetuæ calumniæ, quas verarum reſponſionum loco ſemper obtrudis. Non ſum aranea, vt id quod ſumpſero in venenum transcoquam. Sana non noui in venenum cõuertere. Tuas aliò Medæas, tuas Circes aliò quære, à quibus iſtas decoctiones exſpectare queas. Sana numquam fuit veſtrorum doctrina. Hanc in venenum conuertere minimè potui, quam me numquam guſtaſſe, numquam bibiſſe, gloriabor.

2. Quæ ex Caluino habui integra obieci, & bona fide. Legat Lector eius commentaria in 27. D. Matthæi verſ. 26. Quæ etiam ad idem inſtitutum ex Beza protuli, ille mihi ſuggeſſit. In confeſſ. punct. 4. artic. 12.

*—— Virtutem verba putas, vt
Lucum ligna?*

3. Quin videat Lector, quàm hîc tibi iſtud congruat.

*O quàm inſigne caput, ſpecie quàm dixit honeſtâ,
Sed rationis inops, caſſoque informe cerebro!
Iam pridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat.*

Quî ſic? Quoniam reprehendis, quod ipſe probas. Nam totus hîc in eo es, vt ſtatuas Chriſti ſententiâ, & D. Pauli Apoſtoli, abſque vlla diſtinctione, fore *vt peccata noſtra non veniant in iudicium*, *fore vt reliquiæ corruptionis, quæ in vobis regeneratis inſident, non veniant in rationem coram Deo*. Fore vt Deus *in ſuo iudicio bonorum operum merita* non reſpiciat, non attendat. Quæ ſi vera ſunt, an non fruſtra illa iudicij dies expectatur? Si enim nulla ſunt merita, nec illa coram Deo veniant, vbi præmia? Si peccata, ſi corruptionis reliquiæ ſimplici-

Digitized by Google

pliciter & abſolutè, quemadmodũ ſcribis, non veniunt in iudicium, cui bono, cui vſui, illa futuri iudicij dies? Caput habes, fateor, ſed ſine cerebro. Cur rurſus?

Quoniam negas *Caluinum, Bezam aliquando docuiſſe Chriſtum nec malè nec benefacta iudicaturum, nullum certum aliquem fore iudicij diem in quo Chriſtus de vnuſcuiuſque operibus, tam bonis, quàm malis iudicabit.* Non igitur Caluinus, Beza in doctrina cum Chriſto, cum Apoſtolo, conueniunt? Ita. Nec enim *Caluino aut Bezæ aut nobis*, inquis, *ſed Chriſto & Paulo ipſius Apoſtolo hæc aſcribenda ſunt axiomata.* Non ſic, bone vir,

Aiax immeritos dum occidit, deſipit, agnos?

Chriſtus, inquit Polyander, ſine vlla exceptione, pronuntiat *peccata noſtra, reliquias corruptionis non venturas in iudicium.* Contra Caluinus docuit, *bene & male facta noſtra ventura in iudicium*, nec inficiantur Caluiniſtæ, ait. Et conueniunt in doctrina Chriſti & Apoſtolorum? eſt tibi in capite cerebrum? non eſt proculdubiò.

Quòd ſi conuenitis in doctrina Chriſti & Apoſtolorum, & iuxta mentem & ſenſum tuum Chriſtus, eius Apoſtolus D. Paulus pronuntiarunt (nulla ſubaudita & ſubintellecta diſtinctione iudicij) fore, *vt peccata noſtra, reliquiæ corruptionis etiam nobis regeneratis inſidentes, non veniant in iudicium*. Cur Caluinum, Bezam defendis, quaſi non docuerint nullum futurum iudicium? Caput tuum, Domine Miniſter, carens cerebro, numquam hæc tam contradictoria in conuentum adducet. Tua

Nec data profuerint pallentia philtra puellis.

2. Cæ-

Digitized by Google

2. Cæterum falſum eſt, quæ hîc ſcribis axiomata, Chriſto & eius Apoſtolo D. Paulo eſſe adſcribenda. Falſum, auctoritatem Chriſti, illas D. Pauli, quas in medium profers, *ſyllabis ac dictionibus tantùm diſſentire* ab iſtis axiomatibus impietatis, *non etiam ſenſu & mente.* Sacra Scriptura numquam ſibi contraria eſt. Quid igitur illa? Ex oppoſito primi tui axiomatis, ita loquitur, *Cuncta quæ fiunt*
Eccl. 12. *adducet Deus in iudiciũ pro omni errato, ſiue bonũ ſiue ma-*
verſ. 14. *lũ ſit.* Veniunt ergo in iudiciũ peccata noſtra, reliquiæ corruptionis, quæ inſident nobis regeneratis. Et iſtis rationem reddens, cur monuerit *Deum timendum, ac obſeruanda eius mandata*, abundè indicat omni homini timendum ne in iudicium veniant eius opera mala, peccata, reliquiæ corruptionis. Chriſtus non etiam ſibi contrariatur.
Matth. 24. & 25. Quid igitur ipſe? in eodem capite D. Ioan. 5. venturum ſe iudicem viuorum & mortuorum, item
Luc. 12. Matth. 25. pronunciauit. Idem quoties cauendum ac timendum, ne nos imparatos dies illa iudicij inueniat, monuit? Non igitur Ioannis 5. eius mens, eius ſenſus, quem impio axiomate ei adſcripſiſti: quin potiùs eius mens eſt, vt timeamus, ne peccata noſtra reliquiæ corruptionis in iudicium veniant. Non denique D. Paulus ſibi contrarius. Quid ergo & ipſe? *Omnes* (inquit) *nos*
2. Cor. 5. *manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue ma-*
Rom. 14. *lum.* Non etiam docet timendum, ne peccata noſtra in iudicium veniant? Docet proculdubiò. *Scientes ergo* (ait ibidem) *timorem Domini hominibus ſuademus*. Nam vt Hebr. 10. pronuntiat, *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*. Qua igitur fronte audes tribuere tuum impietatis axioma,

Digitized by Google

ma Chriſto, eius Apoſtolo?

Opponis, Chriſtum Ioan. 5. dixiſſe, *Qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam & in iudicium non venit*. At, mi homo, in quod iudicium non venturum intelligit apertè declarat in ſubſequentibus, nempe iudicium, impiorum, quod alterâ phraſi vocat reſurrectionem iudicij. Eſt enim duplex iudicium, iuſtorum & impiorum. Iuſtorum pſalmo 1. *Non reſurgunt impij in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum*. Impiorum quod hîc Ioan. 5. vt dictum eſt vocat *reſurrectionem iudicij*. Sed & eum, qui audit verbum Chriſti & credit ei, qui eum miſit, non venire in iudicium, eſt eumdem non damnari, vnde ex oppoſito ſubiungit, *ſed tranſiet de morte ad vitam.* Peccata autem noſtra, reliquias corruptionis, opera noſtra in rationem coram Deo non ventura, numquam pronuntiauit Chriſtus, numquam Apoſtolus, numquam ſcriptura.

Alterum iſtud, *Nos gratis ex ſola fide, non autem ex meritis bonorum operum coram Deo iuſtificari*. Iſta diui Pauli, *Eum qui non nouerat, pro nobis peccatum à Deo factum*, nihil ad noſtram Andromachā, ſed alterius ſunt argumenti, nec probant falſa tua axiomata, tantùm Chriſtum, qui non peccauerat, pro nobis, qui peccaueramus, crucem ſubiiſſe ac mortem. Quod autem addit, *vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo*, nihil aliud, quàm ex Chriſti morte, paſſione, iuſtitiam noſtram, velut cauſa efficiente meritoria conflari, à Deo autem eſſe velut à cauſa efficiente potiſſima & ſuprema. Neque enim per *iuſtitiam Dei*, de quâ hîc loquitur Apoſtolus, intelligenda eſt Dei iuſtitia, qua ipſe Deus iuſtus eſt. Eſt enim increata nec ab eius eſ- 2. Cor. 5.

Ll ſentia

Digitized by Google

ſentia diſtincta. At hâc nos formaliter iuſtos fieri implicat. Nam nullus noſtrûm poteſt eſsētialiter eſſe Deus. Quod neceſſum foret, ſi Dei iuſtitia, quæ eſt ipſius eſſentia, iuſti eſſemus. Itaque nomine Dei iuſtitiæ, illam iuſtitiam ſignificat, quæ & noſtra eſt, & Dei, quâ, velut qualitate animæ noſtræ inherente, iuſti formaliter eſſe debemus, ſi ſaluari velimus. Dei quidem iuſtitia dicitur, quia fides, quæ eſt fundamentum & radix iuſti-
Epheſ. 3. tiæ Chriſtianæ, ac iuſtificationis noſtræ baſis, *Dei donum ſit*: 2. quia charitas, quæ eſt forma & completio omnis iuſtitiæ noſtræ, ab eodem Deo no-
Rom. 5. bis infundatur. *Charitas diffuſa eſt in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt vobis*. 3. quia Deus eſt auctor noſtræ voluntatis, motor liberi noſtri arbitrij ad bonum & iuſtitiam. 4. quia nobis ad benè & religioſè viuendum, virtutem ac fortitu-
Ioan. 15. dinem tribuit. Nam *ſine eo nihil poſſumus facere, nec*
2. Cor. 3. *ex nobis cogitare, ſed ex Deo noſtra ſufficientia eſt*. Hinc
Eſa. 26. Eſaias fatetur, & nos cum eo. *Omnia opera noſtra*
D. Auguſtinus *operatus es Domine*. Et, D. Auguſtinus ideo, *Cùm iuſtè*
Epi. 120. *viuimus, Dei iuſtitia ſumus*.

Eadem autem iuſtitia noſtra dicitur, quia nemo credit niſi volens. 2. nemo diligit & amat niſi volens. 3. quia cum Dei voluntate, operatione & virtute, currit noſtra voluntas, liberum
1. Cor. 3. arbitriũ noſtrum. Vnde, *vnuſquiſque accipiet ſecun-*
Matth. 16. verſ. 27. *dùm ſuum laborem, iuxta opera ſua*. 4. quia à Deo nobis data. Nam quod Deus nobis dedit, no-
Rom. 2. verſ. 6. ſtrum eſt. Hinc toties. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis re-*
Matth. 5. & 6. *gnum cælorum*. Et, *Videte ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus*. Denique, *diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi*. Quibus conſtat im-

pium

Digitized by Google

pium iſtud poſterius dogma, non Apoſtolo adſcribendum, ſed vobis hæretice ſentientibus, exponentibus. Pſalm. 111.

Non etiam iſta probant tua impia axiomata falsò Chriſto & Apoſtolo adſcripta. *Hü qui in Chriſto ſunt non eſt damnatio*. Nam non vnico tantùm medio Chriſto incorporamur, agglutinamur, non fide tantùm, ſed etiam charitate, dilectione, bonis operibus. Vnde iſta, *Deus charitas eſt, & qui in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo*. 1. Ioã. 4. Iſta Chriſti, *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, pater meus diliget eum, ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus*. Ioan. 14. Sunt & alia media, quæ, breuitati ſtudens, prætermitto. His paucis conſtat, verbis D. Pauli Rom. 8. non probari tam falſa. Non iſtis denique Rom. 3. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei Iuſtificati gratis, per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius*. Non iſtis Epheſ. 2. *Gratiâ eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis, ne quis glorietur*. Non iſtis, *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia, iam non eſt gratia*. Nam Rom. 3. diſputat aduerſus Iudæos, qui exiſtimabant ſe, etiam ſecluſâ fide Chriſti, ſaluari poſſe. Oſtendit autem ibi nec Patriarchas, nec Prophetas ſine ea fuiſſe ſaluatos: imò nec nos ſine ea poſſe ſaluos fieri, quamquam bonorum operum poſita iuſtitia; quandoquidem fides Chriſti ſit baſis & fundamentum omnis Chriſtianæ iuſtitiæ. Vnde & Rom. 14. pronuntiat. *Quod ex fide non eſt, peccatum eſt*. Itaque Roman. 3. oſtendit fidem & bona opera debere ſimul currere, hæc ſine illa nihil prodeſſe ad ſalutem

æternam conſequendam.

Epheſ. autem 2. De gratia gratis data loquitur, quæ non cadit ſub merito: duplex enim eſt gratia. Vna quæ non cadit ſub merito, de qua

Tit. 3. iſta, *Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm*

1.Ioan. 4. *ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit*. Et D. Ioannes, *non quaſi nos priùs dilexerimus eum, ſed quia ipſe prior dilexit nos*. Hac gratia vocat Zachæum publicanum Luc. 19. Diuum Paulum Act. 9. nihil minus cogitantem, ſed adhuc *ſpirantem minarum & cadis in diſcipulos Domini*. Verùm ſe olim dixiſſe, facto

Eſa. 65. comprobans, *Apparui his, qui non quærebant me*. Altera eſt gratia quæ cadit ſub merito & præceden-

Sap. 1. Prou. 8. Ioan. 15. D. Chryſoſt. homil. 41. in Geneſ. tibus operibus datur, *Apparet his, qui fidem habent in eum.* Et *diligit Dominus, & ditat diligentes ſe*. Et Chriſtus ſuis, *Ipſe pater amat vos, quia vos me amatis & credidiſtis, quia ab eo exiui*. Nam vt cum D. Chryſoſtomo dicam, *Talis eſt Dominus, vt ſi videat nos, in prioribus gratos, beneficia accumulet, & numquam à ſuâ beneficentiâ deſiſtat.*

Romanorum porrò 11. Sic loquitur, habito reſpectu noſtræ cauſalitatis, ad gratiæ cauſalitatem. Quoniam enim hæc ſit præcipua & potiſſima cauſa, atque adeò, vt non ſolùm gratia præueniente nos, non ſolùm adiuuante, ſed etiam ſubſequente indigeamus, tanta eſt noſtra imbecillitas, & infirmitas; & compoſiti ac comparati ad gratiam, quâ cum currimus, nihil aut parum ſimus, potiſſimæ ac præcipuæ (inquam) non autem ſecundariæ cauſæ rationem habens, pronuntiat, *ſi non ex gratia* tanquam cauſa, vt ſic loquar, principaliſſima, *ſed ex operibus*, tanquam potiſſima & præcipua, *Gratia non eſt gratia*, id eſt, nihil gratis

Digitized by Google

gratis à Deo habemus. Maius lumen offuſcat minus; gratia potiſſimum illud lumen, liberum hominis arbitrium, velut minus præcipuum. Hinc eſt quòd Apoſtolus, hîc, vt ſæpè alibi, præ magnitudine ſplendoris ac potentiæ ſuperioris illius cauſæ, ſileat, non tamen neget, tenuitatem lucis ac virtutis inferioris cauſæ, noſtri nempe liberi arbitrij. Nullis igitur Chriſti aut eius Apoſtoli teſtimonijs, tua impietatis dogmata & axiomata probantur; diſtant iſta ab illis, ſyllabis, dictionibus, mente & ſenſu. Quæ ſi in impietate perſeuerando propugnare pergis, iſtud tamen referam, quod me fruſtra accuſaueris impoſturæ, quandoquidem hîc conſtet, nec Caluino, nec Bezæ crimen negati iudicij, gratis me adfinxiſſe.

CAPVT XXXI.

Caluiniſticus cœtus cur ſecta vocandus. Infernus probatur ex 16. Numer. pſal. 55. Quàm inaniter & arroganter Patrum antiquorum auctoritatem de diuerſis inferorum ſedibus, reijciat.

POLYANDER CALVINISTA.

Duas hac controuerſia partes cõplectitur, quarũ priore traditiones de varijs inferorum pœnis ac receptaculis; poſteriore, Eccleſiæ veſtræ Romanæ puritatem nobis exhibes. Antequam tamen vtriuſque partis fundum oſtendas, magiſtrali nos ſupercilio & Sorbonica quadam grauitate ſectam vocas Caluinianam, & Eccleſiam, in qua

nemo fuit Apoſtolorum, aut Apoſtolicorum virorum, ſed quæ ab Apoſtolica doctrina penitus errabunda exulat, quæ impio mendacio fulciri contendit. *Nec vllum das aſſertionis tuæ documentum, quaſi decretum, aut oraculum aliquod pronunciaſſes, nec obiectionis tuæ rationem (quæ omnibus legibus diſputationis eſt fundamentum) nobis allegare tenearis.*

ANASTASIVS CARMELITA.

134. §. 1. Nullo ſupercilio ducor, Magiſter Ioannes. Magiſtrali autem ac Sorbonica grauitate veſtrum ſacrilegum Schiſma vocaui *ſectam Caluinianã,* quidni verò? Scurrili cãlamo, leuiore cerebro multa in Eccleſiam Catholicã impiè profũdis, cur nõ eã conſtãtiã & grauitate repellerem?

2. Caluinianam ſectam dixi colluuiem veſtram, non autem Eccleſiam Apoſtolicam, non iure ac merito? ſine vllo aſſertionis meæ documento, & obiectionis meæ ratione? nego. Eccleſia enim Apoſtolica eſt, in qua aliquis Apoſtolorum aut Apoſtolicorum virorum, qui in fide & doctrina Apoſtolorum perſeuerauerit, ſedet, & aliquem Apoſtolorũ auctorẽ & anteceſſorem habuit. In veſtro autẽ ſacrilego Schiſmate, *quis Apoſtolorum aut Apoſtolicorũ virorũ ſedit, quis, qui cum Apoſtolis in fide & doctrinã perſeuerauit, quis qui aliquẽ Apoſtolorũ habuit auctorẽ, Anteceſſorẽ?* Nemo me hercle. Hac ratione, hoc documẽto, quod Tertullianicũ eſt, in hæreticos omnes, magiſtrali ac Sorbonicâ grauitate pronũtiaui, vos ſectã eſſe Caluinianã.

Tertull. lib. præſcript. cap. 36.

3. Etſi verò nullum documentum meæ aſſertionis, nullam meæ obiectionis rationem dediſſem, iure ac meritò feciſſem, Non enim tenebar; nec eſt par ratio legum diſputationis de doctrina, & actuum iuris. Quem enim ius, temporis præ-

Digitized by Google

præſcriptio alicuius rei ac poſſeſſionis legitimum hæredem, ac Dominum reddiderunt, ſi qui ex aduerſo venerint, & eum alicuius prodigalitatis ac corruptelæ accuſauerint, eo nomine iniuſtæ poſſeſſionis arguerint, is ſi eos vocet ac dicat prædatores, ſpurios, aut aliquâ aliâ appellatione, quâ digni ſunt, nominet; cur id faciat, nullum documentum eius ſuæ aſſertionis, nullam rationem ſuæ reiectionis adferre tenetur. Stat enim pro documento, ac pro ratione, eorum iniuſta litigatio, aggreſsio, inſultatio, prouocatio. Vt idem mihi hîc cōtigiſſe in vos, ſcias. Veſtrū autem fuerit, *ſi veritatis adulterinō eſtis, oſtendere, quâ auctoritate prodieritis, probare vos nouos Apoſtolos, eadem ſigna edendo, quæ Chriſtus. Sic enim Apoſtoli facere ſolent, ſed quos illi de mortuis viuos faciebant, non dubito quin de viuis mortuos faceretis*. Nos verò, & ius & temporis longiſsimi præſcriptio veræ Eccleſiæ hæredes ac poſſeſſores conſtituerunt. Vnde non nos vobis, ſed vos nobis rationem reddere, documentum veſtræ aſſertionis litigioſæ adferre tenemini. Facietis? Ad Kalendas Græcas. Mirum eſt, quod nolitis ſic appellari. At quid æquius, quàm vnde totius corporis membra ſigillatim ſpiritum & incrementum ducunt, inde notam nomenque ſortiantur? Vnde vobis ſingulis ſpiritus & incrementum, quàm à Caluino parente veſtro? non igitur immeritò vos ſectam Caluinianam nominauero.

Tertull. lib. præſcript. cap. 31.

POLYANDER CALVINISTA.

Sed in re manifeſta ne diutiùs moremur, ad primam tuam propoſitionem accedo, quâ affirmas veſtram traditionem de ſedibus ac ſupplicijs inferorum, eſſe Propheticam, Apoſtolicam & Catholicam. Teſtimonia partim ſunt refutata, par-

Digitized by Google

tim inepta, & abſurda, partim humana & quæ approbandi neceßitatem nobis imponere nequeant. Teſtimonia refutata ſunt, quæ hauſiſti ex Zach. 9. Dauidis pſal. 16. Act. 2. Pauli Epheſ. 4. Petri 1. cap. 3. Inepta & ad quæſtionis ſtatum malè accommodata ſunt, Moyſis Numer. 16. Deuteronom. 32. Iobi 20. & 21. Dauidis pſal. 6. & 11. & 21. & 30. & 55. & 86. & 139. Matth. 13. & 18. & 25. Luc. 16.

ANASTASIVS CARMELITA.

135. §. 1. Noſtram de ſedibus ac ſupplicijs inferorum doctrinam, traditionem eſſe propheticam, Apoſtolicam & Catholicam probaui, cum teſtimonijs Prophetarum, Apoſtolorum, tum etiam Patrum orthodoxorum.

2. Refutaſti teſtimonia, quæ ex Zach. 9. hauſi, Dauidis pſal. 16. Act. 2. D. Pauli Epheſ. 4. & Petri cap. 3. Verba & voces, mi homo, atque oſtentationes. Omnia refutas, omnia ſperas,

Omnia deficiunt, incipis eſſe nihil.

Quàm ſubtiliter ac firmis rationibus refutaueris, ſuo loco vidimus. Firmiores, acutiores, ſi domi non habes, prætenſionibus tuis cecidiſti. Verùm poſſet eſſe alicuius firmamenti aduerſus veritatem falſitas?

Inepta & abſurda illa, quæ partim ex Dauide, partim Iobo, Moyſe, D. Matthæo, D. Luca protuli, fuerunt. Hoc tuum iudicium, quod eadem facilitate exſpuo, quâ ab homine hæretico, nugatore, manat ac procedit. Siquidem, quibus documentis & rationibus probas inepta & abſurda teſtimonia? Verſionibus ac expoſitionibus vanis & ridiculis, nugatorijs, nullius auctoritatis ac dignitatis,

Diſcurriſque vago per loca ſacra pede:

Diſpiciamus, atque primùm attingamus, quas profers

Digitized by Google

profers in illud Moyſis de inferno teſtimonium Numeror. 16.

POLYANDER CALVINISTA.

Moyſes de Coracho, Dathane, Abiramo, alijſq; ſeditioſis Numeror. 16. nihil aliud recenſet, quàm quòd iuſtiſſimo Dei iudicio, terra ſub eorum pedibus horribiliter dehiſcente, viui in eius viſcera deſcenderint, & quoniam non eſt veriſimile ipſorum tabernacula, totámque ſupellectilem in ipſum infernum ac locum damnatorum deſcendiſſe, ſed ab ipſa terra fuiſſe deuorata & obruta: ideo præcipui in ſacrarum literarum interpretatione Theologi vocem, Scheol, ſepulchrum, quàm infernum reddere maluerunt. Et quamuis Moyſes iſta voce infernum denotaſſe tibi concederem, fruſtra tamen nugareris, ſi inde concluderes infernum eſſe in ipſo deſerto, quòd Iſraëlitæ, annos quadraginta coluerunt, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

136.§.1. Imò Moyſes ibi narrat eos *deſcendiſſe in infernum viuentes*. Quod dicis non eſſe veriſimile ipſorum tabernacula, totamque ſupellectilem in ipſum infernum deſcendiſſe: Amabò, cui non veriſimile videtur, niſi vero hæretico & reſiſtere veritati ſemper paranti? Alioqui credenti & Moyſi non tantùm veriſimile, ſed etiam de facto contigiſſe perſuaſum eſt. Tantum enim fuit eorum rebellionis ac murmuris crimen, vt in aliorum terrorem, & exemplum deſcenderint viui in infernum, deſcenderint eorum tabernacula, totaque ſupellex. Atque hinc patet, ignem inferni realem, & more noſtri ignis corpora in cineres redigenda, reducere. Quod ſecundò obijcis præcipuos Theologos ideo vocem *Scheol:* cuius ibi mentio eſt, pro ſepulchro, non pro inferno vſurpare; qui ſunt illi præcipui Theologi, in ſacrarum literarum interpretatio-

Digitized by Google

ne? In re tam ſeriâ eos numerando recenſere debueras. Caluinum, Bezam dices? At præcipuos Theologos eſſe negamus. Qui ſi adeò inani ratione ducti fuerint, vt vocem *Scheol:* quæ hîc occurrit, non pro inferno, ſed tantùm pro ſepulchro vſurparint; proculdubio vacuitatem ſui cerebri abundantiſſimè omnibus notam eſſe voluerunt. Quaſi verò iſtud repugnet veritati, aut id non requireret diuina iuſtitia, & eiuſdem Dei ſapientiæ ratio. Quod tertio loco addis, *ſi concederes Moyſen iſtâ voce infernum denotaſſe, nugarer tamen, cùm inde concludere oporteret infernum eſſe in ipſo deſerto.* Et vnde neceſſitas huius concluſionis? Quæ licet eſſet neceſſaria, non tamen nugatoria foret. Quî ſic? Quoniam terra rotunda eſt, ac proinde, quacumque parte terræ deſcendatur in infernum, perinde eſt. Nam omnes partes eius rei, quę rotũda eſt, æqualiter ad eiuſdem rei centrum affectæ ſunt, & ab eodẽ diſtãt equaliter, & omnes lineæ ad circũferentiam ductæ, æqualiter à cẽtro diſtãt: vt idem de omnibus partibus terrę ad eiuſdem centrum iudicemus. Quod quartò opponis, nempe ex hoc loco me non colligere poſſe locorum ac receptaculorum diuerſitatem; quid cauſæ erit, cur non poſſim? An quòd totum non ſuas partes complectatur? Aut quòd ſi non ex hoc loco eam eruere nequeam, non ex alijs valeam? Nam diuerſæ hæ ſedes, ſi non ex vno tantùm, at ex pluribus, & ijs, in quibus fit earum mentio, colliguntur. Vnum tantùm teſtimonium ſcripturæ produxi? Ex iſto infernum damnatorum, ex alijs limbum, & purgatorium colligo. En ſcilicet, magnæ illæ ac firmæ ſubtilitates, quibus hunc locum nobis auferre paras

Per

Digitized by Google

Per nemus ignotum, non certis paſsibus errans.

POLYANDER CALVINISTA.

Idem iudicandum eſt de teſtimonio pſal. 55. vbi Dauid ad inſolitum & horribilem illum Corachi, Dathanis & Abirami interitum reſpiciens, optat vt improbi eodem modo, viui ſcilicet, in foueam deſcendant, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

137. §. 1. Idem iudicandum, ſed homini hæretico, atque ei, qui infernum reuera eſſe profiteri nolit. Nam ſi tam clara & euidentia de inferno teſtimonia, falsâ & adulterâ expoſitione euerſa eſſe volet, probabitur ex minùs claris & euidentibus? Alias eaſque adulteras expoſitiones, iniquas tuas verſiones in verſ.22. Deuteron. cap.32. in 26. v. c. 20. in 13. v. c. 21. Iob in 6. pſal. 6. in 6. pſalm. 11. in 10. pſal. 21. in 4. pſal. 30. in 13. pſal. 86. in 8. pſal. 139. in 42. verſ. cap. 13. in 9. cap. 18. in 41. c. 25. D. Matth. in 23. & 24. v. c. 16. D. Lucę, quibus octo integras paginas maculaſti, facilè prætereo. Non enim rationes poſtulant. Quia 1. tempus perderē in tam vanis refutandis. 2. Quia centies repetitæ, & ad nauſeam redintegratę. 3. Quia ſcimus ſolitò cantillari in conuenticulis veſtris, ac de nullis alijs inferis, quàm de foueis & ſepulchris à vobis exponi. 4. Quia extra contextū excurris. Atque velim, optemq; vt Lector iudicet num iſtud quod ſubiungam æquum iuſtumque ſit. Si quando Caluiniani Miniſtri ſacræ Scripturæ teſtimonia in nos producunt, atque ea interpretari velimus, tunc exclamāt, vociferantur, nos extra ſcripturam ac contextum vagari. Quando autem contingit nos eis opponere eiuſdem ſacræ Scripturæ teſtimonia, quid iſti? num ad ſuas expoſitiones confugiunt? Non

igitur

Digitized by Google

igitur licet nobis obijcere iſtas expoſitiones extra Scripturam & contextum errare, verſari? Iſtius Miniſtri ad allegata eiuſdem ſcripturæ oracula interpretationes, verſiones, adulteræ & iniquæ ſunt, extra hæc diuina oracula excurrunt ac dimicant, non licebit mihi eas meritò prætererire? Aut maioris fidei ac auctoritatis fuerint, quàm noſtræ? Lepidè ſcilicet.

D. Cyprianus lib. 4. Epiſt. 2. ad Antoni. & lib. de vnitate Eccleſ. D. Athanaſius lib. 2. contra Arian. D. Hier. dialog. aduerſûs Luciferian. Tertull. lib. præſcript. cap. 19. & 21.

5. A non Chriſtiano productæ ſunt. *Non enim hæretici Chriſtiani ſunt, quia necdum credunt*, vt docent orthodoxi Patres. D. Cyprianus, D. Athanaſius, D. Hieronymus, D. Auguſtinus libro de gratia Chriſti cap. 20. *Apud ſolos autem Chriſtianos, qui ab Apoſtolis, quos Chriſtus miſit ad prædicandum per eiuſdem Eccleſias, quas ipſi condiderunt, eis prædicando tam viua, quod aiunt, voce, quàm poſtea per Epiſtolas, dicente Apoſtolo, State & tenete traditiones, quas didiciſtis à nobis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam, ſcripturarũ ac expoſitionum auctoritas eſt*, vt docet D. Irenæus lib. 1. cap. 2. & 3. & lib. 3. cap. 1. 2. 3. 4. 5. *Apud vos igitur apparere non poteſt fidei Chriſtianæ veritas, non etiam expoſitionum ac ſcripturarum auctoritas. Alioqui, à quo, per quos, & quando vobis tradita diſciplina, qua Chriſtiani fiunt*, quemadmodum concludit Tertullianus. Non ergo aſſis æſtimare debemus, ac tenemur, iniquas tuas verſiones, adulteras expoſitiones.

POLYANDER CALVINISTA.

In inferno nemo celebrat nomen Domini, nulla ibi nominis Dei recordatio, nemo ibi Deum inuocat. Igitur iſta pſalmi. 6. *In inferno autem quis confitebitur tibi*, non pro inferno, ſed pro ſepulchro vſurpantur. *Nemo eductus ex inferno ante Chriſti paßionem, vt vultis; nemo conſeruatus fuit deſcendens in illam voraginem, à morte liberatus eſt, hoc eſt à corporis & ani-*

ma

Digitized by Google

ma ſeparatione, nec poſt obitum, ex iſta voragine eductus, Deo propterea ſacrificium laudis obtulit in Eccleſia Iudæorum. Non igitur, quæ pſal. 29. ſeu 30. pſal. 85. ſeu 86. habentur de inferno, ſed de ſepulchro ſumi debent. Mortui in inferno cruciantur (vt ſuprà docuiſti, nec vnquam infernus cum Lecto, aut ſtrato in ſacra Scriptura comparatur. Non igitur iſta pſal. 138. ſeu 139. verſ. 8. Si aſcendero in cælum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades, *aliter, quàm pro ſepulchro exponi debent.*

ANASTASIVS CARMELITA.

138. §. 1. Nemo etiam nomen Domini inuocat, eius memor eſt in ſepulchro. Niſi, vt ſemper, velis homines adhuc viuos condi ſepulchro. Vide Lector huius Miniſtri ſubtilitatem. Nam, ſi, quia in inferno propriè dicto nemo Deum inuocat, eius nominis recordatur, vox *Scheol*, quæ pſal. 6. occurit, non pro inferno, ſed pro ſepulchro vſurpari debeat: cùm in ſepulchro nemo Deum inuocet, nemo eius, in eo ſepultus, recordetur, eadem ratione nec pro ſepulchro vſurpari dictio *Scheol*, poterit. Quin & contra, mi homo, cum nemo in inferno damnatorum Deum inuocet, & vates ſciſcitabundus canat. *In inferno, quis confitebitur tibi?* ex eo apparet, quòd dictio hæc propriè infernum hìc ſignificet.

Neminem autem inuocare nomen Domini in inferno damnatorum fatemur, neminem ibi nomen eius laudare. Sed in purgatorio, olim etiam limbo negamus. Et proinde non à ſententia Bellarmini quemadmodum calumniaris pagina 315. diſcedo.

2. *Neminem eductum ex inferis ante Chriſti paſſionem* fatemur: neminem etiam in illam voraginem deſcendiſſe, præter Corachum, Dathanem, Abiramum,

ramum, & liberatum à morte, id eſt ſeparatione corporis & animæ, fatemur. Quid etiam inde? Neminem denique inde poſt obitum eductum, præter eos, quos Chriſtus poſt paſſionem ſuam e limbo & purgatorio ſecum in cælum duxit fatemur. Quid etiam inde? Putas Dauidem, putas ſacra oracula, numquam præſentem rem, liberationem, eductionem, mortem, pro futura vſurpare? Aut iam mortuus Dauid, & omnes, in quorum perſona canere poterat? Putas è limbo, è purgatorio eductos, ſacrificium laudis in Eccleſia Iudæorum id eſt confitentium, Deo non obtuliſſe?

Pſalm. 138. 3. *Mortui, qui ſunt in inferno cruciantur*, eſto. Quæ hæc conſequẽtia? mortui cruciantur in inferno. Non igitur Dauid canens. *Si deſcendero in infernum ades*, infernum pro vero inferno, ſed ſepulchro poſuit. Non ridicula hæc conſequentia? Non pueris ridenda? Imò verè, pro vero inferno ſumpſit: nam oſtendit neminem poſſe fugere Dei præſentiam, ex eo quod vbique ſit.

4. Infernum cum Lecto & ſtrato in ſcriptutura non comparari, falſum eſt. Hic ſiquidem expreſſè, *Atſihah Scheol*, id eſt, ſi ſtratum fecero propriè in inferno; ſi me illic occultauero, velut in cubili. Et per diſtributionem Prolepſis illuſtratur.

Polyander Calvinista.

Teſtimonia de varijs inferorum receptaculis & de igne corporeo extrinſecus vrente & alijs commentis, quæ ex Patrum ſcriptis vellicatim annotaſti, cùm ſint humana & à mente ſcripturarum, à fidei analogia diſcrepantia, non ſum contumacia accuſandus, ſi ea tecum non amplector.

Ana-

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

139. §. 1. Operepretium eſt vt Lector videat, qui ſint illi patres, quos mecum non amplecteris in doctrina de varijs inferorum ſedibus. In ijs ergo eſt. D. Iuſtinus martyr, D. Irenæus, Tertullianus, D. Hilarius, D. Chryſoſtomus, D. Ambroſius, D. Gregorius Niſſenus, D. Clemens Alexandrinus, D. Baſilius, D. Ephrem, D. Hieronymus, Origenes, Arnobius, Lactantius, Euſebius Cæſarienſis, D. Auguſtinus. En quos, Lector, iſte hæreticus Miniſter non amplectitur in doctrina de varijs inferorum receptaculis, & igne corporeo extrinſecùs vrente. Chriſtianum dicés? Nam *an non talibus poſt Apoſtolos plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus ſãcta creuit Eccleſia? Eorũ ratione, eruditione, libertate, auctoritate ſubſiſtit? An nõ illi ſunt, qui fidem Catholicã ſcriptis ſtrenuè defenderũt, qui in diuinorũ pertractatione eloquiorũ clariſſimi ſacerdotes extiterunt, in ſancta Dei Eccleſia Antiſtites, omnes ſacris literis eruditi? Nõ illi, per quos veritas ipſa aduerſus hæreticos ſe loqui teſtatur? Nõ vaſa illa vtilia, quæ Deus formauit & ſancta ſua templa cõſtruxit? Non omnes docti, graues, veritatis acerrimi defenſores? Clara illa lumina & Catholica quorũ multitudo Catholica nonniſi ſanum ſapit? Qui diuinitùs adiuti vana hæreticorum argumenta confutant* D. Auguſtinus. tom. 7. lib. 2. in Iulian. Pelag. Et magnos illos pietate homines; iſte balatro & plebicola vaniſſimus, præ ſe nihil æſtimabit? Impietati, quam profitetur, volet nos manum ac dextram dare, non autem pietati, quam ab illis hauſimus? Sibi fidem adhiberi volet, illis non item? Quæ tam inſolens poteſt eſſe arrogantia & ſuperbia? *Multum abiecti & verè à Deo derelicti, multum obſtupendi, qui intolerabilem hanc arrogantiam*

Digitized by Google

gantiam non eſſe iudicauerint. Otum hunc ac ſannionem impurum iſtum, iube Lector, quia vult, inſanire. Nam, *maleuolus ſemper ſua natura veſcitur. Contra miſerabilem inſaniem* Morionis iſtius turpiſſimi, *vide vt defendas fidem orthodoxorum Patrum, ſicut contra impium & profeſſum Chriſti inimicum, etiam ipſum defenditur Euangelium:* Illi ſiquidem ſunt, à quibus veram fidem, *doctrinam pietatis & rectè viuendi inſtituta hauſimus*. Illi, qui *diuinæ familiæ dominicæ cibaria adminiſtrarunt, & ingenti gloria in Domino claruerunt.*

D. Athanaſius in 1. ad Rom. D. Auguſtinus lib. 2. in Iulian. Pelag.

2. Inſani hominis, inſanæ ſunt rationes. Vide mihi, quàm ſana ſit iſta huius Miniſtri ratio prima. Quia, inquit, *eorum teſtimonia ſunt humana.* Nego, mi homo, nam quod D. Paulus de ſe dixit. *An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus?* Id de ſe eorum quiſque dicere potuit. *Spiritu enim Sancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines.* An quia homines erant, eorum teſtimonia humana? quaſi Deus per homines loqui, & ſua oracula, teſtimoniaque proferre nobis non ſoleat. Fortè, quia per eos non eſt loquutus Dominus, ſed per iſtum impurum Pedotribam. Fortè, quia iſte non ſit homo, ſed illi homines fuerunt. Euge, euge, rem acu tetigit. Tua, tua, hæretice Miniſter, humana ſunt teſtimonia; quid dico humana? non etiam diabolica? Proſus. Non in ſcripturis diuinis fortè iſto Miniſtro celebriores, probitate ac ſanctitate vitæ ſplendidiores, vnde factum, vt Deus non per eos, ſed per iſtum ſua teſtimonia redderet. Vnde factum, vt Lucifugus iſte illis præluceret. O ſeculum, in quo tantam videmus homines ferre ac pati inſaniam. Secunda eſt, *quia à mente ſcripturarum diſcrepent.* At quis hæc? Miniſter hæreticus Caluinianus.

2. Cor. 13.
2. Pet. 1.

Digitized by Google

nus. Tertia, *quia diſcrepent à fidei Analogia*. Quis denique hæc? Refuga fidei & veritatis deſertor. Negamus conſtantiſsimè, Domine Miniſter. Atque, repugnat eos, per quos fidei ſuæ documenta nobis Deus voluit tradita eſſe, mentem ſcripturarum non intellexiſſe, cum fidei Analogia non conuenire. Nam *quod apud omnes iſtos vnum inuenitur, non erratum, ſed traditum.* Porrò ſuo loco oſtendimus has iſtius viliſsimi Agyrtæ de Patribus orthodoxis aſſertiones falſas eſſe, teſtimonia eorum concordare cum ſenſu ſcripturarum & fidei Analogia. Sed, vt ſæpe dixi, ideo orthodoxorum Patrum teſtimonia omnes hæretici reijciunt, contemnunt, quia ab illis reuincuntur. Tertull. lib. præſcript. cap. 28.

Quare ſi quando præmuniuntur eorum auctoritate, homines extitiſſe dicunt, eorum teſtimonia eſſe humana. Ipſis hoc effugium & pons ſaluationis eſt, *Pontem* dico cum feſtiuis hominibus, *verè Aſinorum*. Sed colligere licet. Patres Orthodoxi infernũ reuera locum, corporis continentis concauam ſuperficiem, ignem eius materialem, realem corporeum, extrinſecus vrẽtem, ex Propheticis & Apoſtolicis teſtimonijs eſſe tradunt: Negat Polyander, negat Caluinus. Nihil credi debere, quod in ſacra Scriptura ſcriptum ſit, volunt; Igitur, eorum neuter reuera infernum, ignem realem, corporeum, materialem, extrinſecus vrentem agnoſcit. At iſtud eſt, quod D. Mechelmannus hactenus aduerſus Caluinum, apud Affinem tuum probauit, ob quod ſe centum coronatis aureis aſtrinxit, Iuuenal. Satur. 8.

Auri atque argenti ſcutum, gladiumq́ relinquat.
Et iacula & galeam ———

Digitized by Google

CAPVT XXXII.

Eccleſia ac perſonæ particulares, quomodo Catholicæ. Eccleſiam Romanam non factam peßimam. Quàm ſolidum legitimæ ſucceßionis argumentum. Particularium Eccleſiarum, Epiſcoporum ac paſtorum legitimam ſucceßionem cur non proponamus.

POLYANDER CALVINISTA.

SEquitur altera quæſtio, An Eccleſia veſtra Romana, ſit Catholica & Apoſtolica, an verò (*nouâ hîc voce vtiliceat*) Cacolica, Apoſtatica, *Illud à te affirmatum* duobus confirmas argumentis, quorum prius eſt. Apoſtolus docet Rom. 1. verſ. 8. fidem Romanorum annuntiari in toto mundo. Ergo idem dicit Eccleſiam Romanam eſſe Catholicam, id eſt, vniuerſalem. *Argumentum verè Cocheleticum, riſu potiùs, quàm confutatione dignum. Simili enim argumento concludam ex* 1. *Theſſal.* 1. *verſ.* 8. Apoſtolus Paulus docet fidem Eccleſiæ Theſſalonicenſis, non ſolùm in Macedoniam & Achaiam, verùm etiam in omnem locum dimanaſſe. Idem ergo docet Eccleſiam Theſſalonicenſem eſſe Catholicam, id eſt vniuerſalem. At Stolida & Theologo indigna eſt hæc argumentatio. Ergo & illa. *Particulares ſiquidem Eccleſiæ ac perſonæ, vniuerſali fidei ipſarum prædicatione, in Eccleſias ac perſonas vniuerſales permutari nequeunt. Quis alioqui non eodem modo* argu-

Digitized by Google

argumentabitur? Virtutes Chriſtianæ virginis Mariæ, & Mariæ Lazari Sororis in toto mundo, ad vtriuſque memoriam celebrantur, vt impleatur quod ſcriptum eſt Luc. 1. & Matth. 26. Ergo vtraque Maria eſt Catholica; id eſt vniuerſalis.

ANASTASIVS CARMELITA.

140. §. 1. Noua proculdubiò & Chriſtianis inaudita vox, blaſphemiæ & contumeliæ plena; omnibus & ſingulis deteſtanda & execranda.

2. Cæterum ſi ſemel reuiuiſceret Beza meritò tibi querulus obijceret. Ergone Polyander,

Siccine *Nutritus per me, tandem fera ſæuies in me?*
Vertere naturam gratia nulla poteſt?

Siquidem ne dicas exclamando prius hoc argumẽtum eſſe Cocheleticũ, ſed meum Tractatũ illo, quem edidi de notis Eccleſiæ; Et tu *dignum potiùs riſu, quàm confutatione* vocas? Ita ne gratiam pro gratia refers? Lupus pilum, non animum mutat? colubrum in ſinu foui? Itane gratis, fruſtraque aduerſus Romanam Eccleſiam, te improbante confecero?

Ad hoc Magiſter Ioannes reſpondemus 1. Bezam, teque grauiter impingere. Nam iſtud argumentum, quod nos educimus ex D. Pauli verbis Rom. 1. demonſtratione à poſteriore colligimus, & teſtimonio D. Pauli vtimur, tanquam eius rei, quæ tunc erat, cum Eccleſiæ Romanæ laudes attingeret. Et quoniam Eccleſia Romana, de qua Apoſtolus loquebatur, eadem eſt cum ea, de qua ſermonem habemus, appoſitè ad inſtitutum noſtrum attemperamus eas laudes, quas olim Apoſtolus de eadem pronuntiauit. Iſtis demonſtramus vtriuſque identitatem, vt cum Scholaſticis loquar.

2. Licet à priore argumentaremur, quo modo Beza in nos, nihil tamen faceremus in præiudicium Chriſtianæ, Catholicæ profeſſionis ac fidei; non *riſu dignum foret argumentum*, quemadmodum tu & Beza putatis. Quî ſic? Quoniam nemo ſanus negauerit eam Eccleſiam, cuius fides vniuerſo mundo annuntiatur, eſſe Catholicam. An non enim fide, quæ in vniuerſo mundo prædicatur Eccleſiæ, perſonæ, etiam particulares, Catholicæ dicuntur & ſunt? At ſimili ratione Eccleſia Theſſalonicenſis colligeretur eſſe Catholica, id eſt vniuerſalis. Quidni etiam? *Stolida & indigna Theologo foret argumentatio*? Stolidus ergo & Theologi nomine indignus Beza, qui tractatu de notis Eccleſiæ, eam in nos conſtruit; quem hac de cauſa perperam aduerſum nos inſurgere demonſtras. Nam ſi *ſtolida & indigna Theologo argumentatio*, & Beza eam, pro firmo telo in nos librat, nonne te cauſam noſtram aduerſus eum propugnare vides? Defēdere eos, quos impugnare intendis? Ecquis malus genius, dicent tui, tibi mentem, Domine Miniſter, abripuit, qui noſtras argumentationes ſtolidas & Theologo indignas adſtruis? Hoc caput cucurbita non indiget? indiget prorſus. Volo tamen Bezam à ſtolida argumentatione eximere, eumdem contra nos, pro nobis agere, oſtendere. Ergóne Eccleſiæ particulares, perſonæ particulares fidei prædicatione, annuntiatione in Eccleſias & perſonas vniuerſales permutabuntur? Minimè. Qua igitur via? Tranſitione de particulari ſtatu ad vniuerſalem? Minimè. Quomodo ergo? Communicatione in vna & eadem fide, in vno & eodem Spiritu, in vna

& ea-

Digitized by Google

& eadem ſpe, charitate & dilectione. Adeò vt licet Eccleſiæ & perſonæ in ſe ſint particulares, communicatione tamen in vna & eadem Catholica fide, Catholicæ, id eſt vniuerſales ſint & dicantur. D. Paulus Corinthios appellat *Corpus Chriſti* id eſt Eccleſiam eius. Eccleſia Chriſti Catholica eſt, & vniuerſalis, vna, ergo eoſdem vocat Catholicam, id eſt vniuerſalem Eccleſiam. Quomodo? niſi verò communicatione in vna & eadem fide, quæ Catholica, id eſt vniuerſalis eſt? Quos corpus Chriſti dixit, ibidem, *Membra de membro* nominat. Sic Epheſios dicit eſſe *vnum corpus, vnum ſpiritum*. Quomodo? Communicatione in vna & eadem ſpe. *Sicut vocati eſtis* (inquit) *in vna ſpe vocationis veſtræ*. Cedo, Magiſter Ioannes, nouum ne vnam & eamdem perſonam, & particularis, & vniuerſalis perſonæ rationem ac nomen ſubire? Cæſar inquantum hic homo non particularis perſona? officio, imperio ac dignitate non perſona vniuerſalis? Eccleſia Theſſalonica particularis Eccleſia erat ſitu, dignitate, poteſtate, imperio, fide autem Catholica, id eſt vniuerſalis. Perſonæ particulares ad totum corpus, quod eſt Eccleſia, comparatę, ſunt eiuſdem Eccleſiæ membra particularia; quia tamen in ea fide communicant, quæ vniuerſalis eſt, Catholicæ ſunt & dicuntur.

1. Cor. 12.

Epheſ. 4.

Sic virgo Maria, ſic Maria Lazari ſoror, licet in ſe ſint perſonæ particulares; tamen prædicatione vniuerſales ſunt, fide Catholicæ fuerunt. *Ecce* (inquit Mater Chriſti ac virgo perpetua) *ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Et Chriſtus de illa, *prædicabitur in toto mundo, quia hoc fecit in memoriam ſepulturæ meæ*.

Luc. 1.
Matt. 26.

Digitized by Google

Eccleſiam Theſſalonicenſem dixi particularem dignitate, poteſtate & imperio, quia huius & aliarum non eſt par ratio, ſi cum Romana conferantur. Hæc enim primatus auctoritate, imperij ac regiminis amplitudine, poteſtatis generalitate, ac diuturnitate omnes reliquas ſuperat, in eas imperium habet, non illæ in eam. Ab hac omnes aliæ, quæ ei in eadem fide & doctrina communicant. Huic omnes obſequuntur. Ab ea ambiguitatum ac difficultatum occurrentium reſolutionem exſpectant. Ad hanc ſua iudicia, ſuos cenſus deferunt, vt docent orthodoxi Patres. D. Irenæus lib. 3. cap. 3. D. Hieronym. contra Iouinianum lib. 1. cap. 14. & Epiſt. 57. 58. ad Damaſum. D. Cyprianus Epiſt. 52. & 55. D. Athanaſius Epiſtol. ad Iulian. 4. Tertull. lib. de præſcript. cap. 30. & 36. D. Epiphanius hæreſ. 27. & 66. D. Auguſtinus Epiſt. 90. & 92. & Epiſt. 166. contra Donatiſtas & lib. 2. de origine peccati cap. 17.

POLYANDER CALVINISTA.

Alterum tuum argumentum eſt, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, alijque Patres orthodoxi, Eccleſiam Roman. vocāt Catholicam. Ergo Eccleſia Rom. eſt Catholica. *Reſpondeo 1. ad Antecedēs cum diſtinctione, quoniam homonymia eſt in voce Catholica, quæ interdū pro vniuerſali, interdū pro Chriſtiana & orthodoxa accipitur. Si priore ſignificatione vocē illam accipis, nego antecedens quia Patres antiqui Eccleſiam Romanam, inter particulares Eccleſias retulerunt, eamque loci ſui denominatione ab alijs diſtinxerunt, vt patet ex lib. Tertulliani de præſcriptionibus*, &c. *Si vocem eamdem poſteriore ſignificatione accipis, antecedens lubens concedo: quia patres orthodoxi Catholicos hæreticis opponētes, omnes*

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſias Catholicas nuncupabant, quæ religionem Chriſtianam ac fidem Apoſtolicam profitebantur. At illam conſequentiam repudio, propterea quod Eccleſia Romana, quæ adhuc pura erat tempore Irenæi, Tertulliani, Cypriani, & aliorum Patrum Orthodoxorum, poſtmodum ab innumeris adulteris vitiata eſt, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

141. §. 1. Iſtud argumentum non ſic conſtruxi, non enim quia iſti Patres Romanam Eccleſiam Catholicam dixerunt, propterea volui eſſe Catholicam; ſcripſi tantùm ab eis ſic dictam & vocatam: dixi Romanam & Catholicam pro eadem Eccleſia eos vſurpaſſe, adeò vt nomine Romanæ, Catholicam Eccleſiam ſemper intellectam fuiſſe ſcribant.

2. Quòd autem eam pro particulari ceperint, ipſemet ſatis exponis, nempe loci denominatione, non autem fide, principatus, poteſtatis ac imperij amplitudine. Nam etſi vrbs Romana tempore Auguſti Cæſaris & aliorum imperatorum, loci denominatione inter particulares vrbes haberetur; quia tamen ſedes erat imperij, vniuerſalis dici poterat, quia in omnes imperiū & poteſtatem haberet, vt idem iudicemus de eadem vrbe, in qua ſedes eſt ſpiritualis imperij. Et quòd Patres, quòd Tertull. enumeret inter particulares Eccleſias, facit, habitâ ratione denominationis loci, non autem principatus, poteſtatis & imperij. Et quemadmodum Tertullianus hac conſideratione in hæreticos deducit argumentum, ſic nos in vos. *Percurre* enim, Magiſter Ioannes, ſerio, & rotondo animo, *Eccleſias Apoſtolicas; apud quas*, quæſo, *ipſæ adhuc cathedra Apoſtolorum ſuis locis præſidentur? Apud quas illarum adhuc ipſæ authen-*

Digitized by Google

Tertull. de præſcript. *authentica litera recitantur, ſonantes vocem & repreſentantes faciem vniuſcuiuſque.* Vbi Achaiæ, vbi Corinthiorum, vbi Philipporum, vbi Theſſalonicenſium, vbi Epheſiorum Eccleſia? *At habes Romam, à qua, nobis præſto eſt auctoritas.* In ea D. Petrus Apoſtolus ſedit. Ea ſi Apoſtolica non eſt, nullam in toto orbe reperies Apoſtolicã Eccleſiam. Quam dum ſic, à loci denominatione inter particulares repono, non tamen imperio, principatu & poteſtate.

3. In hac voce Catholica eſſe Homonymiam nego. Semper enim, nec aliter ſumitur, quàm pro vniuerſali.

4. Porrò ſi Eccleſia Romana, temporibus D. Irenæi, Tertulliani, Cypriani, & aliorum Patrum Orthodoxorum adhuc pura erat; & Patres Orthodoxi fidem ac doctrinam de diuerſis inferorum ſedibus, de reali Chriſti deſcenſu ad inferos, de inferni realitate, de igne corporeo extrinſecus vrente profeſſi ſunt, cur hanc eorum, & Eccleſiæ adhuc puræ fidem ac doctrinam non amplecteris?

5. *Fuiſſe autem poſtea innumeris adulterijs vitiatam,* Epheſ. 5. negamus, vel ſi mores, vel ſi doctrinam ac fidem ſpectes. Ea enim eſt quam Chriſtus, *ſibi exhibuit, non habentem rugam, neque maculam.* Roſa eſt inter 2. Cor. 4. ſpinas. *Theſaurus repoſitus in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei.* Non negamus Eccleſiæ membra poſſe peccare, non ipſos ſacerdotes. Sed vt D. Chryſoſt. homil. 4. de verbis Eſaiæ. D. Chryſoſtomus, *Si videris ſacerdotem malè agentem, ne traducas ſacerdotium, nam vitium non ſacerdotij eſt, ſed hominis.* In aula Romana nõ negamus multa mala committi ac perpetrari poſſe; at non in Eccleſia Romana. Aula Romana poteſt peccare, non

Digitized by Google

non Eccleſia Romana. *Eſt enim columna & firmamentum veritatis*, quæ peccatum non nouit. Ea eſt, 1.Tim.3.
cui Chriſtus Spiritus ſancti aſſiſtentiam perpetuam pollicitus eſt, etiam quantum ad officium regiminis, *mittam ad vos Spiritum veritatis, qui maneat vobiſcum in æternum*. Quare cùm in errorem incidere minimè queat, quàm per abſentiam Spiritus Ioan.14.
ſancti, ab ea autem numquam abſit Spiritus ſanctus, fieri non poteſt, vt aliquando erret. Sed & illa eſt, quę omnes hæreſes, quotquot extiterunt adhæc vſque tempora, damnauit. Ea eſt, quæ reliqua vitia damnat. Quocirca, ſi Franciſcus Petrarcha, & alij ſimiles, quibus velùt Poëtis, licentiâ Poeticâ, multa licent, Babyloniam, meretricem dixerint Eccleſiam Romanam, tantùm abeſt vt aſſis æſtimemus, quin potiùs eos igne & ſulphure, ſi viuerent, dignos iudicemus. Nam ſimilia conuitia ſuo ſe mendacio produnt & conſpurcant.

Verùm quia hæc non de Eccleſia, ſed de aula Romana adſeruerunt, eos contra, eorum mentem & ſenſum, inſtar hæreticorum, producis, cadiſque tuæ negationis cauſâ.

POLYANDER CALVINISTA.

Ad te itaque redeo, Cocheleti, vt audiam quibus indicijs demonſtres Eccleſiam veſtram eſſe Apoſtolicam. Eccleſia (inquis) Romana eſt (teſte Tertulliano) vna ab Apoſtolis prima, ex qua aliæ omnes: Ergo Eccleſia Romana eſt Apoſtolica.

Argumentum arundineū, cui ſimile opponam. Eccleſia Hieroſolymitana & Theſſalonicenſis (teſte Luca act. 2. & Paulo 1. Theſſalo. 1.) ſunt ab Apoſtolis primæ, ex quibus aliæ omnes: Ergo Eccle-

Digitized by Google

ſia Hieroſolymitana & Theſſalonicenſis ſunt Apoſtolicæ.

Quo quid concludi poteſt abſurdius, cum ipſamet experientia, eas à puritate doctrinæ Apoſtolorum iam pridem receſſiſſe atteſtetur?

ANASTASIVS CARMELITA.

142. §. 1. Quin potiùs certum, firmum & graue argumentum, quod nulla Miniſtrorum hæreticorum vis, nulla argutiola infringere, flectere queat. Tam euidens & clarum, vt ne dubitare poſſimus, vetet ac prohibeat. Quod enim ab Apoſtolis, quis negauerit Apoſtolicum eſſe? *Apoſtoli apud vnamquamque ciuitatem Eccleſias condiderunt, à quibus traducẽ fidei & ſemina doctrinæ cætera exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuãtur, vt Eccleſiæ fiãt. Per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, vt ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Omne enim genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt*, inquit Tertullianus. Negat Polyander. Non eget elleboro? Idem, inquit, concludendum erit de Hieroſolymitana & Theſſalonicenſi Eccleſia. Quidni etiam? Quis enim negat fuiſſe Apoſtolicas, non dico Hieroſolymitanam, Theſſalonicenſem modò, verùm etiam Epheſinam, & reliquas, quas Apoſtoli condiderunt, quibus præfuerunt?

Tertull. lib. præſcript. cap. 20.

Opponis, *iam pridem à puritate Apoſtolicæ doctrinæ receſſiſſe*. Nolim dicere à puritate Apoſtolicæ doctrinæ defeciſſe (quamquam ſi dicerem, non errarem; non enim promiſſionem habuerunt infallibilitatis, ſed ſola Romana Eccleſia) ſed à locis illis coactas recedere. Quid enim Eccleſia?

Prou. 31. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portãs panem ſuum.* Quare in membris ſuis & partibus migrat de loco in locum, de ſede in ſedem. Sic D. Paulus Iu-

Act. 13.

dæis.

dæis. *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, ſed quoniam repuliſtis illud ecce conuertimur ad gentes*. Alas habet Apocalypſ. 12. quibus in deſertum volet à facie Draconis. Illis itaque locis receſſerunt Cathedræ Apoſtolorum, adeò vt, iam ibi nullæ ſint Apoſtolicæ Eccleſiæ, quæ olim fuerant. Româ autem, in qua D. Petrus ſedit, in qua D. Paulus doctrinæ ac veræ fidei ſemina ſparſit, fundamenta iecit, non receſſit; non erit Apoſtolica? Sola Petri nauis infracta perdurat, ſola eius Cathedra viget, Apoſtolicam, quis negauerit? *Statu felix Romana Eccleſia*(ait Tertullianus, *cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſuo ſanguine profuderunt*. Aut ne dicas Apoſtolicum, quod ab Apoſtolis conditum ab traditum, vt ſic omnes te digito monſtrent, & animum non in capite, ſed in calcaneis gerere videant. Tertull. lib. præſcript. cap. 17.

2. Quod ſcribis D. Lucam act. 2. D. Paulum. 1. Theſſalonic. 1. Eccleſias Hieroſolymitanam & Theſſalonicenſem, dixiſſe eas eſſe primas Eccleſias, ex quibus aliæ omnes, falſum eſt. Tantùm D. Paulus. 1. vult Theſſalonicenſes factos fuiſſe *formam omnibus credentibus in Macedonia & Achaia*, nempe, quomodo Cathedrales & Epiſcopales Eccleſiæ ſibi ſubditis formæ exiſtunt.

3. Non nego Tertullianum de alijs Eccleſijs ab Apoſtolis conditis, ſicut & de Romana loqui. Non nego omnes primas, omnes Apoſtolicas dicere, quas Apoſtoli condiderunt, Ita enim conſtat Romanam Eccleſiam eſſe Apoſtolicam, verùm primas relatione ad eas, quarum matrices fuerant, quæque à ſe fidei traducem & ſemina doctrinæ ac fidei Chriſtianæ mutuatæ erant, non autem collatione ad Eccleſiam Romanam, quæ

Digitized by Google

D. Iren. lib. 3. quæ in cæteras illas primatum ſemper obtinuit. *Ad eam enim* (inquit D. Irenæus) *neceſſe eſt omnem Eccleſiam, hoc eſt eos, qui ſunt vbique fideles conuenire, propter principalitatem potentiorem; in qua ab ijs, qui ſunt vndique Apoſtolica traditio conſeruata eſt*. Ibi enim (inquit D. Auguſtinus) *præcipuè fundamenta, tecta potiora*. Et *vnus inter cæteros Petrus electus*, (ait D. Hieronymus) *vt conſtitutione vnius ſuper reliquos, ſchiſmatis tollatur occaſio*.

D. Auguſtinus Epiſt. 90. & 92

D. Hier. lib. 1. contra Iouinian cap. 14.

4. Quod addis, *Eccleſias Chriſtianas ratione diuerſorum locorum diſiunctas, plures, vnius doctrinæ atque eiuſdem fidei ratione, à Tertulliano vnam appellari*. Hinc patet quod ſuperius dixi Eccleſias locorum denominatione particulares, Catholicas dici atque vnam vniuerſalem conſtituere, eiuſdem doctrinæ ac fidei ratione, communicatione.

POLYANDER CALVINISTA.

Nihilo ſolidior eſt ſequens probatio ab eiuſdem Patris teſtimonio. Eccleſia, quæ ordinem ſuorum Epiſcoporum per ſucceſsionem ab initio decurrentem (nempe à Petro vſque ad Paulum V.) commonſtrare poteſt, eſt Eccleſia Apoſtolica. Id poteſt Romana. Eſt igitur Apoſtolica.

Maiorem nō eſſe neceſſario ac perpetuò verā his verbis ibidē indicat Tertullianus: Eccleſię, quæ quotidie inſtituūtur, licet nullum ex Apoſtolis vel Apoſtolicis auctorem proferāt, tamen in eadem fide cōſpirantes, non minùs Apoſtolicæ deputantur, pro conſanguinitate doctrinæ. *Idem fatetur Bellarminus, quū ait lib. 4. de notis Eccleſiæ.* Quamuis argumentum illud à ſucceſsione legitima Epiſcoporum adferatur à vobis præcipuè ad probandum non eſſe Eccleſiam vbi non eſt hæc ſucceſsio, ex eo tamen

men

men non colligi neceſſariò ibi eſſe Eccleſiam, vbi eſt ſucceſsio. Itaque hoc argumentum (inquit) probamus euidenter non eſſe apud Lutheranos. Quod autem apud Græcos (*qui ſcilicet, non minùs audacter, quàm veſtrates, de ſuorum Epiſcoporum ſucceſſione gloriantur*) non ſit Eccleſia probamus alio modò, quia nimirum conuicti ſunt legitimè in tribus Plenarijs concilijs, Lateranenſi, Lugdunenſi & Florentino de ſchiſmate & hæreſi, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

143. §. 1. O ſi poſſetis vobis fingere ſimilem probationem, qualem non fingimus ſed damus, quantâ ſolidate probandę ſectæ veſtræ gloriaremini. Non vobis Chriſti hæreditatem, vſque ad vos ſucceſsione hæreditaria deuolutam omni contentione & ſtudio adſtrueretis? Certioriqus tabulis poſſetis? Quid ſi, ne hanc quidem probationem habentes, eam vobis affingitis? Tam ſolida probatio, vt ſolidiore argumento nemo ſuam hæreditatem eſſe, nemo hoc ſuum prædium, hanc ſuam domum vel illam ſuam eſſe probauerit, quàm ſi id hæreditaria ſucceſsione, demonſtrauerit. A quibus enim patrimoniũ accipimus? non à legitimis legitimè & ſuccedentibus parentibus? Quæ legitima ſucceſsio, quia in vobis defecit, qui eſtis vos, & quales eſtis? non fures, non latrones?

2. *Maiorem non eſſe neceſſariam*, falſum eſt, neque hoc negant Patres, non Tertullianus, non Bellarminus, non D. Irenæus, non D. Gregorius Nazianzenus, non D. Athanaſius, non diuus Auguſtinus, quorum auctoritates & teſtimonia fruſtra allegas.

Tertull. lib. præſcript. cap. 32. D. Iren. lib. 4 cap. 43.

Nam ſi quia Eccleſiæ illæ anteceſſorem Apoſtolum

D. Greg. Nazianz. orat. in Laud. D. Athanaſij D. Auguſtinus contra fundam. Manich. cap 4. Bellarm. lib. 4. de notis Eccleſiæ.

ſtolum aut Apoſtolicum virum non agnoſcunt, tantùm eamdem fidem & doctrinam, tamen Apoſtolicæ ſunt, quanto magis Eccleſiæ, quæ aliquem Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum agnoſcunt, eamdemque fidem & doctrinam amplectuntur?

3. Opponis requiri *ſimul eiuſdem fidei ac doctrinæ ſucceſſionem*, opponit ante te Beza Tractatu de notis Eccleſiæ, ſect. 13. Quis negat non poſtulari? Imò iam Apoſtolicas eſſe deſijſſe, quæ ab Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum fide & doctrina defecerint? Nudámne perſonarum ſucceſſionem vobis obijcimus? Falſum eſt, mi homo, nec me à fallacia diuiſionis arguere putato. Et licet in vos nudam illam ſucceſſionem obtruderem, & coram vel Laico iudice litigaremus, cum, quam ego poſſem, tu ne quidem poſſes, non exiſtimauero hunc iudicem adeò iuris imperitum, vt non in fauorem meum ſententiam pronuntiaret. Allegares fortè, vitæ ac doctrinæ meæ, ſi quæ eſſent vitia. Quid enim amplius poſſes, quando, nec emiſſes, nulloque iure ad te hæreditas pertineret? Ego contrà nec emptam, ſed defenderem hæreditario ac paterno iure ad me vſque deuolutam? Non exſibilareris? Cauſa intenta non caderes? At nec fidem nec Epiſcoporum ſucceſſionem exhibere poteſtis, tantùm vitia, qui vitioſiores eſtis, obtruditis. Quæ iſta tam inſolens audacia, deprædatio? Verumtamen non nudam, Magiſter Ioannes, perſonarum ſucceſſionem obijcimus, ſed etiam fidei & doctrinæ, atque res duas eſſe inſeparabiles volumus. Sed quoniam Doctores, Epiſcopi, perſonæ à nobis faciliùs agnoſcuntur, eò quod

ipſis

Digitized by Google

ipſis ſenſibus ac oculis obijciantur: Doctrina autem nonniſi per eos ſit perceptibilis, nonniſi per eos ad nos delata: Doctrina, vt nec qualitates, naturæ lege ſine ſubiecto exiſtere queat: eius denique antiquitas non poſſit agnoſci, quàm per eos homines, qui eius fuerunt poſſeſſores; imò nec ipſius Eccleſiæ perpetuitas demonſtrari, quàm per continuam legitimè ſibi ſuccedētium hominum in eadem fidei ac doctrina perſeuerantium ſeriem, hinc fit, vt perſonarum potiùs, quàm fidei ac doctrinæ rationem habeamus.

4. *Nuſquam in nouo teſtamento hanc notam ſucceſſionis perſonarum Epiſcoporum, Apoſtolicorum irreprehēſibilium* requiri, vt fabularis, pag. 329. falſum eſt. *Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi*, inquit Dominus noſter Ieſus. Quibus verbis ſignificat hanc legitimam perſonarum ſucceſſionem requiri, vt Caluinus ibidem agnoſcit. Sed & hanc notam, hunc ordinem tenet D. Paulus iſtis, *Quoſdam Deus poſuit in Eccleſia, primùm apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores*. Et alibi. *Et ipſe dedit quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti*. Non vt primis alij legitimè ſuccederent? *Alij plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quod morte prohiberētur permanere*, ait idē Apoſtolus. Cū enim primi non eſſent immortales, & Eccleſia ad finē vſq; mundi duratura ſit ac progreſſura, quis non videt, alios alijs legitimè debere ſuccedere, & id ab Apoſtolo indicari ac declarari? Ita tamē, quòd perſonarum potiùs meminerit, quàm doctrinę. Matth. 23. 1. Cor. 12. Epheſ. 4. Hebr. 7.

Quam ob rem, quæſo? Nonne quia hæc ſine Epiſcopis, doctoribus, paſtoribus eſſe nequeat?

Et

Et priùs Epiſcopi, paſtores, doctores, quàm doctrina cognoſci debeant? Quid enim fuerit doctrinæ continua ſeries, ſine Epiſcoporum, Paſtorum, Doctorum continua ſucceſſione? Chimera proculdubio, & ficta in regione, in qua fabulantur voces & verba congelari, in glaciem obdureſcere.

Itaque per continuam Epiſcoporum, Paſtorum, Doctorum legitimè ſibi ſuccedentium ſeriem continuatur veræ doctrinę ſeries. Extra Eccleſiam? Non dices. At verò, Eccleſia poteſt ſine Epiſcopis, Paſtoribus, Doctoribus ſubſiſtere? Neque etiam hoc dices. Nam aliter à Chriſto ordinatum & inſtitutum. Hactenus ergo in Eccleſia Epiſcopos, Paſtores, Doctores extitiſſe oportet. His demonſtrationibus fulti, quid nos? Doctrinam & fidem noſtram continuam eius ſucceſſionem, per Epiſcopos, Paſtores, Doctores, qui in Eccleſia ſibi ſucceſſerunt, probamus. Ab eis ad nos vſque deſcendendo, vel à nobis ad primos vſque aſcendendo, quæ ſolidior, firmior, certior, quæ iuſtior probatio noſtræ hæreditatis, poſſeſsionis? Hoc argumento, quod nullo hæreticorum ac fanaticorum ariete deturbari, aut deiici poteſt, antiqui Patres in ſui temporis hæreticos vſi ſunt. Dic amabò Polyander, cum eo vterentur, erántne in Eccleſia illi Patres, aut hæretici, in quos agebant? Nullum enim intermedium dari poteſt; aut enim Patres illi erant in Eccleſia, aut eorum hoſtes hæretici. Hæreticos illos in Eccleſia fuiſſe non dices, ſed patres illos. Iſtis ita conſtitutis, videamus ac diſpiciamus, quænam erat illorum Patrum doctrina, non aures, non oculos occludas. Sacrificium

Miſſæ

Digitized by Google

Miſſæ celebrabant, ſanctos inuocabant, pro defunctis orabant, litabant, purgatorium, infernum, eius ignem corporeum extrinſecus vrentem eſſe profitebantur, omne illud religionis exercitium quod nos frequentamus, profitemur, colebant, quemadmodum ſi locus permitteret, & ſi non nimius eſſem, facili negotio probare poſſem. Hanc eorum doctrinam tenemus, propugnamus, hoc ab eis nobis relictum patrimonium defendimus; ex aduerſo ſtatis. Aut illi Patres erant hæretici; qui in hæreticos ſui temporis hanc ipſam doctrinam defendãt, aut non. Si hæretici, quomodo in Eccleſia? Si hæretici, cur tam ſeueri & duri in Hæreticos? Si denique hæretici, cedo, vbi veri Doctores, qui eos damnabãt? Nam omnis hæreſis, quę veritatis hoſtis eſt, veritatem ſemper ſibi oppoſitam habet. *Et oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant*, Illi res adeò adamuſsim obſeruabant, vt ne iota vnum pręterlabi, aut violari paterentur. Ergóne ijdẽ ad tantas hęreſes oculos obſtruxerant? Apage, apage, ab his iſtas cõtumelias, hæc opprobria, has calumnias, quorum ſtudio ac labori vniuerſa nihil non debet Eccleſia. Venerandam illam antiquitem veritatis obſeruantiſsimam ne traducas; aut alios in Chriſti Eccleſia exiſtentes Doctores, Paſtores, Epiſcopos profer, à quibus illis ſeculis in hęreticos veritas eſt propugnata. Nam, vt dixi, iſte ordo perſonarum à Chriſto datus & inſtitutus, *ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, & ædificationem corporis ſui.* Ephcſ. 4.

Cùm igitur hoc perſonarum legitimè ſibi ſuccedentium argumento fidem ac doctrinam noſtram probemus. Hoc argumento Eccleſię, vel

 etiam

Tertull. lib. præſcript cap. 32. etiam illæ, quæ ab Apoſtolis, nec ab Apoſtolicis viris conditæ fuerunt, tantùm *in eadem fide conſpirant, originem ſuam ac cenſum ad Apoſtolos deferant;* quanto magis Eccleſia Romana *ab ipſis Apoſtolis condita, quæ in eorum fide conſpirat, & denique eiuſdem doctrinæ conſanguinitate gloriatur?*

5. Porrò, *Græcos non minus audacter, quàm noſtrates, de ſuorum Epiſcoporum ſucceſſione gloriari.* Noſtrates non audacter, ſed ex rei veritate de ſuorum Epiſcoporum ſucceſsione gloriari poſſunt, non Græci ſchiſmatici. Quare iſta cum Græcis noſtratûm collatio iniqua eſt. Græcorum legimus ambitionem, legimus ſchiſmata, legimus errores, quibus factum, vt tandem Græciâ fierent ac pellerētur. In eo tamen vobis meliores puriores, & probatiores, quod nobiſcum ea profiteātur, ea dogmata colant, & à Patribus accepta referant, quæ vos hæreticâ mente impugnatis. In eo vobis ſuperiores, quòd quandam, ſi non ex integro legitimam, ſuorum Epiſcoporum ſucceſſionem oſtendere queant, vos autem non item. Tantùm digni, qui in Cynoſargen, duabus literis. S. P. inſigniti ac notati mittamini.

POLYANDER CALVINISTA.

In minore tua propoſitione, quâ veſtros Epiſcopos atque imprimis Paulum quintum Petri ſucceſſorem eſſe gloriaris, primùm video ac rideo, quod Monachos cucullatos ac Ieſuitas nudiuſtertius exortos ijs adiungere veritus fueris, minimè ſcilicet ignarus, eos ne Petri quidem vmbram nedum habitum ipſius paſtoralem repræſentare. Video deinde ac rideo, quòd Paulum. V. Atque Epiſcopos Romanos Petri potiùs, quàm Pauli ſucceſſores indigites, quum ſacra Scriptura nuſquam Petrum, ſed aliquot in locis Paulum Romæ docuiſſe

Digitized by Google

docuiſſe teſtificetur, & Petro Circumciſionis, Paulo verò præputÿ Euangelium concreditum fuiſſe non ignores. Video quoque ac rideo, te Petro Iudæo, quem Roma ob puram Euangeliÿ prædicationem ex Neronis ſummi Pontificis decreto, martyrio coronatum eſſe credis, Papam Romanum ſuccenturiare, qui triplici coronâ aureâ redimitus Neronis ſolium occupat, ſuâque Hierarchiâ ad Petri imitatores è medio tollendos nefariè abutitur, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

144. §. 1. Quidni ter, quaterque rideres Gelaſine? Non *riſus in ore ſtulti, non quaſi per riſum ſtultus operatur*, non *fatuus riſu exaltat vocem ſuam?* Vt verè cum illo dicas Prou. 10. Eccleſ. 21.

—— *Sum petulanti ſplene cachinno.*

Caluiniana ſecta, in qua verſaris & doces, non ea

Eſt, quæ peruerſo diſtorqueat ora cachinno?

Non Cathedra peſtilentiæ

Ingeminans tremulos naſo criſpante cachinnos?

Itaque, quicquid riſus, atque cachinni domi habes effunde. Si effuderis, nihil non vobis commune feceris. Vtinam verò ne ſemel, æternûmque defleatis. Si quidem tot animas Chriſti ſanguine ac pretio redemptas, ſumma veſtra fraude ac dolo abreptas ſemel Deus requiret, & *Tranſibunt greges adhuc per manus numerantis.* Hierm. 33.

2. Cùm Patres *Ieſuitas nudiuſtertius ortos* ſcribis, verùm eſt, mihi in mentem reuocas naſcentis Caluinianæ ſectæ ortum. Eo enim tempore recens prodibat, è ſinu, è brachijs Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, à qua deficiebat. Eo tempore prima adhuc balbutientis infantiæ ſua vox erat,

Digitized by Google

Arma, Arma, ad Idololatriam, ad Antichriſtum, ad latrones & fures; Tu in illos, ego in iſtos irruam. Eo tempore vox hæc inter Catholicos numquam audita. Vox hominum incognitorum, nullius poteſtatis, nullius auctoritatis. Quę vox ſatis ſuperque demonſtrabat falſos Prophetas eos eſſe. Eo tempore, inquam, orti Patres Ieſuitæ, qui cucullatis Monachis, qui Epiſcopis, qui Eccleſiæ contra vos adiumento forent: & tam prodigioſi monſtri, tam immanis hydræ feritatem ac inſaniem refrænarent. Quorum, vt & aliorum ſacro ſtudio, ſi regum, ſi Principum Catholicorum, ſi Magiſtratus ciuilis manus ſeriò adfuiſſent, reſpublica Chriſtiana integra maneret. Malorum, turbarum ac procellarum omnium Lerna iſta Caluiniana, in ipſis cunis oppreſſa merito terram tangeret, diſceret

Et partem ſolido demere de die.

In eius tam nefando partu, quando contra omne ius litigare cœpit de domus Dei hæreditate & cum Philiſtęis dicere *noſtra eſt aqua*, contra, vt noſtram eſſe demonſtraremus, & hæreditario iure ad nos deuolutam, Epiſcoporum, Paſtorum legitimè ſibi ſuccedētium ſeriem continuam obiecimus. Adeò enim neceſſaria Eccleſiæ veræ cognitio, vt ſine ea, ne ſalutis quidem ſpem habere, nec fidem ac vnitatem (quæ ſunt duæ partes, quibus ab infidelitate & omni hæreſi Chriſtianiſmum diſcernas) poſſidere, quis queat. Eccleſia porrò, non modò ſua initia, ſed etiam incrementa & progreſſus continuos, nec aliquando interruptos habere debuit. Iſta incrementa & continui progreſſus ſciri nec probari poſſunt, quàm

quàm eorum Epiſcoporum & Doctorum, in eadem Eccleſia, fide & doctrina ſuccedentium enumeratione.

Huic certiſſimę notæ ac regulæ cognoſcendæ veræ Eccleſiæ, acquieſcere noluiſtis; quin etiam contempſiſtis. Conniuentia ac indulgentia noſtrorum nimia, quid veſter furor non eſt auſus? Legitimos hæredes ſuis locis eiectos ac pulſos, hæreditate fraudaſtis. Dici ac credi vix poteſt, quàm multo ſanguine, quàm multis ſacrilegijs & latrocinijs viam vobis ad eam feceritis. Vſurpatam, quantâ rabie defendatis. E Catholicorum locis, quantâ temeritate & inſolentiâ iniuſtam hanc cauſam propugnetis. Scilicet, tam prodigioſa violentia Caluinianæ ſectæ nudiuſtertius natæ, Domini hæreditatem iuſtiùs adiudicabat, quàm Catholicis tam longa ab Apoſtolis & ſine vlla interruptione ſucceſsio.

3. Cæterùm in ea deducenda ſucceſsionis ſerie, rides, quòd non *Monachorum cucullatorum, non Ieſuitarum* meminerim. Si de Monachis cucullatis ſpecialis recordatio eſſe debuerit, putas me eorum non meminiſſe? Quotus enim Romanorum Pontificum numerus qui iſtorum fuit? Quod attinet ad Ieſuitas, dico *omnia ſuum tempus habere*, quòd ſi hactenus eorum nullus fuerit Pontifex Romanus, in poſterum fore poſſe. Verùm ad rem. Poſſunt Monachi cucullati, poſſunt Ieſuitæ ſuos cenſus, ſuam originem, tanquam Eccleſiæ membra ad Diuum Petrum deferre, poteſt omnis Chriſtianus, poſſunt particulares Eccleſiæ; verum-tamen eas non introducimus, ab his ſeriem ſucceſſionis non deducimus. Primò, quia inmis

Digitized by Google

longum & tædioſum foret, 2. adferret neſcio quid dubij ac perplexi, ſi in ea enumeratione facienda aliquis eorum prætermitteretur, 3. Quia non omnes & ſinguli, tam diſtinctè & accuratè ſuorum enumerationem facere poſſent, abrepti ſcilicet nimis longa eorum deductione. 4. Quia in iſtis commemorandis & ab vltimo vſque ad primum recenſendis, quis ad paganum, vel etiam hæreticum deuenire poſſet, qui ſibi pater extitiſſet.

Itaque Epiſcoporum Romanorum tantùm recordamur, qui facile ſuos cenſus, ſuam originem ad D. Petrum deferunt, atque ob id maximè, quia ea ſedes ſit omnibus nota & perſpicua, omnibus denique bene Chriſtianis probè cognita. Denique, quia ea ſola ex omnibus Apoſtolicis Eccleſijs relicta.

4. In ſpeciali illa Epiſcoporum ſedis Romanæ recenſione, diui Petri potiùs, quàm diui Pauli mentionem facimus; fecerunt etiam Patres orthodoxi, atque iſtis de cauſis. 1. Quia D. Paulus non fuit illius ſedis Epiſcopus. Quia D. Paulus non fuit omnium Apoſtolorũ princeps, à quo alij omnes penderent, ſed D. Petrus. Vnde Ioann. 21. *Paſce oues meas paſce agnos meos.* Siquidem, vt iam ante mille ducentos annos Optatus Milleuitanus Parmeniano Donatiſtæ, quod ego tibi, *Negare non potes, ſcire te in vrbe Roma Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſedit omnium Apoſtolorum caput.* Quod Romæ fuerit & ibi martyrium pro Chriſto ſubierit teſtis inter ceteros Tertullianus ante mille quadringintos annos. *Felix Romana Eccleſia, in qua Paulus gladio Ioãnis decollatur & Petrus cruci affigitur.* Et rurſus, *Vitas Cæſarũ legimus, orientem*

Optatus Milleuit. lib. 2. contra Parmenian.

Tertull. lib. præſcript. cap. 36.

orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cùm cruci aſtringitur. Tunc Paulus Romanæ ciuitatis cõſequitur facultatẽ, cùm illic martyrij renaſcitur generoſitate. Teſtes ſunt & alij Patres, quorum conſenſum Caluinus admittit lib. 4. Inſtitut. cap. 6. §. 15. Opponis cum Caluino, in ſcriptura non legi D. Petrum Romæ docuiſſe ac fuiſſe, aliquoties autem D. Paulum. At Caluinus ibidem fatetur mortuum Romæ fuiſſe; & ibi non fuit? Eadem ſcriptura non meminit ibi mortuum fuiſſe, non etiam D. Paulum. Si quia minimè ſcriptum in ſacra Scriptura, haud credendum: non igitur credere oportet ibi mortuos fuiſſe. Et cum eadẽ ſcriptura nuſquã aliò mortuos fuiſſe narret: non igitur oportet credere mortuos eſſe. En deliria Caluiniana. Cur non rideres? Audio tamen D. Auguſtin. aut eum, qui apud eum cõcionatur de aſſumptione beatæ virginis Mariæ, *multa eſſe, quæ etſi ex toto commemorari omiſſa ſunt, vera tamen ratione credi debeant*. Romæ extitiſſe Chriſtianos, antequam D. Paulus eò veniſſet, certum eſt. Quis ibi primus fidem Chriſtianam prædicarit & docuerit, non narrat ſcriptura. Ad eos Paulus ſuam ad Romanos Epiſtolam ſcribens, quanto deſiderio ad eos veniendi teneretur aperit, ac venturum ſe pollicetur; nonne probabile eſt D. Petrum ante eum eò iam veniſſe? & lib. 4. in Marcion.

Obijcis cum Caluino ſulphureo illo homine, ex 2. ad Galathas, *D. Paulo Euangelium præputij & D. Petro circumciſionis creditum fuiſſe*. Quid etiam inde? Quaſi D. Petrus. Act. 10. Cornelium Centurionem, qui ex Gentibus & ex præputio erat, non baptizauerit, non etiam gentibus prædicauerit. D. etiam Paulus non Iudæis prædicauerit,

Digitized by Google

ſicut & gentibus. Quaſi Iudæi in diſperſionem iam dati non eſſent. Quaſi D. Petrus, non vt gentium & Iudæorum ſimul à Chriſto inſtitutus Paſtor eſſet, & non quamcumque vrbem vellet, in qua ſedem ſuam poneret ac figeret, eligere poterat.

5. Paulum V. D. Petro in Pontificatu ſuccedere, quidni ſcriberem? Rei veritas eſt, cur datâ occaſione tacerem? Hanc nemo inficiabitur, niſi qui omnes impudentiæ fines tranſilierit.

6. Quidni triplici corona aurea redimitus incedat? Quid cenſuræ in hoc negotio habes? Tibi infami & abiecto pedrotribæ rationem ſui ornatus reddere tenetur?

7. *Neronis ſolium occupat*, Eſto, quodnam inde tibi vili damnum, quæ inde tibi iniuria? prouoca eum coram conſulibus Andegauenſis vrbis, non magnis nummis hæc prouocatio tibi conſtabit. Aſſumpto tecum lictore & tibicine Romam vade, cita eum. Nimirum non Imperatores, non Reges, non Principes, non Deus ipſe fuerit, qui cenſuram veſtram non experiatur: qui non vobis tibicinibus ac deſtinis Apoſtatis ſtare debeat, tanta eſt audacia veſtra, tanta præſumptio atque temeritas.

Occupat, mihi homo, ſed mutatum in ſanctius soliũ. Occupat, ſed ei & ſuis ſucceſſoribus diuinitùs & humanitùs datum ac relictum. Nam Conſtãtinus ille magnus, Chriſti amore flagrans ſoliũ iſtud Rom. Põtifici reliquit: Imperij autem terreſtris ac temporalis ſedem, Bizantium, nunc Conſtantinopolim à ſuo nomine dictam tranſtulit. Numquid oculus tuus nequam eſt, quia ille bonus fuit? Aut quid obmurmuras? Non

enim

enim, *omnis poteſtas à Deo eſt? quæ autem ſunt à Deo, non ordinata ſunt?* Cur contra Dei ordinationem tumet ſpiritus tuus?

Attollis vacuum plus nimio gloria verticem?

8. Ecqui verò ſunt illi imitatores D. Petri, ad quos *è medio tollendos ſua Hierarchia abutitur?* In re adeò ſeriâ, cur eos non nominas? Veſtrates intelligis? Perbellè verò, cuius nec fidem nec vitam imitantur. Quin potiùs cuius fidem ac mores impugnant. Verùm quid daret Miniſter Caluiniſta, qui nihil niſi verba habet? Necdum nata ſecta Caluiniana, ſed plus mille quingentos octuaginta ante annos, Pauli quinti Hierarchia vigebat. Necdubium, iam cogitabat de medio tollendis bellis iſtis D. Petri imitatoribus, imò reuera impugnatoribus, inimicis. Quò enim Eccleſiaſtica Hierarchia intendit, niſi vt è medio tollatur hæretica confuſio? Quæ Hierarchia profligauit omnes quotquot hactenus à Chriſto extiterunt hæreſes, niſi Hierarchia Eccleſiaſtica Romana? Et putas veſtræ hæreſi fæliciùs, quàm alijs ſucceſſurum? Si putas, falleris.

Digitized by Google

CAPVT XXXIII.

Paulus huius nominis quintus, legitimè D. Petro ſuccedit, non obſtantibus in contrarium obtrectationibus Caluiniſtarum.

POLYANDER CALVINISTA.

VAriјs præterea documētis oſtendam, quòd in Papa & Epiſcopis Romanis nullum legitimæ in Petri Cathedram ſucceßionis veſtigium appareat: ſiue quis Petri miniſterium ac mores, ſiue horum regimen atque ingenium conſideret, maximam vtrimque repugnantiam animaduertet.

ANASTASIVS CARMELITA.

145. §. 1. Rem magnam & arduam tibi polliceris. Sæpè veſtrates huic linguam, calamum admouerunt, operam & oleum perdiderunt. Moneo cum Propertio

Turpe eſt quod nequeas capiti committere pondus
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.

Oſtendes quod ſpondes? Tu? Tu?

Sambucum citiùs caloni aptaueris alto.

Videamus tamen & audiamus varia illa tua documenta. Spero, plus cartæ temerabunt, quàm negotiij exhibebunt.

POLYANDER CALVINISTA.

Petrus ab ipſo paſtorum Principe ac Domino Ieſu Chriſto immediatè vocatus fuit ad Apoſtolatum: hi verò mediatè à ſuis mancipijs & Paraſitis ad Pontificatum & Epiſcopatum promouentur.

ANA-

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

146. §. 1. Nolim Polyander arguere hîc hanc per comparationem oppoſitam arguendi rationem, quam in me gratis & fruſtra ſuperius reprehendiſti, quòd ſciam poſſe reduci & exponi ad ſyllogiſmos perfectos, tantùm materiam attingam, quam video hauſtam è compitis & triuijs, quam quondam

——— municipales arenæ
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,

narrauerint. Maior vera eſt: minor falſa. Nam Pontifex Romanus immediatè à Deo vocatur, adeò vt quod Cardinales (quos pro modeſtia Caluinianæ ſectæ, mancipia & paraſitos Pontificis vocas) faciunt in inſtitutione illius, non electio, ſed eius quem elegit Dominus declaratio. Sic *ſors, quæ cecidit in Mathiam Apoſtolum*, eius declaratio fuit, quem Dominus ad hunc Apoſtolatum vocauerat. Vnde orans D. Petrus, *oſtende* Actor. 1. (aiebat) *Domine, quem elegeris, ex his duobus accipere locum miniſterij, de quo præuaricatus eſt Iudas.*

POLYANDER CALVINISTA.

Petrus neminem ex alijs Apoſtolis ad munus Apoſtolicum elegit. Pontifex primus ac ſummus ſacerdotes ſecundarios, nimirum Cardinales & Epiſcopos pro ſuo arbitrio creat & inaugurat.

ANASTASIVS CARMELITA.

147. §. 1. Quid opus fuit D. Petro ad munus Apoſtolicũ eligere aliquem ex alijs Apoſtolis, cùm iam ad id officium à Chriſto ſe vidente & audiente promotos? Nonne tibi mens in calcaneo?

2. Ad minorem reſpondeo Pontificem ſummum ac primũ Cardinales & Epiſcopos creando &

do &

do, & inaugurando nihil facere, quod non ſit ſuæ poteſtatis, diuinitùs ſibi collatæ. 2. Nihil facere alienum à mente D. Petri, nihil ab eius praxi. Nam Cardinalatus nō officij, ſed tituli tantùm honoris & præeminentiæ nomen eſt. Cardinales omnes vel ſunt Epiſcopi, vel Diaconi. Epiſcopi, ex aliorum Epiſcoporum numero ſelecti, eo fine, vt adſint conſilio ſuo ſummo Pontifici in decernendis rebus Eccleſiæ maioris momenti, præcipui firmamenti ac ponderis, exterioris regiminis ac politię. Presbyteri quarumdam Eccleſiarum, quæ præcipuæ habentur, & in quibus olim Baptiſmus credentibus conferebatur. Diaconi quarumdam etiam Diaconiarum præcipuarum, quique Cardinales nominabantur, id eſt præcipui, ſeu principales, à cardine. Quo in ſenſu etiam auctores magni nominis vtuntur, verbi gratiâ cùm dicunt *hic eſt cardo totius negotij* Gallicè, c'eſt le point principal de tout l'affaire. Et quidem ſenſu Metaphorico à cardinibus, quibus oſtia ſuſtinentur, vertuntur, clauduntur & aperiuntur. Sic quoque in ſacra Scriptura baſes, quæcumque ſint illæ, quibus cæli fulciuntur & vertuntur, imò ipſum mare, & terræ orbis, *Cardines cæli, maris, orbis terræ* vocantur. Et quoniam id quod ſuſtentat, & in quo res vertitur, & ſine quo non moueretur præcipua eius pars ſolet dici. hinc fit, vt eleganter & magna cum ſignificatione, quod præcipuum eſt in re aliqua, dicatur & appelletur *cardo* rei ac negotij. Sic Aſtrologi quatuor præcipuos ventos, vocant *ventos Cardinales*. Et Philoſophi præcipuas quatuor virtutes, *Cardinales*. Sic D. Auguſtinus vocat capita Donatiſtarum & eorum præcipuos, *Dona-*

Ioann. Diacon. in vita 5. Gregor. lib. 3. cap. 11. D. Gregorius 5. Epiſt. 11. & 12. Epiſt. 34. Ioan. Diacon. lib. 3. eius vitæ. cap. 7. Deut. 30. Iob 22. & 36. Prouerb. 8. & 1. Reg. 2. D. Auguſtinus lib. 1. de Baptiſmo cap. 6.

Digitized by Google

Donatiſtas Cardinales. Eo ſenſu præcipuæ illæ Eccleſiæ ac Diaconiæ, olim *Cardines* dicebantur, atque eadem de cauſa Presbyteri & Diaconi earum, *Cardinales*, quod nomen etiamnum remanet in ijs, quos ſummus Pontifex ex Epiſcopis, Preſbyteris & Diaconis velut præcipuos conſiliarios ſibi aſciſcit & aſſumit, abſque vlla alia diſtinctione. Quis exiſtimauerit D. Petrum ſolo capite omnia regere voluiſſe, & non habuiſſe, aſſumpſiſſe ſibi præcipuos aliquot, qui ſibi conſilio adeſſent? hæc politia, hæc forma, hic ordo adeò diſplicet vobis? At D. Paulus hanc regiminis formam, hunc ordinem probat & laudat. 1. Corinth. 14. Verſ. 28. 29. 30. 31.

2. Quod attinet ad Epiſcopos nihil etiam Pontifex ſummus facit, quod D. Petrus non fecerit. Nam D. Marcum Euangeliſtam Epiſcopum Antiochiæ creauit. Clementem Romanæ Eccleſiæ, & ſuum in Pontificatu ſummo ſucceſſorem nominauit, declarauit, quamquam ei immediatè nõ ſucceſſit, ſed pro tempore, multis ac magnis negotijs impeditus, ei renuntiauit. Sic D. Paulus, D. Timotheũ & Titũ Epiſcopos creauit, & cæteri Apoſtoli in ſuis locis idem præſtiterunt.

POLYANDER CALVINISTA.

Petri & reliquorum Apoſtolorum vocatio fuit extraordinaria, omni carens ſucceſsione, nec cuiquam Deus ab ipſorum obitu, eamdem prouinciam ac curam docendi omnes gentes delegauit.

Horum autem vocatio eſt ordinaria, eiuſdemque gubernationis continuatio, qua noui Antiſtites in priſtino demortuorum ſtatu collocantur.

ANASTASIVS CARMELITA.

148. §. 1. Extraordinaria vocatio præſupponit ordi-

Digitized by Google

ordinariam, ſine cuius auctoritate & admiſſione, qui extraordinariè vocatur, aſſumitur. At cùm Chriſtus Apoſtolos vocauit, necdũ erat inſtituta ordinaria poteſtas ac vocatio ad officia in Eccleſiâ Catholicâ inſtituenda. Non igitur Apoſtolorum vocatio fuit extraordinaria. Et quoniam quando D. Paulus fuit vocatus ad Apoſtolatum, iam vocatio ordinaria inſtituta erat, iam poteſtas ordinaria vocandi ad munera Eccleſiaſtica à Chriſto fuerat poſita, hinc eſt, quod D. Pauli vocatio extraordinaria dicta fuerit. Verumtamen ab ordinario debuit comprobari, vt & hac de cauſa ſe *Hieroſolymam aſcendiſſe* narrat, *& cum his qui videbantur eſſe columnæ Eccleſiæ*, D D. Petro, Iacobo & Ioanne de Euangelio, quod prædicabat *ſe contuliſſe*. Quin ab ordinario mitti. *Segregate mihi Saulum ac Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponenteſque eis manus dimiſerunt illos.*

Act. 9. Galat. 2. Act. 13.

Quanquam porrò concederem Apoſtolorum vocationem fuiſſe extraordinariam, quid etiam inde? Nõne rerũ omnia ſua ſunt initia? An quod qui alteri primo & extraordinariè vocato legitimè ſuccedere debet, eodẽ modo vocari debeat? Non ergo Moyſi in imperio Ioſue, non Aaroni alij Iudæorum ſummi Pontifices multi, qui non eodem modo, quo illi inſtituti fuerant, legitimè ſucceſſerunt. Non Reges multi, qui non eo modo, quo Saul, quo Dauid, ad Regiam dignitatem euecti ſunt, legitimè eis ſucceſſerunt? Nego. Suntque deliria Polyandrina, eius inſcitiæ ac ignorantiæ.

2. Falſum, *vocationem Apoſtolorum omni ſucceſſione caruiſſe*. 3. Falſum, *Deum nulli ab obitu Apoſtolorum, eandem*

Digitized by Google

andem prouinciam ac curam docendi omnes gentes delegaſſe. Quod enim Apoſtolis dabat, & eorum ſucceſſoribus dabat. Vnde, *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad ſeculi conſummationem*. *Et mittam ad vos ſpiritum veritatis, qui maneat vobiſcum in æternum*. Quæ promiſsio facta Apoſtolis, factam quoque eorum ſucceſſoribus fuiſſe neceſſe eſt, cùm Apoſtoli non eſſent victuri vſque ad finem ſeculi: cùm Eccleſia ſine doctrina veritatis eſſe non poterat, nec doctrina ſine Doctoribus & perſonis ſubſiſtere, exiſtere. Adeò tamen cæcus es, vt non videas, ijs, non documentis, ſed mendacijs teipſum, tuóſque damnare, ac accuſare vſurpatę prouinciæ docendi. Nam ſi vocatio Apoſtolorum extraordinaria, vt ipſe ſcribis, *omni ſucceßione careat, nemini Deus prouinciam ac curam docendi omnes gentes, delegauerit*; &, quod omnes Miniſtri fatentur, ordinariè miſſi non ſint; quâ igitur auctoritate, quâ poteſtate, docendi prouinciam ac curam vobis aſſumitis? Cur vos, ipſis Apoſtolis in munere prædicationis, & ſacramentorum adminiſtratione ſuccedere mentimini?

Matth. 28.
Ioan. 16.

3. Summorum Pontificum *vocationem à Deo eſſe ordinariam*, ſi perſeuerantem Dei vocantis electionem, & hactenus, nempe à diui Petri electione, obſeruatos declarationis modos conſideres, fateor. Verùm quid inde? Ergo D. Petro legitimè non ſuccedunt? hanc conſequentiam ineptiſſimam & vaniſsimam nego.

4. *Eiuſdem gubernationis continuationem eſſe ordinariam, nouóſque Antiſtites in priſtino demortuorum ſtatu collocari*. Quidni etiam? Nam *morte prohibentur permanere*, inquit D. Paulus. Quare oportet alijs

alios

Digitized by Google

alios ſuccedere. Propterea poſtremi prioribus non legitime ſuccedunt? Aſinum ad lyram dicas. Meritò omnes te pueri atque puellæ exſibilauerint. Hæccine illa egregia documenta, quæ ne aurigæ, nè nauitæ, ne omnium hominum ſtupidiſſimi protulerint, probauerint? Aut quia filij parentibus ſuccedunt, non legitimi ſucceſſores; non legitimi eorum bonorũ hęredes? Neutiquã, ſi magno huic à rerũ cognitione homini credas.

POLYANDER CALVINISTA.

Non vni vrbi aut Genti Petrum fuiſſe adſcriptum & alligatum, ſed ipſum cum ſuis collegis diuerſas regiones peragraſſe legimus, vt omnes nationes ad Chriſti cognitionem adduceret.

At veſter Pontifex ſoli glebæ ac Cathedræ Romanæ adfixus, numquam ipſemet ex ſede ſua, cum ſuis collegis ad exteros populos egreditur, vt ijs Euangelium Chriſti annuntiet.

ANASTASIVS CARMELITA.

149. §. 1. D. Petrus vices ſubijt duarum perſonarum. Epiſcopi Romanæ vrbis, quo modo fuit affixus vrbi Romę. Paſtoris totius Eccleſię Chriſtianæ, quâ in acceptione, multas regiones peragrauit, nec vni Genti fuit adſtrictus. Vt idem iudices de Pontifice Romano.

2. Cur autem multas regiones non peragret, rationes multæ dari poſſunt. 1. Quia non ſit neceſſarium, quemadmodũ erat tempore D. Petri. Nam eorũ numerus, per quos docere poteſt omnes gentes, creuit in immenſum. 2. Quia negotiorũ multitudo nõ permittit. Nam vt creuit Eccleſia, ſic & numerus negotiorũ ac cauſarũ. 3. Quia hoc poſtulet cõmoditas Legatorũ omnium nationũ, qui alioqui deberent eò proficiſci & ſequi, non

Digitized by Google

non ſine magnis expenſis, moleſtijs, & difficultatibus, quo ipſe peragraret. Quid quòd hoc tuũ tuę ſtultitię documentum, ad legitimam ſucceſſionem infirmandam nihil conferat?

POLYANDER CALVINISTA.

Ille operam dedit, vt per fidelem verbi diuini adminiſtrationem nomine ac re ſeruus eſſet Ieſu Chriſti. Hic nomine ſeruus ſeruorum reipſa incommunicabilem capitis noſtri Ieſu Chriſti, Dominorum Domini, atque ipſius vicarij Spiritusſancti, maieſtatem, & gloriam ſibi aſſerit.

ANASTASIVS CARMELITA.

150. §. 1. Maiorem admitto. Ad minorem autem, quæ longè pluribus abundat quàm maior, Reſpõdeo. 1. ſi per maieſtatem & gloriam Chriſti, eius diuinitatem intelligas, nego eam ſibi re ipſa aſſerere Pontificem ſummum. 2. Increatam eius diuinitatem eſſe incommunicabilem quidem creaturæ fateor, ſed non diuinis in trinitate perſonis. Si autem per Chriſti maieſtatem & gloriam intelligas eius nomen, eius poteſtatem, virtutem, & proprietates, concedo ſummum Pontificem eam ſibi aſſerere; nego eſſe creaturis incommunicabilem. Nam & Moſem *conſtituit olim Deum Pharaonis*, ſuam ei gloriam, maieſtatem, nempe potentiam ac virtutem delegauit. Sic Sacerdotes deos vocat; non Sacerdotes modò, ſed etiam omnes homines. *Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes.* Eoſdem ſuæ bonitatis, immortalitatis, ſapientiæ & proprietatum ſimilium participes facit. Exod. 4. & 22. Pſal. 81.

2. *Spiritum ſanctum autem eſſe vicarium Chriſti, aut Chriſtum vicariũ eſſe Spiritus Sancti*, Amphibologia enim eſt in conſtructione tuorum verborum, adſtruere impium, hæreticũ eſt, nec Ariani aliter

Oo loquun-

Digitized by Google

loquuntur. Siquidem vicarius, ſeu qui alterius vices gerit ordinariè inferior eſt eo, cuius vices gerit. Aut ſaltem is ei abſens eſt, pro quo vices gerit. Quocirca, ſi Spiritus Sanctus vices Chriſti gerit, eiuſque vicarius eſt, vel inferior eſt Chriſto, vel Chriſtum à ſe abſentem agnoſcit. Et è contra. Qui vicarius eſt alterius, eiuſq; vices gerit, ad nutum eius, cuius officium ac vices gerit, poteſt ſumi ac deponi: ſi itaque Spiritus Sanctus eſt tantùm Chriſti vicarius, ad nutum Chriſti, eius officium vel ſumet vel deponet. Non hoc eſt Spiritum Sanctum diuinitate priuare, Chriſtum Deum ſua vbiquitate? Et è contra?

POLYANDER CALVINISTA.

Petrus munus Apoſtolicũ aut paſtorale nõ ſibi ſingulariter vindicauit, ſed quemadmodum illud ſuis Coapoſtolis, ſic hoc omnibus Euangelij præconibus communiter attribuit, cùm ſe Presbyterorum, gregem Dei paſcentium συμπρεσβύτερον appellauit.

ANASTASIVS CARMELITA.

151. §. 1. Aut ex ignorantia, aut ex malitia, aut denique vtraque ſimul hoc tuum documentum contra materię æquitatem inuoluis. Quæ enim ſuis diſtinctionibus exponi debent, nullis ſimulationum velis ac inuolucris obtegi debet. Quare antequam huic reſpondeam, priùs ſciendum eſt, munus Apoſtolicum non ſolùm doctrinam, ſed etiam poteſtatem, remittendi peccata, inſtituendi ac ſtatuendi, quæ ad animarum ſalutem ac regimen ſpectant, complecti. Itaque ſi prædicandi ac docendi auctoritatem attendas, diuus Petrus non ſibi ſingulariter vendicauit eam. Nam cæteris Apoſtolis à Chriſto dictum. *Ite in orbem*

Digitized by Google

orbem vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Matt. 16.
Si verò poteſtatem peccata remittendi, inſtituē-di, ac ſtatuendi ea, quæ ſunt neceſſaria ad regimen animarū: rurſus diſtinctione opus eſt. Hæc enim poteſtas vel extenſiuè vel intenſiuè conſideranda. Si extenſiuè, eam ſibi ſingulariter vendicauit D. Petrus; nam & in Apoſtolos non tantum in alios, Petri poteſtas ſeſe extendebat. *Paſce oues meas, paſce agnos meos*, Apoſtoli erant oues & agni Chriſti, itaque & in Coapoſtolos poteſtas facta ei fuit. Si autem intenſiuè conſideretur, non eam ſibi ſingulariter vendicauit Coapoſtolorum reſpectu. Nam illi cum Petro æquam ſortiti ſunt peccatorum remittendorum poteſtatem, æquam inſtituendi & ſtatuendi ea, quæ ad regimen animarum poſtulabantur. Apoſtoli alij ex priuilegio, D. autem Petrus ex natura collatæ ſibi paſtoralis curę in omnes & ordinariè. Ex priuilegio illi, quoniam laborioſum nimis fuiſſet è partibus terræ remotioribus illos ad diuum Petrum accipiendæ poteſtatis cauſa, toties, quoties cauſa expoſtulaſſet redire. Ex priuilegio rurſus, ſed ſub diuo Petro. Agnouit diuus Paulus cùm tertio anno ſui Apoſtolatus aſcendit Hieroſolymam. *Petrus*, inquit D. Chryſoſtomus, *erat os & Princeps Apoſtolorum, & ideo Paulus præter alios eum viſurus aſcendit, vt ſimul oſtenderet, ſibi iam fiduciam habendam.* Siquidem, ait. D. Ambroſius, *æquum erat, vt videre deſideraret eum, qui primus erat omnium Apoſtolorum, & cui Chriſtus Eccleſiæ commendauerat.* Qua in re, ſcribit Theodoretus, *Petro eum honorem deferebat, qui ei tanquam Apoſtolorum Principi debebatur.* Deinde conſiderandum, quòd cæteri Apoſtoli poteſtatem tantam acceperant

Ioan. 21.

D. Chryſoſt. homil. 87. in Ioan. D. Ambroſ. & Theodoretus in 1. ad Galath.

Digitized by Google

ſecum finiendam. D. autem Petrus etiam in ſuos ſucceſſores tranſmittendam.

2. Quod attinet ad alios *verbi præcones & Preſbyteros*, etiamſi D. Petrus compresbyteros vocauerat, nihilominus in eos habebat ſummam auctoritatem, cùm ſi docendi, tum ſi peccata remittẽdi, inſtituendi, & ſtatuendi quæ neceſſaria erant ad animarum ſalutem & Eccleſiæ regimen cõſideres, nihilq́; habebant, quod non à Petro pẽderet, poſt Chriſti in cęlos aſcẽſionem ab eodem cõfirmandum & approbandũ. Quare hanc ſummam ſub Chriſto iuriſdictionem ſingulariter in eos ſibi D. Petrus iure vendicabat, etiamſi compresbyteros nominaret.

Summus Pontifex ſi eos, quibus dedit prædicandi, peccata remittendi, corpus Chriſti conficiendi auctoritatem ac poteſtatem, vno verbo ſi quos ſacerdotes ac presbyteros ſacrauit, vocet cõpresbyteros; propterea in eos ſibi ſingulariter vendicare Apoſtolicũ ac paſtorale munus non meritò poterit?

POLYANDER CALVINISTA.

Nec ille, vt Papa tuus, elinguis fuit & inutilis ad docendum, ſed populo Chriſtiano, Regni cæleſtis adyta viuâ voce explanauit.

ANASTASIVS CARMELITA.

152. §. 1. Friuolum hoc documentum Beza tractatu de notis Eccleſię ſectione 17. obiicit. Egregium ſcilicet documentum illegitimæ ſucceſſionis. Moſes non eloquens erat, ſed tardioris & impeditioris linguæ, ei Aaron adiungitur eloquens, vt ei os eſſet, propterea auctoritatem ſibi collatam amittit? Valerius Hipponenſis Epiſcopus prędicandi munus D. Auguſtino committit, erat

Exod. 4.

Poſſidon. in vita D. Auguſt.

Digitized by Google

erat enim ineloquens, propterea non legitimè ſuccedebat? Obtrudes quòd meus Papa elinguis ſit, non vitio linguæ, ſed officij ac muneris negligentiâ. Eſto, vt vis, propterea non legitimè ſuccedit? Aut filij, quamquam diſſoluti & negligentes, non legitimè parentum bonis ſuccedunt ſibi relictis? Quæſo *quis tu hic, aut quaſi quis hic?* Verùm, domine Miniſter, ad aurem duo aut tria verba. Si Papa meus elinguis eſt, non ideo præ lætitia tibi exilit animus? Quòd ſi prædicandi officio vacaret, quid vtilitatis inde referres? Romam Dordrectho proficiſcereris, vt concionantem audires? Quid concionaretur, & tibi gratũ eſſet, tibíque arrideret? Nunquam Caluini diſcipulus fuit, quam ergo doctrinam adferret tibi gratam? A multis annorum centenis officio prædicationis Papę nullam dant operam. Ab obitu Caluini vix ſunt triginta quatuor anni. Ante Caluini tẽpora, ſi tamen vobis credatur, nulla erat Theologia. Habebant quidem ſacram ſcripturam, ſed veſtram de ea mentem ac ſenſum non item. Quam ergo Theologiam profeſſi fuiſſent, quam meus Papa, qui nunc viuit, profiteretur non tibi ingratam? veſtram enim non nouit, ſed damnat. Hæc ſi diligenter expendis, gaudere debes, quòd non concionetur, ei æquior eſſe. Calamo meo malè opto, omnia infauſta, quòd vos tam benignè & leniter excipiat. Quo enim iure Eſa. 22.

Omnia Therſitæ ſimilis quid gutture latras
Sardanapaliaco?

POLYANDER CALVINISTA.

Aurum, argentũ quibus Pontifex tuus effulget non habuit.

ANASTASIVS CARMELITA.

153. §. 1. Ergô ô miſeros ô ter quaterque infortuna-

Digitized by Google

tunatos homines, quos opulentiores ac ditiores factos, ipſa rerum acquiſita abundantia paterna exhæredat domo & legitima ſucceſſione priuat. Ideo enim, ſi Therſitę iſti credimus, Paulus quintus non ſuccedit D. Petro, quia auro argento effulget. quod D. Petrus non habuit. 2. Quàm ſimilis, mi homo, conſobrino tuo Iudæ proditori Chriſti? Ille enim querebatur effuſum pretio-

Math. 26. Mar. 14. Ioan. 12.

ſum vnguentum ſuper caput Chriſti Ieſu ac dicebat, *Ad quid perditio hæc vnguenti facta eſt? potuit venundari multo, & dari pauperibus.* Quo verò animo? *Non quia ad eum de egenis pertinebat, ſed quia fur erat.* Hunc tibi animum pro patrimonio reliquit. Reliquit poſt eum auunculus Iuliani Apoſtatæ & ipſe dictus Iulianus. Nam cum improperio in Chriſtum ſacra vaſa, ſacros calices temerabat

Theod. l. 3. c 12. Nicepho. l. 10. c. 5. 7. 9. D. Gregor. Nazianz. orat 1. in Iulia. D. Chryſoſt. homil. 4. de D. Paulo. D. Hieron. Epiſt. 61. ad Pammach. c. 3

ridens. *En qualibus vaſis miniſtratur filio Mariæ.* Vterque, mi homo, crepuit medius, miſereque animam exhalauit. Ad aurem rurſus, vnum atque aliud verbum, cedo & ne diſſimulare velis. Si ad Pontificatum Romanæ Eccleſiæ vocareris, vocatus & aſſumptus eo auro, eo argento effulgeres, quo Paulus quintus, qui nunc ſedet, negares te. D. Petro in Pontificatu legitimè ſuccedere? Quidquid dixeris in contrariũ, nõ exiſtimauero verũ. Olim apud. D. Hieronymũ erat, qui diceret. *Facite me Epiſcopum Romanũ, & protinus Chriſtianus ero.* Non aurum, non argentum, bone vir, eſt in vitio. Non aurum, non argentum impedit, quominus quis legitimè ſuccedat ei officio, cui præfuit pauperior. Verùm, quis ſe in veritatem armauerit, & abſurdè non cogitabit ac dicet? Perinde ac

Si mulier vitulum, vel ſi bos ederet agnum?

POLY-

POLYANDER CALVINISTA.

Turpe lucrum, cui veſtri Simones inhiant numquam affectauit.

ANASTASIVS CARMELITA.

154. parag. 1. Cedo, qui ſunt illi noſtri Simones? Operę pretium eſt reſcire. Alioqui ſi eos non nouerimus, quomodo iudicare poterimus vtrum iure, an verò iniuſte tibi vapulent?

2. Quos quia non exprimis, tantùm cum Chriſto dicam, *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras?* cur ex calumnia noſtros ſimoniæ arguis, Cùm hâc & deteriore viâ diuites facti ſitis? Reddite Eccleſijs ſuos cenſus annuos, Calices & cetera vaſa ſacra, quibus Chriſto miniſtrabatur, quæ *in maſſam redegiſtis, & nefarijs nundinis mercem procuraſtis, Calices Chriſti ſanguinis portatores, quos fregiſtis.* Reddite infinita *ornamenta auro & argento contexta, ornamenta ſacra, propter conſortium corporis & ſanguinis domini magna veneratione colenda, quæ contaminata ſacrilegos faciunt.* Iſtis enim templa Deo dicata exuiſtis, ſpoliaſtis. Reædificate templa à vobis ſolo adæquata. Reddite ſaltem rudera, quibus domos vobis ædificaſtis. Redditè pauperibus ſua Xenodochia, Catholicis ſuas domos, quas demoliti eſtis. Reddite illis vrbes ſuas, ſuas Eccleſias, ſua bona, quibus inhiaſtis, & etiamnum inhiatis. Non turpe Lucrum, quod quis ſibi

Optatus lib. 8 cōt. Parmenian.

Digitized by Google

ſibi latrociniis,ſacrilegiis,homicidijs, incendijs, & omni ſcelerum genere acquirit? non feciſtis? Adhuc plaga cruore madet. Mi homo, hæc numquam D. Petrus, hæc numquam Pontifices noſtri affectarunt. Simones apud nos, ſi qui ſunt, Pontifex ac papa meus damnat. Iuſtiore ratione tot ſcelera ac flagitia à vobis excogitata, perpetrata, cruce & omni ſupplicio, vt digna, ita ſemel, Deo iudice, repetenda.

POLYANDER CALVINISTA.

Non brutis fulminibus fratres ſuos perterruit, ſed ſacris eos conſolationibus confirmauit.

ANASTASIVS CARMELITA.

155. parag. 1. Bruta illa fulmina, quænam ſint, cur non declaras? In re adeò ſeria ac tanti momenti tacenda? Excommunicationes dicere intendis? Cur bruta fulmina, quę Chriſtus ipſe inſtituit appellas? Nam excommunicationis proculdubio fulmen, non vno, ſed pluribus locis Eccleſiæ ſuæ tradidit; eius poteſtatem Apoſtolis, Petro maximè fecit, Math 18. & Ioan. 20. Simonem magũ D. Petrus à ſorte Chriſtianorũ amandando non perterruit? *Pecunia tua* (inquit) *tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri; non eſt tibi ſors nec pars in ſermone iſto, cor enim tuum non eſt rectum coram domino.* Non exterruit fratres ſuos cùm Ananiam & Saphiram vxorem eius ſolâ vocis pronuntiatione interfecit? Intantum, *vt nemo auderet ſe coniungere illis?* Iunge hoc factum, hanc hiſtoriam cum tuo ſuperiore mendacio, non documento, & videbis D. Petrum nõ auro, non argento caruiſſe, quando omnes aurum, argentum, quod ex venditione domorum ac poſſeſſionum ſuarum acceperant, ad eius pedes

Act. 8.

Act. 5.

Digitized by Google

des adferrent. Amabò, turpi lucro inhiabat, quãdo ob auri & argenti defraudationem, integræ ſummæ reticentiam, vtrumq; maritum & vxorem ſola vocis pronuntiatione vita priuauit? Si Papa meus hodie tantum faceret, non obſtrigillaret Polyander, non eum accuſaret auaritiæ ac turpis lucri? Sed redeo ad inſtitutum. Nonne hoc excommunicationis fulmine D. Paulus Inceſtum abſens *tradidit ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret*? Nonne Himenæum, & Alexandrum blaſphemos eidem *Sathanæ tradidit, vt diſcerent non blaſphemare nomen Domini*? Bruta vocas fulmina, quæ ad ſalutem ſpiritus? Quanto ſtudio, quantaque contentione hoc fulmen ſibi cõcedi ac permitti Caluinus, Pharellus & reliqui hujus farinæ Miniſtri à Geneuenſi & Bernenſi Magiſtratu poſtularunt? Non impetrarunt, quia ſatius iudicarent redire ſub poteſtate ſummi Põtificis Romani, quàm tantum fulmen tam furioſis, & non niſi ad lites, turbas & procellas natis hominibus tradi ac permitti. Narrat Bolſecius in vita Caluini. Non Papa meus hoc vtitur fulmine, quàm poſt ſeriam, benignamq́; , denique paternam monitionem non vnam, ſed alteram atque alteram.

POLYANDER CALVINISTA.

Monarchis & Principibus religioſam ſui adorationem ac pedum ſuorum exoſculationem haud imperauit, nec ſe Deum in terris vocari paſſus eſt, ſed Cornelium ad ipſius pedes accidentem erexit, ſeque etiam hominem eſſe, ingenuè fateri, quàm diuinum honorem ſibi arrogare, maluit.

ANASTASIVS CARMELITA.

106. parag. 1. Falſum eſt, Papam à Monarchis & Principibus religioſam ſui adorationem ac

Digitized by Google

pedum exoſculationem imperare. Ei tamen deberi adorationem, id eſt venerationem certo certius eſt. Scriptura diuina paſſim nomine adorationis vtitur pro veneratione, quæ hominibus exhibetur, & vix eſt adoratio externa, quæ ſoli Deo adhibeatur præter ſacrificij honorem, & quæ ad ſacrificium pertinent, templa, aræ, ſacerdotes. Vnde diuus Auguſtinus contra Fauſtum, qui ſcripſerat nos conuertiſſe martyres in Idola, probat ſanctos non adorari vt Deos, quia *ſacerdos ad altare conſtitutus numquam dicat, offero tibi Petre, offero tibi Paule, offero tibi Cypriane*. Eſt igitur adoratio vna, quæ ſoli Deo debetur, eſt & altera, quæ potiùs veneratio dicitur, quæ alijs à Deo debetur. Vnde & Apoſtolus. *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Iſte honor, iſta veneratio, non modò iuris ciuilis eſt, ſed etiam iuris diuini. Nam homini defertur propter collatam ipſi à Deo poteſtatem. Quocirca ibidem Apoſtolus præmittit. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non enim poteſtas, niſi à Deo: quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt.* Adeout veneratio eiuſmodi habeat pro fundamento faſtigium poteſtatis & dignitatis reſidentis in eo, cui honor & veneratio debetur. Hanc ſi Reges ſibi exhiberi poſtulant, cur non Papa meus, imò & maiorem? Nam poteſtas, quam habet in Monarchas Principes velut ſui gregis oues, gregis ſibi à Deo commiſſi, Monarcharum, Principum poteſtate longè diuinior & ſublimior, cùm ſi animam, in quam dominium ſibi poſtulat, tum ſi finem, qui eſt ſalus æterna,

D. Aug. l. 20. cōt. Fauſt. c. 21.

Rom. 13.

æterna, conſideres. Hanc venerationem diuus Petrus poterat ſibi à Cornelio repetere. Non repetijt ſcribis, *ſed ad pedes ſuos accidentem erexit*. Non repetiit, quia non erat neceſſe, cùm Cornelius vltrò ei deferret. Non repetijt, quia nemo eam in dubium reuocabat. Non repetiit, quia indebitam & maiorem, quàm erat exhibenda D. Petro, exhiberet. Non repetiit, quia ſciebat Cornelium non abuſurum ea humilitate, qua erga eum vtebatur. Quid quòd ratio habenda naſcentis adhuc Eccleſiæ, nec adhuc prouectæ ad cumulum ſuæ perfectionis; nondum ſatis conſtitutę ac ſtabilitæ? Non etiam Papa meus repetit à Monarchis & Principibus, non enim neceſſe, vt pote vltrò ei eam deferētibus. Non repetit niſi ab eis, qui eam in dubium reuocant. Non repetit ſibi indebitam. Non repetit, niſi ab ijs, quos ſua humilitate abuſuros nouit. Non repetit niſi ab eis, quos ad officium, ad obſequium reuocādos hoc pacto videt. Nec paſtores paſtorali baculo vtuntur, quàm in eas, quæ extra limites, extra paſtus ac paſcui ſepta aut vagari, aut excurrere velle vident, vt tu idem ſentias de Papa meo.

2. Deus in ſacris literis aliquando eſſentialiter, aliquando accidentaliter, participatiuè ſumitur. Priore modo ſolus Deus, à nobis ſic dici, ſic appellare vult. Poſteriore, eos præſertim, quos nobis præpoſuit, quibus in nos poteſtatem ſuam delegauit. Sic Exod. 4. ſe Moſem deū Pharaonis conſtituiſſe pronuntiauit: quanto magis D. Petrum cui ſuam poteſtatem non ſolùm miracula faciendi, ſed etiam peccata remittendi, quam numquam Moiſi, contulit? Hoc poſteriore modo D. Petrus *nō ſe deum dixit*. Eſto nec etiam

Papa

Papa meus. Non tamen poterat D. Petrus? non etiam poteſt Papa meus? Imò toties quoties ratio exigit & præſcribit.

Polyander Calviniſta.

Tantum abeſt vt dominatus ſit Cleris, ſeque omni poteſtate ac gubernatione tam politicâ, quàm Eccleſiaſticâ ſuperiorem, atque adeò à nemine iudicandum cenſuerit, vt ab Herode in vincula coniici, & à Paulo publicè reprehendi ſuſtinuerit.

Anastasius Carmelita.

157. parag. 1. Nimirum hæc ſunt clariſſima illa documenta, quibus omnes ad pileum vocatis, quibus omnes ab obedientia & veneratione debita Chriſti in terris Vicario abducitis & auocatis. Nimirum hæc ſunt Antichriſti aduentum præcurrentia ſtudia, antecedentes contentiones. *Non enim veniet niſi prius diſceſsio fiat*, ſcilicet ab hoc ſpirituali regno, interprete D. Hieronymo.

a. Theſſalon. 2. D. Hier. in poſter. ad Theſſalonic.

2. D. Petrum *non dominatum fuiſſe cleris*, falſum eſt, nec potuit eos paſcere, niſi eis dominaretur. At Ioannis 21. Concredita ei poteſtas paſcendi. *Paſce oues meas, paſce agnos meos.* Eidem concredita dominandi poteſtas, ſummaq; ſub Deo in oues dominatio, quę Matth. 16. *clauiũ* nomine, *ſoluẽdi, ac ligãdi* verbis veriſſimè exprimitur. Aut D. Petrũ huic muneri ſibi credito & impoſito defuiſſe criminare. Iſta enim, quæ ex eodem 1. Pet. 5. verſ. 3. *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei, non vt dominantes in cleris*, de dominatione tyrannica & opprimente, veniunt intelligenda, non de paſtorali & paterna.

3. Politica poteſtate ac gubernatione nõ vſum, falſum quoque eſt. Nam Act. 4. & 5. Chriſtiani ad eius pedes ſua bona adferebant, eouſque vt

Ana-

Digitized by Google

Ananiam & Saphiram eius uxorem, quia fraudaſſent de pretio domus venditæ, ſolo oris verbo interficeret. Factum iſtud non etiam Politicę gubernationis? Audi quid tuus Beza habet, tractatu de hæreticis à Magiſtratu ciuili puniendis. Probaturus enim Seruetum iuſtè mulctatum morte fuiſſe, vbi hanc propoſitionem intulit, *Deus aliquando quoſdam Miniſtros verbi ſui vtraq; poteſtate Politica & Eccleſiaſtica armat*; hoc iſtud Act. 5. factum à D. Petro, producit, ad eius confirmationem. Item quomodo Chriſtus facto ex funiculis flagello, vendentes & ementes, ſecundò è templo Ioan. 2. Math. 21. eiecerit. Quomodo D. Paulus excæcarit Elymam magum, Act. 13. *Non quidem* (inquit) *miniſterij Eccleſiaſtici, ſed Magiſtratus ciuilis virtute*. Quomodo Eccleſia hâc à Deo de puniendis impijs acceperit poteſtatem; atque hanc innui iſtis D. Pauli 1. Corinth. 12. *Alÿ datur gratia virtutum in eodem ſpiritu.* Itaque D. Petrus dominatus eſt clero, & in eum exercuit vtramque poteſtatem.

4. *Non cenſuiſſe ſe omni poteſtate & gubernatione ſuperiorem & à nemine iudicandum*, ex ſcriptura, quomodo probatis? non video. Ex ambitione non cenſuiſſe, fateor, virtute & poteſtate, nego conſtantiſsimè. *Quodnam dic indicium ſerui, an non id facere, quod iubeat Dominus? quod autem Domini ſignum, an non ea in ſeruis perficere, quæ velit? Quinam in regibus, Principibus hæc perfecerunt? nonne Apoſtoli?* An non ſi de quoquam, at de D. Petro iſta? *Ecce poſui te ſuper gentes & regna, vt ædifices, plantes & eradices.* Non de Apoſtolis iſta? *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij, cõſtitues eos Principes ſuper omnem terrã.* Monarchę, Principes, qui Chriſto Sacramentũ dederunt, nonne ſunt

D. Chryſoſt. in Pſalmum 109.
Hiere. 1.
Pſal. 44.

Digitized by Google

ſunt oues Chriſti? Paſtor nullum in oues imperium, dominium? Non paſtor Chriſti ouium Petrus conſtitutus à Chriſto? Eius poteſtas, non igitur eſt omni poteſtate & gubernatione Politicâ ſuperior? Agnoſcit Philoſophus animam dominium in corpus habere. Animâ corpus moueri, viuere, vegetari, regi, quamquam in eadem Cathegoria non ſubordinentur, quam per reductionem ad directam lineam ac ſeriem. Quidquid ſit, quæ ſunt animi potiora, digniora ſunt corporeis. Agnoſcit & Philoſophus ſpiritus præeſſe ac præſidere materialibus ac corporeis. At hoc eſſe non poteſt, niſi ſint ſuperiores, omni poteſtate ac gubernatione corporeâ. Igitur poteſtas Eccleſiaſtica, omni poteſtate & gubernatione politicâ ſuperior eſt. Eccleſiaſtica diuo Petro collata eſt. Ergo quæ omni eſt poteſtate & gubernatione Politicâ ſuperior.

Ioan. 21. Matt. 16. 5. Quòd omni Eccleſiaſticâ poteſtate & gubernatione ſuperior extiterit, abundè Chriſtus ſignificauit, cùm ei eius principatum commiſerit. Ioan. 21. Quum ei poteſtatem *ſoluendi & ligandi*, non in terra tantùm, ſed etiam *in cælis*, vt obſeruat diuus Chryſoſtomus, contulit.

6. Porrò ſi oues poteſtatem habent in paſtorem; ſi agni paſtorem iudicant, non *cenſuit diuus Petrus à nemine ſe iudicandum*. At quoniam rerum benè diſpoſitus ordo, prius illud non fert, nec patitur, nec etiam poſterius iſtud.

7. Obiicis ab Herode coniectum in vincula. Liberius Papa à Conſtante in exilium fuit miſſus. A Iuſtiniano Siluerius. Theodoricus Rex Ioannem huius nominis primum in carcerem miſit.

miſit. Otho imperator Ioannem huius nominis duodecimũ à ſede deiecit, & Leonem octauũ ei ſubſtituit. Henricus tertius Imperator Gregorium ſextum, cui Clementem ſecundum. Ergone iure? Quod quæſo hoc argumentum? Ariſtoles numquam illud agnouit, neque à facto ad ius argumentaretur, non iuriſperitus.

Ergone Herodes ius aliquod in diuum Petrum innocentem, & ea de cauſa, ab quam eum in vincula coniecit habuit? Ecquæ tanta inſania ciues? Siccine violentia & Tyrannis, ius, æquitas erant? diui Petri, & reliquorum Martyrum humilitas, patientia ius dabunt, æquitatem præbebunt violentiæ & Tyrannidi? Erit pro iure contradictio potentior? Non Herodes, non perſecutores, qui fidem Chriſtianam ſanguine cruentarunt, ſemel Deo rationem reddent? Non Conſtans Arrianus, non Theodericus etiam Arianus, non Iuſtinianus, Eutichianus? In Othone, non fidem, non pietatem, quam in eo laudamus, ſed ignorantiam vituperamus, ſed eius, quem depoſuit facta, minimè ferenda Reipublicæ Chriſtianæ. In Henrico tertio modeſtiam & æquitatem veneramur. Non enim Gregorium ſextum ſede deiecit, ſed ipſe vltrò, conſcientiæ remorſu tactus, veniam precatus, ſeipſum depoſuit, vt teſtes ſunt Otho Friſingenſis lib. 8. cap. 32. Leo Hoſtienſis. 2. Chronic. Caſſin. cap. 80. Alioqui prima ſedes à nemine iudicatur.

8. Obiicis D. *Paulũ publicè reprehẽdiſſe* D. *Petrũ*. Reſpõdet tibi Tertullian⁹ *nõ, prædicationis ſed cõuerſationis vitiũ fuiſſe. Reprehẽſus enim eſt, quia cũ cõuixiſſet Ethnicis, poſtea ſe à conuẽtu eorũ ſe parabat perſonarũ reſpectu.* Tertull. l. præſcript. c. 13. & 24. Idem l. 1. & 4. in Marcion.

Alioqui,

Alioqui, non & ipſe Paulus omnia omnibus factus, Iudæis Iudæis, non Iudæus non Iudæus? Adeò pro temporibus & perſonis & cauſis, quædam reprehendebant, quæ & ipſi æquè, pro temporibus, perſonis & cauſis committebant. Propterea hæc reprehenſio, quam obtendis nequiſſimè, ſuſpectam reddet poteſtatem ac Principatus dignitatem, quam à Chriſto in omnes Apoſtolos acceperat? Aut ancilla, quæ reprehendit Dominam ſuam, & vt maculam, quam in facie gerit, abſtergat monet, reddit ſuſpectam poteſtatem, quã Domina in eam habet? Sed & putas D. Paulum reprehendiſſe D. Petrum nõ ſeruata ea modeſtiâ, eâ veneratione, quæ omnium Apoſtolorum principi debebatur? Imò ſeruauit. D. Chryſoſtomus oſtendit in 2. caput ad Galathas. Non igitur præiudicat auctoritati D. Petro à Chriſto in cæteros Apoſtolos collatæ, hæc tam ſæpè à vobis redintegrata & renouata reprehenſio.

POLYANDER CALVINISTA.

Quid amplius? Franciſcus Petrarcha, vt alios teſtes occultatos præteream, ſe non Petri, nec aliorum Apoſtolorum, ſed Nemrothi, Caligulæ, Iulij cæſaris & aliorum tyrannorum ſpiritum in veſtris Pontificibus inueniſſe conqueritur.

ANASTASIVS CARMELITA.

158. parag. 1. Similium obloquutiones ſuperius exſufflauimus. Quem enim impetum te poſſe facere ſperas, quam violentiam ſummorum Pontificum auctoritati, ac ſucceſſioni legitimæ inferre? Iniurias, illata opprobria huic ſedi pro argumento demonſtratiuo arripis? fortiſsimè verò ac feliciſsimè. Quid ſiquidem poſſunt duo aut tria vnius poëtæ, cui æqua tam mentiendi, quàm veritatem dicẽdi poteſtas? Si quis Petrarcham rationem reddere tot conuitiorum coëgiſſet,

Digitized by Google

giſſet, non ei operoſum minus fuiſſet, quàm vobis. Verùm crediderit Petrarcha, quod ſcripſit, vbi eius ſchiſma aduerſus Eccleſiam Romanam? In quâ Eccleſiâ, aliâ à Romanâ ſalutem ſuam quæſiuit? Itaque meritò hæc documenta à conuitijs, ſannis, & opprobrijs deducta reſpuimus & exſufflamus, quæ nō ipſe Ethnicus Ariſtoteles ad ſucceſsionem irritandam aſſumeret; quæ Chriſtus Matth. 23. exploſit. Quæ tamen ſi à Caluiniana ſorte auferas, omnem ſuam perdiderit Theologiam. His enim, quaſi fundamento, ſic innititur; vt ſi ea illi adimas, illam ruere neceſſum ſit.

CAPVT XXXIIII.

Ex diuina ordinatione & approbatione, ſummus Pontifex Romanus legitimè D. Petro ſuccedit. Cur potiùs Romanus, quàm aliquis alter. Contingere poteſt, vt fides exulet vrbe Roma. Cur ſummus Pontifex non poſsit errare. Poſteriora Concilia ſi quid ex prioribus mutant, non emendando, ſed variando rerum præſentium vtilitatem mutant. Eccleſia non damnat legitima connubia. Hæretici in Sanctos adlatrant. Apoſtolus contra quos in Epiſt. ad Rom. Coloſſ. 2. 1. ad Timoth. 6. diſputet. Hebr. 10. non dicit vnicum ſolum nos mediatorem habere.

POLYANDER CALVINISTA.

QVartum tuum argumentum nititur his Chriſti promiſſionibus, Ero vobiſcum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi Matth. 28. verſ. 20. Et, *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam Matthæi 16. verſ. 18. Ex quibus ſic ratiocinaris.* Eccleſia, quam Chriſtus vſque ad finem mundi duraturam prædixit eſt Apoſtolica & Catholica. Chriſtus Eccleſiam Romanam vſque ad finem mundi duraturam prædixit. Ergo Eccleſia Romana eſt Apoſtolica & Catholica: *minorem propoſitionem hoc probas ſyllogiſmo.* Eccleſia apud quam Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentes & literæ eorum authenticæ ſonantes vocem & repræſentantes faciem vniuſcuiuſque permanent, eſt Eccleſia, quam Chriſtus vſque ad finem mundi duraturam prædixit. Talis eſt Eccleſia Romana. Hæc eſt igitur Eccleſia, quam Chriſtus vſque ad finem mundi duraturam prædixit.

ANASTASIVS CARMELITA.

159. §. 1. Cur ſceleratiſſimè ac inſidioſiſſimè rem hanc meam tractas? Bonâ fide, quis ad tantas & tam ſæpè redintegratas fraudes, tam ſæpè repetita à te mendacia non ſtupeat? Allucinor; quis enim Æthiopem candidum reddat? Naturæ manent vt ſuum habuêre principium. Cur ergo obſtupeſco ad iſtas tuas fraudes, ad iſta tua mendacia? hoc enim ſemper tibi fuit principium, mirum, ſi hæc tibi manet natura?

2. Hæc argumenta non habui, has ratiocinationes non ſic collegi pag. 120. & 121. Non enim

enim ex eo quod Matth. 28. & 16. Chriſtus intulit Eccleſiam vſque ad finem mundi duraturam, probaui Eccleſiam Romanam eſſe Apoſtolicam, Catholicam: neque hæc Chriſti verba fuerunt mihi medium probandæ iſtius concluſionis, ſed quæ Tertullianus in hæreticos vobis ſimiles ad idem inſtitutum profert. Nempe, *eas Eccleſias eſſe Apoſtolicas, apud quas Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentes, eorum authenticæ literæ ſonantes vocem, & faciem vniuſcuiuſque repræſentantes leguntur*. Eas Apoſtolicas eſſe Eccleſias dixi ac volui, *quæ originem ſuam, quæ ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſionem ab initio decurrentem edere poſſunt, vt vnum ex Apoſtolis, aut Apoſtolicis viris, qui in eadem fide permanſerit, primum auctorem & Anteceſſorem habuerint*. Talem autem eſſe Romanam Eccleſiam; ergo Apoſtolicam eſſe. Quo ſic conſtituto, hac altera, quaſi per appendicem, demonſtratione ſum vſus ſub finem pag. 120. & ſub initium 121. Eccleſiam Apoſtolicam Catholicam, *vſque ad finem mundi duraturam Chriſtus prædixit & promiſit, portas inferi aduerſus eam non præualituras*. At verò aliæ ſedes ac Eccleſiæ Apoſtolicæ ampliùs non exiſtunt, ſuis locis deiectæ ſunt, ſola *perdurat ſtatu fælix Eccleſia Romana, cui totam doctrinam ſuam Apoſtoli cum ſuo ſanguine profuderunt*. Si ergo Eccleſia Romana, Apoſtolica non eſt, nulla poteſt in toto mundo dari Apoſtolica. Hanc demonſtrationem, qua clarior & euidentior dari non poteſt, & cui animus non poteſt non acquieſcere, niſi contra liberum pugnet arbitrium, confictis tuis, non meis argumentis eludere voluiſti, & vinum meum turbida ratiocinatione velut aquâ miſcere; hoc pacto mentem Lectoris à tam neceſſariâ

Pp 2 demon-

demonſtratione auocare & abſtrahere. Dic poſtea te non hominem ex fraude & mendacio compoſitum.

POLYANDER CALVINISTA.

In priore ſyllogiſmo confundis vocabula; Apoſtolica, & Catholica, quæ ab eruditis, qui accuratè diſputant, propterea diſtinguntur, quòd hoc, illo latiùs ſumatur. Eccleſiæ etenim innumeræ fuerunt ac ſunt Apoſtolicæ, quæ tamen non ſunt Catholicæ: eo nimirum ſignificatu, quo hoc elogium veſtræ potiùs Eccleſiæ tribuendum eſſe ſuſtines, quàm Corinthiacæ, Epheſinæ, Philippenſi, Theſſalonicenſi & cæteris, quas pag. 120. recenſes, & quo in ſymbolo Apoſtolico nos Eccleſiam Catholicam credere profitemur. Nec maior iſtius ſyllogiſmi propoſitio eſt vniuerſaliter vera, quoniam Chriſtus Eccleſiam quoque malignorum atque hypocritarum multitudinem, ad finem mundi duraturam prædixit Matth. 13. verſ. 25. Vbi hypocritas cum Zizania inter triticum vſque ad meſſem creſcente, & malignos cum hædorum grege, ouibus permixto comparat, ſeq; alteros ab alteris extremo demum iudicij die ſeparaturū promittit. Ad hæc durationem nō eſſe propriā Chriſtianæ Eccleſiæ notam; ſed ipſi cum Antichriſtiana communem teſtatur Apoſtolus. 2. Theſſal. 2. Quum Antichriſto perditionis filio vaticinatur, quod peracto ipſius impietatis myſterio, à Domido retegetur, qui eum conficiet ſpiritu oris ſui, & illuſtri aduentu ſuo abolebit.

ANASTASIVS CARMELITA.

160. §. 1. Nec prior ſyllogiſmus eſt meus, nec vocabula iſta confundo. Scio enim has duas voces diſtinctas eſſe, duas notas veræ Eccleſiæ, duas notas, quæ ſectæ Caluinianæ non conueniunt, quæ de ea dici ac prædicari non poſſunt.

2. Scio,

Digitized by Google

2. Scio, quòd licet iſta duo vocabula diſtinguantur, potuiſſe tamen dici ac prædicari de Corinthiaca, Epheſina, Philippenſi, Theſſalonicẽſi, & cæteris à me recenſitis, ſine iniuria ac præiudicio ſymboli Apoſtoli, qui hanc notam tribuit Eccleſiæ Chriſtianę.

3. Vocabulum hoc, Catholica, includere temporis durationem, atque ea etiam ex parte eſſe notam veræ Eccleſiæ non dubium; quamquam non omne quod durat, vſque ad finem ſeculi ſit Catholicum. Verùm duratio temporis includit non ſolùm tempus vſque ad finem ſeculi, ſed etiam tempus illud, quod ab initio mundi eſt. Quare cùm verę Eccleſiæ & hæreticæ non ſit eadem duratio (nam vera Eccleſia prior eſt falſa Eccleſia, veritas prior falſitate) hinc fit vt vocabulum, *Catholica*, etiam inquantum includit in ſe temporis durationem, ſit vera nota Eccleſiæ. Quanquam zizania mixta bono ſemini ſint duratura vſque ad finem mũdi, tamen illa iſto ſunt poſteriora.

4. Apoſtolum teſtari. 2. Theſſal. 2. Durationem eſſe communem ipſi Eccleſię, cum Antichriſtiana; falſum eſt, nec verba eius hoc indicant. Eccleſia enim, Antichriſtianam prioritate, & poſterioritate ſuperat. *Non veniet filius perditionis, niſi prius diſceſſio fiat.* Quare Eccleſia eſt antequam Antichriſtus veniat. Quid quòd eius regnum non ſit duraturum plus tribus ſeſqui annis? Extincto Antichriſto, Eccleſia etiam militans reuiuiſcet ac reflorebit.

5. Quod porrò de vna & eadem Eccleſia intulit Chriſtus, non de vno & eodem hypocrita & impio aſſeruit. Nam vna & eadem Eccleſia Ca-

Digitized by Google

tholica perſeuerat vſque ad finem mundi, non tamen vnus & idem impius, vna & eadem hæretica profeſſio, ſed vna alteri ſuccedit. Impij quidem generaliter loquendo erunt, quamdiu mundus erit, ſed particulariter non item. Et quando durationem dicimus eſſe veræ Eccleſiæ partialem notam, & eâ diſcerni à falsâ, hanc vel illam hæreſim in particulari ſignificamus, cuius duratio eſt vnius, vel alterius ſeculi, quo elapſo & illa in fumum euaneſcit & abit.

POLYANDER CALVINISTA.

Indefinita denique Chriſti promiſſiones. Portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Ero vobiſcum ad conſummationem ſeculi, *prauè ad certam aliquam Eccleſiam particularem ac viſibilem, nempe Romanam à te reſtringuntur.*

ANASTASIVS CARMELITA.

D. Cyprianus Epiſt. 52. ad Antonian. & D. Ambroſ. orat. Funeb. de Satyro Fratre.

161. §. 1. Hoc iudicium tuum eſt. At falſum eſt. Nam Eccleſia Romana, non eſt Eccleſia particularis ſed vniuerſalis, ſed Catholica. Cum Romana Eccleſia communicare, cum Paulo quinto *conuenire, eſt communicare cum Catholica Eccleſia. Cum Catholicis conuenire, eſt conuenire cum Romana Eccleſia.*

2. *Eccleſiam eſſe inuiſibilem, ex ſolis electis conſtitutam,* ambo hæc dogmata falſa ſunt & impia, & pugnantia ſacræ Scripturæ teſtimonijs. Impij ſunt tractatus Lutheri, Caluini, Bezæ, & ſimilium Apoſtatarum. Iſtis, millies reſponſum & ſatiſfactum. Iſtas voluiſti mihi inſinuare. Hos, mi homo, non attingo, tum, quòd non ſint iſtius loci, tum, quòd ſua ſe impietate ſtuprent ac damnent.

Po-

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Sicuti in Eccleſia Iudaica non ſemper externus ac natiuus Cathedræ ſacerdotalis ſplendor omnibus apparuit, ſed aliquoties ab idololatris extinctus, & à tyrannis obrutus, aliquando ſepultus iacuit, tametſi Deus eiuſdem ſpiritus præſentiam, per, ac propter eundem Meßiam ipſi pollicitus fuiſſet, ſic Eccleſia ſub nouo fœdere, quamuis Chriſtus eam numquam deſeruerit, nec vmquam deſeret, ſed eam continua promiſſi doctoris ac conſolatoris, nimirum Spiritus ſancti vnici ac Catholici ſui Vicarij præſentia foueat & conſeruet, non omnibus tamen, nec omni tempore conſpicuam puræ religionis notam in fronte prætulit, ſed frequentes ſuæ claritatis ortus ac defectus habuit & habebit.

ANASTASIVS CARMELITA.

162. §. 1. Impia & improba hęc eſt comparatio. Non enim par eſt Synagogæ & Eccleſiæ Euāgelicæ ratio. Falſum, quòd Deus promiſerit Eccleſiæ Iudaicæ tantam gratiæ ac Spiritus ſancti præſentiam & adſiſtentiā, quantam Eccleſiæ Euangelicæ promiſit. Quare, non ſi ſplendor externus ac natiuus Eccleſię ac Cathedrę Iudaicę aliquando ſepultus iacuerit, eamdem poteſt Eccleſia Euangelica mutationem pati ac ſuſtinere.

2. Eccleſiam Euangelicam Eclypſim paſſam falſum eſt, nec probant illa, quæ ex 24. 25. D. Matth. Luc. 8. 2 Theſſal. 2. Apocalypſ. 9. protuliſti. Eccleſiam de loco in locum migrare poſſe ſcimus. Ideo enim ei alę datę ſunt. Idcirco naui comparari ſolet. Scimus draconem ad tertiam vſque partem ſtellarum cælo traxiſſe, id eſt multos, eoſque opinione ſublimes, vt ab Eccleſia deficerent, ſeduxiſſe. Eccleſiam verò paſſam eſſe Apoc. 12. Prou. 31.

Digitized by Google

aut pati poſſe Ecclypſim, eo ſenſu præſertim, quem exprimis,impium commentum eſt, Caluini hæretico cerebro natum, profectum. Eccleſia Chriſti non nouit errorum caliginem, nō ſchiſmatum, ſcandalorum ac perſequutionum nubes, quaſi iſtis obnubilari, ſplendoremque ſuum amittere queat; quin potius ab iſtis impugnata ſplendidior, illuſtrior clarior aſſurgit. Columna veritatis eſt, quæ omni tempore conſpicuam puræ religionis notam in fronte præfert. Nullis, vt Luna, quam pedibus calcat, defectibus obnoxia, vel ſi errorum ac hæreſeon omnium venti mundo incubent

——— Totumque à ſedibus imis
Vna Eurusque notusq; ruant, creberque procellis
Africus, & vaſtos voluant ad littora fluctus.

Nec mentitus Chriſtus, qui dixerit, quod tamen tui grauiter oblitus adſtruis, *portæ inferi non* Matth. 16. *preualebunt aduerſus eam*. Quod ſi Chriſtus numquam eam deſerit, quomodo poteſt Ecclypſim pati? Non enim Ecclypſim pati poteſt, niſi abſentiâ Chriſti *iuſtitiæ ſolis*.

Eccleſia nequit ſine viſibili baptiſmo, ſine aſpectabili prædicatione verbi diuini, ſine Euchariſtiæ & ſacramentorum cæterorum adminiſtratione conſiſtere. Si igitur Ecclypſim paſſa, oportuit eam aliquando ſine viſibili baptiſmate, ſine verbi diuini viſibili prædicatione, ſine ſacramentorum adminiſtratione extitiſſe. Falſum au-
Pſal. 71. tem iſtud, ergo & illud. Vnde & de ea dictum: *Permanebit cum Sole & ante Lunam in generatione & ge-*
Dan. 7. *nerationem*. Regnum illud eſt, de quo Daniel. *Poteſtas eius, poteſtas æterna & regnum quod non corrumpetur*.

3. Spiritum ſanctum vicarium eſſe Chriſti, falſiſ-

Digitized by Google

falſiſſimum. Hoc dicere & ſcribere, rediuiua eſt Arij hæreſis, rediuiua impietas, & plaga Satanæ rediuiuâ.

4. Corinthiacam, Epheſinam, Philippenſem, Theſſalonicenſem Eccleſiâ Romanâ eſſe Antiquiores negamus, nec vmquam probauerit Polyander.

Polyander Calvinista.

Caterùm gaudeo, quòd in ſecundo ſyllogiſmo tuo, non vnum aliquem eximium Apoſtolum, nempe, Petrum, qui cateris in Eccleſia ædificatione praferatur, nec vnam ſedem inter reliquas prominentem nominas, ſed nobiſcum & cum Tertulliano (ſi nimirum illius verba ex animo & verè recitas) in numero multitudinis Apoſtolos tam Corinthi, Philippis, Epheſi, atque in alijs Gratia & Aſia Eccleſijs, quàm Roma Cathedras ſuas poſuiſſe, ac proinde miniſterium ſuum Apoſtolicum aquabili iure exercuiſſe agnoſcas. Verùm enimuero in hoc reprehendendus es, quòd verbis Tertulliani, quibus notas multarum Eccleſiarum particularium ac viſibilium ſuo tempore Apoſtolicarum, noſtro verò Apoſtaticarum, cenſet, ad vnius inuiſibilis ac Catholica Eccleſia deſcriptionem abuteris. Tertullianus enim non vnam illam Eccleſiam Electorum ſoli Deo cognitorum, quam tantummodò credere tenemur: ſed diuerſas Chriſtianorum externè vocatorum congregationes, quas olim percurrere, cernere & ab hareticorum ſynagogis diſcernere poterant; hoc ſignat caractere, quod in ijs Cathedra & litera Apoſtolorum vocem ſonantes, & vniuſcuiuſque faciem repraſentantes, conſpici poßint.

Anastasivs Carmelita.

163. 5. 1. *Gaudium hypocrita inſtar puncti*, inquit ſcriptura. Tale hoc tuum eſt.

2. Eccur toties res eaſdem refricas? Syllogiſmum ſecundum non confeci, ſed tu inſidioſè & ſcelerate.

Digitized by Google

Ioan. 21. Matt. 16. 3. Diuum Petrum non fuiſſe eximium Apoſtolum, quis vnquam pronuntiauit? fuerunt alij eximij, non autem D. Petrus? Quis negat cæteris in Eccleſię ædificatione fuiſſe prælatum, niſi hæreticus, & qui mentitum Chriſtum velit? Chriſtus enim illi. *Paſce oues meas, paſce Agnos meos.* Et, *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.*

4. Non vobiſcum, ſed cum Tertulliano ſeriò dico, Apoſtolos, tam Corinthi, Philippis, Epheſi, atque alijs Græciæ & Aſiæ Eccleſijs, quàm Romæ Cathedras poſuiſſe. Ac propterea, vt olim illæ Apoſtolicæ fuerunt, ita etiam nunc Romana Eccleſia, quæ ex omnibus ſola remanet.

5. Agnoſco ex priuilegio, ſed tamen ſub diuo Petro, velut totius Eccleſiæ ordinario ac vniuerſali Epiſcopo, æquabili iure miniſterium Apoſtolicum exercuiſſe.

6. Agnoſco cum Tertulliano Epiſcopalem ſedem Romanam Apoſtolicam eſſe, reliquis omnibus alijs particularibus præſidentem, præfectam. Eſt etenim eius naturæ, eius prælaturæ, cuius erat D. Petrus. At *negare non potes te ſcire*, inquit Optatus Mileuitanus Parmeniano Donatiſtæ, *Petro in vrbe Roma. primò Cathedram Epiſcopalem collatam fuiſſe, in qua ſedit omnium Apoſtolorum caput.* Non igitur abs re pronuntiat D. Iren. *Ad eam neceſſe eſt omnem Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vbique fideles conuenire propter potentiorem principalitatem; in qua ab ijs, qui ſunt vndique, Apoſtolica traditio conſeruata eſt.* Pronuntiat

Optatus lib. 2. contra Parmenian.

D. Iren. lib. 3.

nuntiat Tertullianus vnam *illam eſſe ab Apoſtolis primam, ex qua aliæ omnes*. Adeò vt, quod Tertullianus in hæreticos collegit de particularibus Eccleſijs, Corinthiacâ, Philipenſi, Epheſinâ, & alijs Græciæ & Aſiæ, idem de hac vniuerſali colligat, nempe eam eſſe Apoſtolicam. Tertull. de præſcript. cap. 20. 21.

7. Quare argumentum quod pagina 345. conſtruis, non meum ſed à te ſummâ, vt ſoles, fraude ad hanc ſcenam productum. In quo medium arripis, quod ego non vſurpaui, vt probarem Romanam Eccleſiam eſſe Catholicam. Neque Tertullianus eo medio vtitur vt probet Eccleſias Chorinthiacam, Philippenſem, Epheſinam, Theſſalonicenſem eſſe Catholicas, ſed vt oſtendat eſſe Apoſtolicas. Nam illas vult eſſe *Apoſtolicas, apud quas Cathedræ Apoſtolicæ permanſerunt, & literæ Apoſtolorum vocem ſonantes & vniuſcuiuſque faciem repræſentantes conſpiciuntur*. Quod ſi illæ ideo Apoſtolicæ fuerunt, non maiore ratione Eccleſia Romana, in qua D. Petri Cathedra permanet, literæ vocem eius ſonantes & faciem repræſentantes? Hanc concluſionem hoc Tertulliani medio collegi.

Catholicam autem probaui, ex eo quòd *ad illam omnes aliæ* ſuum cenſum, ſuam originem deferant; ex eo quòd *potentiorem principalitatem* in omnes habeat: ex eo denique, quòd Apoſtolus Rom. 1. ſic eius fidem nominet: ex eo tandem, quòd communi patrum Orthodoxorum relatione, vocabula *Romana*, *Catholica*, pro re eadem antiquitùs vſurpata fuiſſe, conſtet. Per Romanam enim Catholicam, & per

per Catholicam Eccleſiam Romanam intellexerunt.

8. Impietates autem tuas, quòd Eccleſia ſit inuiſibilis, ex ſolis electis Deo ſoli cognitis conflata, tibi relinquo, vt ſic, conſtet te non eſſe eius alterum membrum, & quia viſibilis es, & quia certo certius ſit, te non eſſe ex illis electis ſoli Deo cognitis. Secundùm præſentem iniuſtitiam loquor.

9. Et hoc dignum tuo cerebro, quòd illa media, quibus ſtatuimus Eccleſiam Catholicam eſſe Apoſtolicam iſtis impietatibus è medio tollas. Si enim Eccleſia Catholica ſit inuiſibilis, vbi eius ſedes Apoſtolica? Apoſtolica enim ea eſt, in qua Apoſtoli ſederunt, eorum literæ vocem eorumdem ſonantes, & vniuſcuiuſque faciem repræſentantes leguntur, conſpiciuntur. In inuiſibili Eccleſia iſta reperiri nequeunt.

POLYANDER CALVINISTA.

Veſtri anteceſſores Cathedras Apoſtolicas, Roma quondam ſanctis concionibus perſonantes, ab aliquot retro ſeculis, in ſolium pluſquam Regium verterunt, ac veſter Pontifex Neronis potiùs, quàm Petri, veſtriq́, Epiſcopi Senatorum potius Romanorum, quàm priſcorum presbyterorum faciem repræſentant, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

164. §. 1. Conuitia recocta, quibus velut firmiſſimis argumẽtis contendis Romanũ Pontificem non ſuccedere D. Petro, Epiſcopos noſtros non etiam Apoſtolis. Conuitia, quę bene eruditis nauſeam tantùm ingerunt, quia iam paulo ſuperiùs, nempe duobus capitibus præcedentibus attigimus tribus ſyllogiſmis concludam, vt videat Lector firmitatem rationum, quibus Miniſtri Caluiniani

uiniani legitimam ſucceſſionem noſtrorum velint exploſam

Quicumque in pluſquam regium ſolium Cathedras Apoſtolicas verterunt, Senatorum potiùs Romanorum, quàm priſcorum presbyterorum faciem repræſentant. Quicunque non concionantur, ornamentis ſuis ad oſtentationem & magnificentiam abutuntur turpiter, omnem curam paſtoralem in ſuffraganeos & pœnitentiarios transferunt, quicunque magis ſoliciti ſunt de multiplicandis ſuarum diœceſeon reditibus, quàm de Chriſtianorum ſalute, non ſunt legitimi ſucceſſores diui Petri nec Apoſtolorum. Tales ſunt Papa Romanus, eius Epiſcopi. Ergo non legitimè ſuccedunt diuo Petro nec Apoſtolis.

Nonne hæc tua mens Polyander? Nonne hic ſenſus tuorum Symmiſtarum? Quid nos ad tam neceſſarium argumentum? Quid? Negat maiorem propoſitionem Chriſtus Matthæi 23. Nam Phariſæos, Scribas legitimè Moyſi ſuccedere dicit: quamquam omni genere vitiorum abundarent: nec Moyſis & anteceſſorum ſuorum ſanctitatem imitarentur. Minorem autem conuitijs plenam, quæ nec Polyander probarit. Verùm ſupponamus ita eſſe, vt ſcribis, quid etiam inde? Ergo non legitimè ſuccedunt? Falſa eſt hæc conconcluſio & Chriſti ſententię contraria. Si enim in moribus, vitæ ſanctitate, probitate, cura & ſolicitudine erga ſuum gregem Apoſtolis non ſuccedunt; ſuccedunt auctoritate, poteſtate, iuſridictione, fide & doctrinâ, quæ ſatis ſunt ad legitimam ſucceſſionem. Addis pro altero argumẽto

Qui iure diuino, quemadmodum Apoſtoli non inſtituuntur, ſed humano & Eccleſiaſtico, non legiti-

legitimè Apoſtolis ſuccedunt. Papa Romanus, Epiſcopi noſtri iure diuino non inſtituuntur ſed humano & Eccleſiaſtico. Igitur Papa Romanus & Epiſcopi noſtri non legitimè ſuccedunt.

Art. 20. Tranſeat maior. Minor autem falſiſſima eſt. Sunt enim illi, de quibus D. Paulus. *Attendite vobis & vniuerſo gregi, ſuper quem vos poſuit Spiritus ſanctus regere Eccleſiam,* &c. Propterea concluſio falſa. Iniurgis tertio argumento.

Qui ab Apoſtolis non offeruntur Eccleſiæ, vt olim, nec communi plebis ſuffragio approbantur: qui non vni tantùm & particulari, ſed varijs prouincijs, ciuitatibus dominantur, non ſunt legitimi Apoſtolorum ſucceſſores. At talis eſt Papa Romanus, tales noſtri Epiſcopi. Ergo non diuo Petro, non Apoſtolis legitimè ſuccedunt.

Maiorem huius argumenti tui propoſitionem nego, Magiſter Ioannes; nam primò Apoſtoli ſemper debuiſſent, viuere vt ſic aſſumendi eis offerri poſſent. Secũdò, pro ratione temporum, locorum, multitudinis rerum ac negotiorum exterior politiæ & rerum adminiſtratio variatur ac mutatur, ſine detrimento ac iniuria ipſius ſubſtantię rei. Non diuerſitas modi tollit aut variat ſubſtantiam rei. Tertiò, & Apoſtoli varijs ciuitatibus & prouincijs prefuerunt, dominati ſunt. Quare falſa eſt maior tua, & reliquæ inde deductæ propoſitiones. Quòd ſi firmiora argumenta non habetis, cauſa veſtra facilè ruit. Sed & hæc iſta argumenta, ſi eſſent alicuius firmamenti, reciderent in caput tuum & tuorum Symmiſtarum. Paleas ergo iſtas vento atque igni adiudicamus.

Po-

POLYANDER CALVINISTA.

Epiſcopi olim cum Presbyteris ſub diuerſis nominibus eodem munere fungebantur, ſuaſque Eccleſias communi auxilio gubernabant.

ANASTASIVS CARMELITA.

165. §. 1. Itaque in te rediuiuum habemus Arium hæreticum, ob idem dogma ab Eccleſia condemnatum, vt teſtes ſunt D. Epiphanius & D. Auguſtinus. Quid enim iſtis ſibi vult. D. Paulus 1. ad Timotheum, qui & Epiſcopus erat? *Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus*. Nonne igitur Timotheus Epheſiorum Epiſcopus ſuorum presbyterorum iudex erat? Aut Iudicis partes non ſunt accuſationes recipere? Quòd ſi Iudex, nō ergo Epiſcopus maior & ſuperior Presbyteris olim tempore Apoſtolorum? Par enim, quod dicitur, in parem nullam poteſtatem, nullum imperium habet. Idem D. Paulus Tito ſcribens, quem conſtituerat Cretæ Epiſcopum, *Reliqui te* (inquit) *Cretæ, vt quæ deſunt corrigas & conſtituas Presbyteros, ſicut & ipſe diſpoſui tibi*, non manifeſtiſſimè declarat magnū eſſe inter Presbyterum & Epiſcopum diſcrimen? Canon. etiam Apoſtolorum. 1. & 2. ita pronuntiant, *Epiſcopus à duobus vel tribus Epiſcopis ordinetur, Presbyter verò & Diaconus & reliqui ab vno Epiſcopo.* Eorumdem Canon. 3. 6. 7. 8. 24. 28. 29. 30. 32. 33. 34. Epiſcopos in primo ordine, Preſbyteros in ſecundo reponunt. Diuus Ignatius nihil nobis reliquit, quod ab Apoſtolis non accepiſſet; at Epiſtola ſeptima, quæ eſt ad Thar-

D. Epiphanius hæreſi. 75.
D. Auguſtinus hæreſi 53.
Tit. 1.

Digitized by Google

Tharſenſes ſic ſcribit. *Presbyteri ſubiecti eoſite Epiſcopo; Diaconi Presbytero. Qui hoc ordinis decorum ſeruauerint, pro eorum animabus lubens animam meam commutauero, & Dominus ſit cum ipſis perpetuo.* Et Epiſtola 11. quæ eſt ad Smyrnenſes. *Laici Diaconis ſubijciantur, Diaconi Presbyteris, Presbyteri Epiſcopis, Epiſcopus Chriſto, & ipſe Patri* & Epiſt. 9. quæ eſt Philippenſes, *Boni ſunt ſacerdotes & ſermonis Miniſtri: melior autem eſt Pontifex, cui credita ſunt ſancta Sanctorũ, cui ſoli commiſſa ſunt ſecreta Dei.* Et vide mihi eodem tempore & ſeculo locorum diſtinctionem eis attributam, iuxta dignitatis eorum gradum. Anacletus enim, qui immediatè Clementi ſucceſſit Epiſtola 3. ita decernit, *Epiſcopi Apoſtolorum Domini, Presbyteri verò ſeptuaginta duorum diſcipulorum locum tenent. Epiſcopi non in caſtellis aut modicis ciuitatibus conſtitui debent, ſed Presbyteri per caſtella & modicas ciuitates & villas debent ab Epiſcopo poni, ſinguli tamen per ſingulos viculos ſuos. Epiſcopus non ab vno, & ſed à pluribus Epiſcopis ordinari debet: &, vt dictum eſt, non ad modicam ciuitatem ne vileſcat nomen Epiſcopi, ſed ad honorabilem vrbem titulandus & denominandus eſt. Presbyter autem ad quemcumque locum vel Eccleſiam eò conſtitutam, eſt præficiendus, atque in ea diebus vitæ ſuæ duraturus. Ampliùs quàm iſti duo ordines ſacerdotum, nec nobis à Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt.*

2. Et quidem conſtat olim Epiſcopos dictos fuiſſe Presbyteros, & Presbyteros nominatos etiam Epiſcopos. Quin & ipſi Apoſtoli dicti ſunt Epiſcopi & Presbyteri, vt patet Act. 1. vbi Apoſtolatum D. Petrus vocat Epiſcopatum, & 1. Pet. 5. vbi D. idem Petrus ſe Presbyterũ nominat, & 1. Ioan. 3. vbi eodem ſe nomine appellat D. Ioannes. Et 1. ad Timotheum cap. 4. vbi Epiſcopatus.

patus, Presbyterium ab Apoſtolo dicitur. Verumtamen, *non omnis presbyter Epiſcopus, etſi omnis Epiſcopus presbyter ſit*, vt D. Ambroſius habet. Siquidem, inquit D. Hieronymus, *in Epiſcopo presbyter continetur*. Falſa ergo eſt tua hæc propoſitio, hæretica & AEriana. D. Ambroſ. in prior. ad Timoth. D. Hier. in 1. cap. ad Titū.

POLYANDER CALVINISTA.

Quid olim erat Petrus hoc etiam (vt verbis vtar Cypriani) erant Apoſtoli pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis. Et quamuis poſtea (vt refert Hieronymus) in toto orbe decretum fuerit vt vnus de Presbyteris electis, cæteris anteponeretur, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, vt ſchiſmata tollerentur, ipſis tamen ſynodorum decretis aliquoties interdictum fuit, ne quis Princeps ſacerdotum vel ſummus ſacerdos, ac nominatim ne Epiſcopus Romanus, Pontifex vniuerſalis nuncuparetur. Nec ſine graui diſsidio & magna eorum perturbatione, qui totum orbem Chriſtianum in quatuor Patriarchatus diuiſerant, Epiſcopus Conſtantinopolytanus à Concilio Conſtantinopolytano & Chalcedonenſi impetrauit, vt duobus alijs Patriarchis Antiocheno & Alexandrino in gradu dignitatis præferretur, ac cum Romano in æqualitatis ſocietatem reciperetur: Hinc enim tantam inter eos æmulationem extitiſſe legimus, vt Conſtātinopolytanus in Antiocheni iuriſdictionem irrueret, & cum Romano de primatu & titulo Oecumenici Patriarchæ contenderit. Cypri. de vnitate Eccleſiæ.

ANASTASIVS CARMELITA.

166. §. 1. Admitto verba eſſe D. Cypriani, quæ hîc producis, ſed non integra. Nam ſi feciſſes mentem eius, non ſiluiſſes, ſiluiſti ne diſcederes ab ingenio hominis hæretici. Et ibidem mecum vos corripientem iſtis audi, *Corruptores Euangelij atq; interpretes falſi extrema ponunt & ſuperiora prætereunt, partis memores, & partem ſubdolè corrumpentes. Vt* D. Cyprianus de vnitat. Eccleſiæ.

Digitized by Google

ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindunt. Diſpiciamus num ſis ex eorum numero, ſic enim loquitur. *Quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem ſuam parem poteſtatem tribuat & dicat,* Sicut miſit me viuens pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt, ***tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam Cathedram, conſtituit & vnitatis eius originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit.*** *Hoc erant vtique Apoſtoli, quod fuit* ***Petrus,*** *pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis, ſed* ***exordium ab vnitate*** *proficiſcitur. Primatus* ***Petro datur, vt vna*** *Chriſti Eccleſia, & cathedra vna demonſtretur.* Antecedentia & ſubſequentia, quæ eius ſenſum aperiunt, & quibus Petro primatum datum fuiſſe in Apoſtolos docet, omiſiſti. Quâ quæſo fraude, quâ intentione? Audi poſt pauca ruſus ſcribentem. ***Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.*** Non vides iſtius Epiſcopatus, nimirum Petri in reliquos vniuerſalitatem? Reliquos ſingulos partes huius eſſe? Inde eſt, quòd ibidem eundem diuum Petrum vocet ***caput***, ***fontem & radicem*** aliorum. Conſpirat & diuus Hieronymus, *ſupra Petrum fundata eſt Eccleſia. Et licet idipſum in alio loco ſuper Apoſtolos fiat, vt cuncti claues regni calorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur: tamẽ inter duodecim propterea vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſciſmatis tollatur occaſio.* Et alibi. *Quid Platoni & D. Petro? vt ille princeps Philoſophorum, ita hic Apoſtolorum fuit, ſuper quem Eccleſia ſtabili mole fũdata eſt.* D. Baſilius ante eum. *Ille beatus, qui cæteris prælatus fuit diſcipulis, cui claues regni cæleſtis commiſſæ ſunt.* D. Hilarius, *O in nuncupatione noui nominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaque illius ædificatione petra,*

D. Hier. lib. 1. in Iouinia. Lib. cõt. Pelag.

D. Baſil. ſerm de iudicia. D. Hilarius in 16 Matth.

quæ inferiores diſſolueret. D. Gregorius Nazianz. *Vides quemadmodum ex Chriſti diſcipulis, magnis vtique omnibus & excelſis, atque electione dignis hic petra vocetur, atque Eccleſiæ fundamenta fidei ſuæ credita habeat, ac reliqui diſcipuli poſt haberi ſe tranquillo animo ferāt.* Diuus Chryſoſtomus, *Chriſtus Petrum Eccleſiæ futuræ paſtorem conſtituit.* Et paullò pòſt. *Deus concedere ſolus poteſt, vt futura Eccleſia tot, tantiſque fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat, cuius Caput & paſtor homo piſcator & ignobilis.* Diuus Auguſtinus, *Totius corporis morbum in ipſo capite curat Eccleſia, & in ipſo vertice componit membrorum omnium ſanitatem.* Ex quibus conſtat paritatem conſortij honoris & poteſtatis datam quidem fuiſſe alijs Apoſtolis cum diuo Petro; ſed ab ipſo deriuandam, velut capite, fonte, radice, principe, vnitate. 2. Paritatem in poteſtate remittendorum peccatorum per ſacramenta baptiſmi & pænitentiæ conceſſam fuiſſe, ſed diuo Petro quomodocunque & vniuerſaliſſimè. Ita diuus Chryſoſtomus & diuus Cyrillus in 20. Ioan. D. Hieronymus ad Hedibiam quæſt 9. Diuus Anſelmus in 16. Matth. Neque hoc negat tuus Caluinus l. 4. inſtit. cap. 6. ſect. 8. quamquam neget diuum Petrum hanc poteſtatem potuiſſe in ſucceſſores transfundere.

Greg. Nazianz. orat. de moderat. ſeruanda in diſput.
D. Chryſoſ. hom. 55. in Matth.
D. Aug. ſer. 142.

2. Præfectus ergo alijs fuit diuus Petrus à Chriſto, atque is ordo ſeruatus ab Apoſtolis in particularibus Eccleſiis. Quod abūdè docēt verba D. Hieronymi, quæ ſciſſa protuliſti. Ita enim habet, *Antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent & diceretur in populis. Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, cōmuni presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur: poſtquā verò vnuſquiſq; eos, qui baptizabātur ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, vt vnus de Preſbyteris electus*

D. Hier. in 1. c. ad Titum.

electus ſuperponeretur ceteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura pertineret & ſciſmatum ſemina tollerentur. At hæc ſtudia in religione conſtat fuiſſe tempore Apoſtolorum, extitiſſeque qui dicerent, *Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ.* Igitur à tempore Apoſtolorum hoc decretum extitit. Nec longè eſt ab hac ſententia idem D. Hieronymus Epiſtola 85. ad Euagrium, *A Marco Euangeliſta vſque ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos, presbyteri ſemper vnum ex ſe electum, in excelſiore gradu collocatum Epiſcopum nominant, quomodo ſi exercitus imperatorem faciat.* Porrò.

2. *Decreta ſynodorum prohibuiſſe ne Pontifex Romanus vniuerſalis pontifex diceretur* falſum eſt, nec hoc demonſtrabit aliquando Polyander.

3. Quanta ambitione laborauerit Epiſcopus Conſtantinopolitanus nouimus. Iſta nos non mouent. *Facta quoq; eſt diſſentio inter diſcipulos domini,* Luc. 22. *quis eorum videretur eſſe maior.* Hanc Conſtantinopolitani Epiſcopi contentionem non parùm turbaſſe Eccleſiam ſcimus.

4. *Conſilium Conſtantinopolitanum & Chalcedonenſe ſtatuiſſe, vt Epiſcopus Conſtantinopolitanus cum Epiſcopo Romano in æqualitatis ſocietatem reciperetur*, falſum eſt.

5. *Conſtantinopolitanum Epiſcopum contendiſſe de primatu*, quis negat? Iure & meritò, quis dixerit? Prętenſiones eiuſmodi iniuſtæ, reddunt Pontificem Romanum minorem, eum priuant primatu vniuerſali in omnes? Propterea (quod concludendum eſt) non legitimè D. Petro ſuccedit? feliciter ſcilicet.

POLYANDER CALVINISTA.

Vtriuſque ambitionem Gregorius primus hâc ſententiâ condemnauit, Titulus Epiſcopi vniuerſalis eſt nomen

men nouum, ſceleſtum, nomen erroris & blaſphemiæ, qui ſe vniuerſalem ſacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit. In ſceleſto illo vocabulo conſentire, nihil aliud eſt, quàm fidem perdere & nomen vanum, ac noxium venenum, certiſſimã atque vniuerſalem Eccleſiæ peſtem: contra canones, cõtra Petrum Apoſtolum, contra ſenſum ſententiamque Euangelij, contra omnes Eccleſias, contra Deum ipſum arripere. Nullus enim (inquit Gregorius) vir pius ac bonus huiuſmodi titulis vſus eſt. Qui ijs vtitur, is eſt Luciferi imitator & Antichriſti precurſor ac prænuncius. *Nondum vndecim (vt fatetur Bellarminus) annorum centuriæ effluxerant, cùm Gregorius primus nomen ſacerdotis vniuerſalis nouum ac ſceleſtum pronunciauit. Cuius Epiſcopi teſtimonium adducere volui, vt quandoquidem tibi ſum ſuſpectus, ipſi ſaltem credas, nec in poſterum veſtrum Pontificem Petri ſed Bonifacij tertij maximi (iudice Gregorio) Antichriſti ſucceſſorem eſſe credas, & cum Claudio Eſpencæo ſumma ſedis ipſius iura & priuilegia, ſummas iniurias ſummóſque abſus in poſterum appelles.*

Gregor. l.4.c. 32. 34.38.& 39.

Claud. Eſpenc. in epiſt. ad Tit.

ANASTASIVS CARMELITA.

167. §. 1. Nego vtriuſque ambitionem condemnare. Nam D. Gregorius vbi ex c. 16. Math. Luc. 22. Ioan. 21. probauit D. Petro & eius ſucceſſoribus totius ac vniuerſalis Eccleſiæ curam & principatum collatum à Chriſto fuiſſe; laudat Romanũ Pontificem, quòd ſe non vniuerſalem nominaret, aut inſcriberet. Appellat autem *nomẽ nouum*, tum ex parte Romani Pontificis, tum Cõſtantinopolitani. Nouum ex parte illius, cum necdum ſe ſic nominaſſet, hunc titulum nondũ ſibi aſſumpſiſſet. Nouũ ex parte huius, quia contra

tra omne ius, illum ſibi arrogaret. Neque ſolùm *nouum, ſed ſceleſtum, erroris & blaſphemiæ*, contra ſtatuta Euangelica, contra canonum decreta vſurpatum. Quid enim ſceleſtius eſſe poterat, quid plenius erroris & blaſphemiæ, quàm ſibi iniuſtè arrogare, id quod in totius Eccleſiæ exitium & perniciem vergeret, in præiudicium & damnum eius ordinis, quem Deus in Chriſto inſtituit? Et quandoquidem ſit de fide, Pontificem Romanũ diuo Petro legitimè ſuccedere in cura & Principatu totius Eccleſiæ: Conſtantinopolitanum Epiſcopũ *in eo conſentire nolle, non erat fidẽ* velle *perdere?* Rurſus cum Euangelica ſtatuta diuo Petro & eius ſucceſſoribus non Epiſcopo Conſtantinopolitano præfecturam vniuerſæ Eccleſiæ committant: ſed & Concilium Calcedonenſe, tria Africana, Epiſcopi Concilij Mauritaniæ, hunc titulum Romano Pontifici, non etiam Conſtantinopolitano tribuant: Epiſcopum hunc Conſtantinopolitanum ſibi iſtum titulum vſurpare, non erat *contra ſtatuta Euangelica, contra Canonum decreta?*

Verùm, non pius, non bonus, ſed Luciferi imitator, Antichriſti præcurſor & prænuncius à diuo Gregorio habetur, *qui his titulis vtitur*, fateor, ſed cum diſtinctione. Nam ciuiliter eius mens interpretanda & intelligenda eſt. Nempe, qui ijs vtitur ex elatione, faſtu & mentis ambitione. 2. qui iniuſtè & contra Chriſti ordinationem, inſtitutionem, contra Euangelica ſtatuta & Canonum decreta, quomodo faciebat Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Nam ſi aliter eius mentem interpretari velimus, ſtatuemus Chriſtum *non pium, non bonum, ſed [illegible]ſius Luciferi imitatorem, Antichriſti præcurſorem & prænuncium*. Chriſtus enim, an non ſummus Pon-

Digitized by Google

Pontifex? an non *vniuerſorum dominus? Data* (inquit) Iudith.6.
eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Si iſtis titulis Matth.28
vtatur, non erit impius, improbus Luciferi imitator, Antichriſti præcurſor, niſi pręfixam diſtinctionem tibi obieceris? Olim illi aduerſus Chriſtum coram Pilato, *omnis, qui ſe regem facit contradicit Cæſari.* Ioan. 19. Non falſa fuerit hæc eorum ſententia, niſi cum diſtinctione intelligatur? Chriſtus coram Pilato non ſe regem dixit? Propterea ne cõtradicebat Cæſari? Et reges illi multi, qui tunc in mundo erant, ſeque Reges faciebant, contradicebant Cæſari? In iis & ſimilibus, ſi nulla diſtinctio ſubintelligenda, quod futurum eſt diſcrimen inter prædonem, iniuſtum inuaſorem, & legitimum Principem, Regem, Imperatorem, dominum? Titulum vniuerſalis, quem Romanus Pontifex ſibi iuſtè aſſumere poterat, ſumma arrogantia, incredibili ambitione ſibi tribui volebat Conſtantinopolitanus; quá quæſo improbritate & impietate? Plus trecétis annis ſteterat ſine vlla patriarchatus dignitate. Hanc in præiudicium Antiocheni & Alexandrini obtinuerat & impetrarat. Huius ambitioni necdum ſatisfactum eſſe poterat. Quid igitur? Ambijt cum Romano paritatem præfecturæ, quæ ei concedi non poterat. Ioannes, qui primus hac ambitione ductus fuit & vniuerſalis vocari ſtuduit, ægrè ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanum fuerat electus: tanto tamen honore non contentus, non ſolùm totius Eccleſiæ præfecturam ſibi arrogare prætendebat: ſed etiam Epiſcopos omnes, non Epiſcopos, ſed tantum ſuos vicarios dici & haberi volebat. Non verè *Luciferi imitator, Antichriſti præcurſor?* Quis porrò

Digitized by Google

Romanorum Pontificum Epiſcopos tãtùm ſuos Vicarios dixit? Vera ergo ſententia D. Gregorii primi relata ad eos, qui hunc Titulum, vel ambitione & elatione, vel iniuſtè ſibi tribuunt non autem ad eos, qui iuſtè ſibi illum vendicare poſſunt.

2. Ea tamen de cauſa Bonifacium Antichriſtum fuiſſe calumniamini. At erratis grauiter. Primò enim D. Gregorius non dicit fore Antichriſtum, qui ſibi hunc titulum arriperet, tantùm præcurſorem Antichriſti. Quare ſuppoſito, quòd Pontifex Romanus eum ſibi tribueret iniuſtè; non tamen Antichriſtus foret, tantùm eius præcurſor. Secundò falſum eſt Bonifacium tertium ſe hoc titulo nominaſſe. Poſtulauit quidem à Phoca, vt Cyriacum, qui in Ioannis inſania perſeuerabat, coerceret. Impetrauit. Tantùm abeſt vt hunc titulum, quem iure ac iuſtè ſibi poterat tribuere, aſſumpſerit, vt ſeruum ſe ſeruorum in ſcripſerit. Tertiò, quæ ratio ſubeſſe poteſt, vt eo nomine Bonifacium Antichriſtum & Antichriſti ſucceſſorem calumniemini, non autem alios multos qui eum anteceſſerunt, & quibus ſucceſſit? Nam Tertullianus Victorem Romanum Põtificem, *Epiſcopum Epiſcoporum, Pontificem Maximum* vocat. Epiſcopi Mauritaniæ Damaſum, *Patrem patrum, ſummum omnium Epiſcoporum Pontificem.* Concilium Calcedonenſe Act. 1. 2. 3. Leonem, *caput omnium Eccleſiarum, Papam vniuerſalis Eccleſiæ*, & exaggerans Dioſcori ab eo defectionem ſic pronuntiat, *Rabiem ſuam, in ſanctitatem veſtram, cui dominus vineæ ſuæ cuſtodiam tradidit, extendit.* Valentinianus epiſtola ad Theodoſium, quæ huic Concilio pręfigitur, eumden Leonem, *Beatiſſimum cui antiquitas*

Tertul l. de pudicitia c. 1. Epiſt. 3. Concil. African.

contin-

contulit principatum Epiſcopatus in omnes alios, vocat nempe anno 454. Iuſtinianus Epiſtola 2. aut ſi ſuſpecta eſt vobis (quemadmodum Hottomanno in amicabili reſponſ.) nouella 9. ita loquitur Ioāni Pontifici Romano, huius nominis ſecundo. *Quemadmodum Roma prima ſibi originem legum anſcribit, ſic nemo dubitare debet ſibi iuſtè vendicare poſſe ſummi Pontificatus culmen & verticem.* Patriarcha Alexandrinus D. Gregorium primum, *Epiſcopum vniuerſalem* appellat, vt videre eſt apud eundem diuum Gregorium Epiſtola 30. ad Eulogium lib. 7. Indict. 1. Tandem Chriſtus ipſe D. Petrum ouium ſuarum & agnorum paſtorem. Proculdubio nulla cogitari poteſt cauſa, cur potiùs Bonifaciū tertium Antichriſtum mentiamini, quàm præfatos. Fortè illud ipſum eſt, cur eum Antichriſti maximi ſucceſſorem ſcribas. Nam prænominatis ſucceſſit. Oportet igitur illos fuiſſe Antichriſtos. Eò, mi homo, dementiæ prorumpis. Aut iam ante eum maximus Antichriſtus homo peccati, filius perditionis venerat, vt ei ſuccedere poſſet? Nonne ſunt hæc tua mendacia? Iſtis adiunge aliud, quo Bellarmini & Claudij Eſpencæi menti & ſenſui imponis, adeò frequens hoc tibi vitium.

POLYANDER CALVINISTA.

Si tuos Ieſuitas ſuper hac re audire mauis arrige aures, Cocheleti, *& quid de patris tui hæreditate iudicet Bellarminus diligenter attende.* Quod Epiſcopus (*inquit*) Romanus, quia Epiſcopus Romanus eſt, ſic Petri ſucceſſor, non habuit ortum ex prima Chriſti inſtitutione. *Non ergo* (mecum conclude) *hæc genuina eſt ſucceſsio, ſed adultera.* Bellarm. lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 12.

ANA-

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

168. §. Inſignis eſt tua & malitia & ignorantia. Siquidem Bellarminus primò ſtatuit ſex rationes cur diuo Petro præfectura Eccleſiæ demandata fuerit, ac in eo ſic conſtituta, vt perpetua ſucceſſione in alterum deuolueretur. Prima autem eſt, quia non in diui Petri, ſed Eccleſiæ vtilitatem, quæ non minus nunc ei neceſſaria eſt quã olim. Secũda, quia vnius corporis vnũ caput eſſe debeat. Eccleſia autẽ eſt corp⁹ vnũ; ergo quę vnũ caput agnoſcere debeat. Tertia, quia Chriſtus dixit, *Paſce oues meas, paſce agnos meos*; tãdiu autẽ paſtorẽ manere ac durare oporteat, quamdiu ouile. Quarta, quia Ioã. 21. c. Chriſtus nõ ſolùm loci, ſed etiam temporis rationem habuerit, nec minùs nobis, quàm antiquis prouiderit ac proſpexerit. D. Petrus non ſemper in mundo hoc & in hac carne erat manſurus. Vnde D. Chryſoſtomus, *Quanam de cauſa ille ſanguinem fudit? Certè vt pecudes eas acquireret, curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat.* Et D. Leo, *Manet diſpoſitio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perſeuerans, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula nõ reliquit. Perſeuerat videlicet Petrus, & viuit in ſucceſſoribus ſuis.* Quinta, quia, vt dictum eſt, Eccleſia ſit vnũ corpus. Sexta, quia ſi in antiqua lege, quę fuit figura nouæ legis, perpetua fuit ſucceſſio Pontificis ſummi, quanto magis in noua? Iſtis ita conſtitutis rationem reddit. Cur Pontifex Romanus diuo Petro potiùs in ea præfectura totius Eccleſiæ ſuccedat quàm Antiochenus, quum aliquanto temporis diuus Petrus Antiochiæ ſederit. Ratio autem duplex eſt: vna, quia naturali morte Romæ, non autem Antiochiæ ſit mortuus & Antiochiã ceſſerit: Altera,

Ioan. 21.

D. Chryſ. l. 2. de ſacerdot.

D. Leo ſerm. 2. de Anniuerſar.

tera, quia morte legitima, id eſt diſpoſitione & renunciatione ſic diſpoſuerit ac voluerit. Nam adhuc viuens Antiochiam reliquit; Romam autem venit, ibidem ſedem fixit, ibidem mortuus eſt, ibidem renunciauit, & de ſucceſſore diſpoſuit. Iſtis rationibus ſubiungit, *ſucceſsio Romani Pontificis in pontificatum eſt ex inſtitutione Chriſti: quia Chriſtus in Petro pontificatum duraturum inſtituit, adeò vt qui diuo Petro in ea præfectura ſuccedit, ex Chriſti inſtitutione ſuccedat.* Vult igitur Bellarminus Romanum Pontificem ex Chriſti inſtitutione diuo Petro ſuccedere. Ergo, Polyander (conclude mecum) *Hæc genuina eſt ſucceſsio, non adultera,* vt antea ex non bene intellecto Bellarmino, criminabaris. Sed ſi quęras cur Romanus Pontifex potiùs diuo Petro ſuccedat, quàm aliquis alius, reſpondet, *Ex diui Petri facto hoc initium habuiſſe, non ex prima Chriſti inſtitutione.* Poterat enim diuus Petrus particularem aliquem alium ſibi eligere ſicut fecit quinque primis annis. Si elegiſſet, non Epiſcopus Romanus, ſed eius loci, quem ſibi elegiſſet, ei ſuccedens Epiſcopus. Romæ autem ſedem fixit, Romæ mortuus eſt, Romæ alteri ſuam præfecturã reliquit. Eſt ergo ſenſus & mens Bellarmini, Romanum Pontificem quidem ex Chriſti inſtitutione diuo Petro ſuccedere: Verùm cur Romanus Pontifex ei ſuccedat potius quàm alius aliquis, id pendere ex facto diui Petri, & proinde ex Chriſti etiam inſtitutione, ſed non prima. Nempe quia ratũ ac gratũ habiturus erat, quicquid in hoc negotio D. Petrus facturus erat. *Et ſi quis quærat an ſummus Pótifex Romanus iure diuino ſit paſtor & caput totius Eccleſiæ, omnino eſt aſſerẽdũ, quia ad hoc nihil aliud requiritur; quã quòd ſucceſsio ſit de iure diuino.* inquit

inquit Bellarminus; quem ſi fideliter expendiſſes, non adulterinam, ſed genuinam ſucceſſionem hanc ſummi Pontificis Romani, dixiſſes.

POLYANDER CALVINISTA.

Quamquam, *ait Bellarminus*, Romanam Eccleſiam non poſſe deficere eſt pia & probatiſſima ſententia, non tamen eſt adeò certa, vt contraria poſſit dici hæretica, vel manifeſtè erronea, vt rectè docet Ioannes Driedo lib. 4. c. 3. part. 3. de Eccleſiaſticis dogmat. & Scripturis. Quòd non ſit omnino de fide à Romanâ Eccleſiâ non poſſe ſeparari Apoſtolicam ſedem, patet, quia neque ſcriptura, neque traditio habet, ſedem Apoſtolicam ita fixam eſſe Romæ, vt inde transferri non poſſit. Et omnia teſtimonia Pōtificum & Patrum poſſent exponi de Romana Eccleſia donec in ea Apoſtolica ſedes permanet, non autem abſolute & ſimpliciter. *Aſſume* donec (*aſſerente Bellarmino de ſimilibus locutionibus*) nō videtur rectè poſſe dici, niſi aliquādo ſit futurus finis ſedis Apoſtolicæ & defectio à fide in Eccleſia Romanâ.

ANASTASIVS CARMELITA.

169. §. 1. Horum nihil habet Bellarminus lib. 2. de Pontifice Romano cap. 12. non & lib. 1. de purgatorio cap. 7. Verumtamen Eccleſia Romana & Particularis Eccleſiæ, prout eſt Romæ, & vniuerſalis, prout Chriſti corpus eſt, habens in omnes alias particulares imperium vniuerſale, rationem ſubit. Priore modo poteſt à fide deficere, nec ita certum eſt ab ea non defecturam, vt non contingere ac euenire, queat. Poſteriore modo à fide non poteſt deficere. Poſteriore modo poteſt tranſire de loco in locum, & vrbe Româ migrare, nec eſt omnino de fide à Ro-

Digitized by Google

Romanâ Eccleſiâ, inquantum particularis Eccleſiæ rationem ſubit, nõ poſſe Apoſtolicam ſedem ſeparari, non enim ſic adfixa eſt Romæ Apoſtolica ſedes, quin aliò transferri queat. Certè, quod non ſemel ſcripſi, *Eccleſia facta eſt nauis inſtitoris*. Prouerb. 31. Vnde quæ de loco in locum trãſire poſſit. *Datæ ſunt ei alæ*. Apocalypſ. 12. Ergo quibus auolare. Nihilominus quocumque ierit, migrauerit, ſemper Romana erit Eccleſia & Pontifex Romanus ſedem ibi ſuam figet, nec aliuſà Romano Epiſcopo. Quocumque enim loco fuerit Romanus Pontifex, ibi ſedes Apoſtolica erit. Sic ſedit aliquanto tempore Auenioni in Prouincia prouinciæ. Sic alibi aliquoties hæſit. Nec alia Ioannis Driedonis ab hoc ſenſu ſententia. Neque mihi vnquam mens alia fuit, non alia fides. Neque in toto ſuperiore meo libro ſcripſi Cathedram Apoſtolicam ſemper Romæ manſuram. Et licet feciſſem, non contra fidem feciſſem.

POLYANDER CALVINISTA.

Deinde mecum aſſume, Atqui ſedes Apoſtolica iam pridem ab Eccleſia Romana fuit ſeparata; Iampridem defecit à fide Catholica.

ANASTASIVS CARMELITA.

170. 1. Veriùs mecum aſſume, atqui falſum eſt antecedens, ergo & conſequens. Atque adeò falſum antecedens, vt nulla in toto orbe Chriſtiano ſedes Apoſtolica, dari queat, ſi ab Eccleſia Romana iampridem ſit ſeparata.

2. Quæ de Pio primo Pontifice Romano, quaſi in fide errarit, nugaces, ſunt fabulæ. Quæ de Liberio,

berio, Honorio, Anaſtaſio, Gregorio meræ ſunt Calumniæ. Eas ſi apud Bellarminum legiſti, cur apud eundem, earum refutationes non etiam amplexus es? Nempe magis tibi placent Calumniȩ, quàm rei veritas. Cæterùm, quia ab eodem Bellarmino & aliis compluribus iſtis calumnijs obuiam itum, neque minus proteruè ac obſtinatè maledicere & conuitiari pergeres, earum refutationi non inhærebo. Tantùm, non per confeſſionem, ſed per conceſſionem, poſito quòd in fide errarint, Reſpondeo Pontificem Romanum particularis & vniuerſalis perſonam gerere. Priore modo poſſe errare; poſteriore non item, ob ſpecialem, aſſiſtentiam, ſibiquè promiſſam Spiritus Sancti gratiam, quæ impedit, ſalua etiam libertate liberi arbitrii, ne errare poſſit. Vnde ei, vt &

Luc.22. diuo Petro Chriſtus, *Rogaui vt non deficiat fides tua, & tu conuerſus confirma fratres tuos.* Ne quis autem exiſtimet hanc noſtram diſtinctionem nouam eſſe; audiat diuum Auguſtinum. Nam attingens

Matth.23. iſta Chriſti, *ſuper Cathedram Moyſi ſederunt. Scribæ & Phariſæi, quæ dicunt facite, quæ verò faciunt nolite facere* ſic ſcribit. *Sua enim quærere ſtudent, ſed ſua dicere non audent de loco illo ſuperiore ſedis Eccleſiaſticæ, quem ſana doctrina conſtituit. Propterea ipſe dominus priusquam de talibus quod commemoraui diceret, præmiſit, ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Illa ergo Cathedra, non eorum, ſed Moyſi, cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes. Agebant ergo ſua, in vita ſua, docere autem ſua Cathedra illos non permittebat aliena.* Et alibi: *numquid non aſcendunt aliquando Presbyter aut Epiſcopus? Et non dicit aliud de ſuperiore loco niſi, ne rapiantur res alienæ: ne fraudes fiant, ne ſcelera admittantur. Non poſſunt dicere aliud, quia Cathedram Moyſi obtinent, & ipſa loquitur de illis,*

D. Aug. tom. 3. l. 4. de doctrin. Chriſt. c. 27. Et ſerm. 49. de verbis Domini, in Ioan.

Digitized by Google

illis, non ipſi. Hinc videas nullum ex Pontificibus Romanis extitiſſe, qui legem tulerit, qui doctrinam profeſſus ſit contrariam fidei ac doctrinæ Chriſtianæ. Tanta eſt auctoritas Cathedræ. Adeſt enim diuina gratia & miſericordia, quæ non ſinit eos dicere contra fidem ac veritatem. Circumſepſit enim eos veritate ſua; omnes eorum ſententias ab omni mendacio & errore liberauit. In ſucceſsione autem non hominis, ſed officii, ſed dignitatis, ſed denique fidei ac doctrinæ ratio habetur.

POLYANDER CALVINISTA.

Taceo Epiſcoporum multitudinem hæreticis fauentium, ob quorum præſentiam, Seleucienſe, Tirenſe, Ariminenſe, Mediolanenſe, Syrmiēſe, atque alia Concilia infauſtum exitum habuiſſe veſter Bellarminus aſſeuerat. Taceo Conciliorum errores priorum decretorum per poſteriora emendationem, & crebras Pontificum interruptiones.

ANASTASIVS CARMELITA.

171. §. 1. Fuerint multi Epiſcopi hæreticis fauētes, nunquid iam à ſuo tempore tales cogniti? Qui verò fuerunt illi Patres, qui eos tales deprehenderunt? nonne Patres Orthodoxi, & Catholicæ Eccleſiæ Præfecti? Quid ergo iſtud contra firmitatem ac ſtabilitatem fidei? *Si qui eorum à fide defecerunt, propterea euacuata fides Apoſtolorum?* Rom. 3.

2. Quid quòd fidei ac veritatis firmitatem ac conſtantiam nulli alteri ſedi promiſſam profitemur quàm diui Petri? Nā pro hæreticis habemus eos, qui eı⁹ ſedē errare poſſe autumāt. Hoc ſiquidē illi Chriſtus ſpopōdit. Quare qui id præſumūt, iniuriā Chriſto faciūt, & eū mētiri poſſe putant.

3. Cōcilia iſta, quæ hîc enumeras, nōne Catholica Eccleſia deſpuit? Quorſū ergo hæc in mediū produ-

Digitized by Google

producis facta extra cõſenſũ Eccleſię Catholicę?

4. Concilia Prouincialia errare poſſe non diffitemur. Oecumenica autem legitimè inchoata & clauſa, nemo dixerit, aſſeruerit, niſi impius & hæreticus. Iſtorum *decreta priora à poſterioribus emendata fuiſſe*, falſum quoque eſt. Emendatio præſupponit defectus. Defectus reperiri non poſſunt in Concilijs generalibus legitimè congregatis & clauſis. Si in poſterioribus quædam ſint, quæ prioribus derogare videntur; non emendatio iſtorum eſt, ſed interpretatio & explicatio. Alioqui oporteret arguere diuinam prouidentiam, quæ temporum vices ac viciſsitudines imperat, & pro ratione temporum mutat ac variat rerum præſentium vtilitatem ac commoditatem. Quare D. Auguſtinus, *non omne quod mutatur, antea malè factum aut inſtitutum fuit. Nam mutata temporis cauſa, quod rectè ante factum eſt, mutari vera ratio flagitat, contrà veritas clamat non rectè fieri, ſi non mutetur.*

D. Aug. tom. 2. Epiſtola 5. ad Voluſianum

POLYANDER CALVINISTA.

Vnicum tantummodò Tertulliani argumentum ſuperioribus Adijciam, quod in loco à te citato his verbis exprimit: Vnde extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit aut recepit? Illic igitur ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, ubi diuerſitas inuenitur doctrinæ. *Adhibeo igitur cum* Tertulliano ipſarum (*vt verba ipſius retineam*) doctrinarũ recognitionem, quæ ab Apoſtolis fuerunt demonſtratæ & deieratæ. Paulus (inquit) Timotheum inſtruens, nuptiarum quoq; interdictores ſugillat. Ita inſtituunt Marcion & Apelles eius ſecutor *Et papa Calixtus*, &c.

ANA-

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

172. §. 1. Hoc Tertulliani teſtimonio potuit aliquid adduci in ſectæ Caluinianæ, quæ veſtra eſt, condemnationem euidētius? Quanta enim apud vos doctrinæ ac fidei diuerſitas? An non ibi tot ſenſus quot capita? An non cuique permittitur quamcumque doctrinę, etiam aduerſus Apoſtolos diuerſitatem eligere, modò in religionis ſumma & fundamento conueniat, ſi tamen hoc iſtud fieri poſſit? Voluamus obſcurum nihil, diſpiciamus, *Etſiamſi fides tua prorſus ſit Eutichiana, & Neſtoriana; etiam ſi dogma tam abſurdum tuearis, vt verè illud poſſit dici excrementum ſatanæ, quo ipſis etiam iuratiſſimis hominibus, atque adeò ſibimetipſi quodammodò illudat: etiamſi corporis Chriſti veritatem deſtruas, iacias fundamenta manifeſta doctrinæ de mortalitate animæ; etiamſi Prophetarum & Apoſtolorum ſanæ doctrinæ aduerſeris*, ait Beza, ſparſim Epiſtol. Theolog. 1. pag. 5. & 55. Epiſtol. 25. pag. 240. Epiſt. 60. pag. 261. Epiſt. 70. pag. 297. *Etiamſi ipſam Iudæorum & gentium perfidiam in Eccleſia introducas*, inquit Acontius lib. 3. operis ſui, quod Stratagemata Satanæ στρατιώτης Sathanæ inſcripſit pag. 137. 138. & 121. *Etiamſi cum Mahumetanis & Turcis legem Dei obſerues, in eo confidas ſufficit in religionis ſumma conuenire. Hi enim nenè & hæ ſtipula*, ait Laſco cum ſocijs ſuis Micronio & Vthenhoueo, libello cui titulus, Simplex fidelis narratio de diſſipata Belgarum Eccleſia, in actis apud Daniæ Regem pag. 89. *Saluti nihil obſtant*. Siquidem, *ijs omnibus vel reiectis*, ſcribit Beza Epiſt. 1. pag. 5. *ſalua manet religionis ſumma*. Ne caperes frontem. En tuorum doctrina. Quid ſi illi taceant? Res ipſę loquūtur. Iure igitur reuincimini de hæ-

Digitized by Google

reſi de ſcripturarum & expoſitionum adulteratione.

2. At Apoſtolus referente Tertulliano *interdictores nuptiarum ſugillat*. Quis negat, quis neſcit? At Calixtus & noſtrates, nuptias interdicunt. Iam huic obiectioni reſponſum eſt. Non Calixtus eas interdixit, non noſtrates, niſi verò voto alio & ſolemni obligatis & conſtrictis. Nuptias laudamus, quæ inter habiles & legitimos contrahuntur, ſed cælibatum nuptijs præferimus & cum diuo Paulo conſulimus. 1. Corinth. 7. Sugillat Caluinum qui lib. 4. Inſtitut. cap. 19. Sect. 34. & 37. negat eſſe ſacramentum, contra ipſiſſimam Scripturam Epheſ. 5. verſ. 32. qui ibidem nuptias non pluris facit aratiuncula vomere Agricolæ facta, foramine à latomo obducto, partibus Calcei à ſutore ſimul adunatis ac iunctis, vulnere & plaga opera Chyrurgi cōſolidata; qui denique conqueritur, quod nuptiarum cauſam, quia ſacramentum ſunt, ad Magiſtratum ciuilem negemus deferendam. Sugillat Melancthonem, qui in locis communib. Bucerum, qui Apollog. confeſſ. Wittenberg. Bezam, qui tractatu de diuort & repud. Cæteros tandem tuos Symmiſtas, qui non magis quàm venditionem aut emptionem iumenti, vaccæ, Aſinæ, Agri, horti, domus & ſimilium.

Si verò arguis, quod damnemus matrimonium contractum inter Monachos, Moniales, Presbyteros, Diaconos. & ſimiles Apoſtatas, argue Diuum Paulum, qui 1. ad Timoth. cap 5. vt teſtes ſunt D. Hieronymus, D. Epiphanius, D. Chryſoſtomus, D. Auguſtinus lib. de ſanctâ virginit. cap. 23. & in pſal. 75. iſtis eos damnat,

Qui

Qui cùm luxuriati fuerint, volunt in Chriſto nubere, habentes damnationem, quia fidem primam irritam fecerunt. Primam fidem (aiunt) id eſt *votum caſtitatis* à ſe emiſſum. Nam iſtis dicitur, *Redde Altiſſimo vota tua.* Tantum abeſt vt D. Paulus nos *Doctores doctrinæ dæmoniacæ*, vt mẽtiris pag. 355. appellet. Et quod idem Apoſtolus habet 1. Corinth. 7. *Propter fornicationem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat, vnaquæque virum ſuum.* non præceptum, non imperium, ſed conſilium eſt, quemadmodum, D. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, cuius hæreſim hac in parte renouatis, D. Chryſoſt. D. Ambroſius in 7. prioris ad Corinthios, docent. Quodque conſilium non ad Monachos, Moniales, Presbyteros, Diaconos iam voto caſtitatis adſtrictos ſe extendit, tantùm ad eos, quibus liberum eſt matrimonium contrahere.

3. Quod ais pag. 355. Monachos, Moniales, Sacerdotes, Diaconos continere ſe non poſſe, Qui ſcis? Eorum relatione? Quid ſi & illis & tibi hoc negem? continere enim non poſſunt, quia nolunt. Si vellent poſſent. Aut rem impoſſibilem conſulit Apoſtolis dicens? *Dico non nuptis & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ſicut ego.* Sed doctrina veſtra alia eſt, ab ea, quæ eſt Apoſtoli. Nempe, *hominem ac fœminam non plus quatuor aut quinque diebus continere poſſe.* Ita enim liber ille, cui titulum feciſtis *Clypeus* fidei. Quare ſi mulier infirmitate preſſa decumbat plus quatuor aut quinque diebus: nonne oportet virum, qui continere non poteſt, in alteram inſanire? Si vir plus quinque diebus infirmetur, aut negotiorum gratiâ longum iter ſubierit, nonne vxorem, quæ continere non poteſt, in alium virum & ipſam

Digitized by Google

inſanire oportet? Ecquæ virgo, quæ Ancilla, quæ annos iam pubertatis attigerit, aut exceſſerit, continebit? Quid non audebunt, quibus hæc doctrina inſuſurratur? Quid non audebunt, quas ſola fides iuſtificat? Quid denique non audebunt, quibus nullum liberum arbitriũ, quibus voluntas merè paſſiua eſt, & ineuitabili fato ac neceſſitati ſubiecta? Hæc enim doctrina veſtra. Non fuerũt quædam ex caſtis ſcilicet illis veſtris puellabus, quæ poſtulantibus reſponderent, ſe quidem annuere ſi modò, quod poſtulabatur, *ſobriè & cum gratiarum actione fieret?* Reſponderent ſibi id licere, quia Euangelium veſtrum, permittat *carnibus vti, abſque vlla temporum ac perſonarum diſcretione?* Huic rei venereæ operam ſe dare, ad multiplicationem *puſilli gregis*. Huic copulæ eò liberiùs indulgere, quia, quod in corpus *intrat, non coniquinet animam?* Ecce quibus abutuntur ſacræ Scripturæ locis, vt inexhauſtæ & inſatiabilis incontinentiæ crimen ſuum velent.

4. Sacerdotibus, Monachis *impunè ſcortari permittimus*. Calumnia eſt, magiſter Ioannes, quæ ſuo ſe mendacio refutat. Nam ſi apud nos impunè hoc illis liceret, à nobis ad vos non deficerent. Olim dictum

Si numquam Venerem Cous pinxiſſet Apelles
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Si numquam ſecta veſtra extitiſſet, in qua omnibus Apoſtatis Monachis, ſacerdotibus impunè licet ſcortari, & ad omnem ſeſe effundere libidinem, numquam iſti noſtri Apoſtatæ ad vos declinaſſent.

POLYANDER CALVINISTA.

Idem Apoſtolus in illos inuehitur, qui olim dicebant, Ego ſum

ſum Pauli, ego verò Apollo, ego autem Cephæ, ego verò Chriſti, *cùm inquit*, num Chriſtus eſt diſpertitus? num Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomen Pauli baptizati eſtis? *Hæc Chriſti diuiſio & prodigioſa ſectatorum factio ac concertatio inter Monachos veſtros, quotidie conſpicitur, qui Dominicum, Franciſcum & alios impoſtores, non ſolùm Domino noſtro Ieſu Chriſto comparant; ſed etiam in aliquibus anteponunt, & ad Chriſti inſtitutionem dormitantes, pluris faciunt quid Dominicus prædicator ſeditioſus & Franciſcus ſummus hypocrita ſtatuerit, quàm quod Dei filius & ſupremus noſter magiſter docuerit, de quo vox audita patris.* Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipſum audite.

ANASTASIVS CARMELITA.

173.5.1. Sic in inani & vacuo ſaltitant Chimeræ, hædicerui. Olim Apuleius in auem verti optabat, ſed vnguenti ad id neceſſarij ſimilitudine deceptus, in Aſinum ſe mutatum vidit. Erras grauiter, mi homo, & quaſi carmine decantatus, quiduis aliud te eſſe putas, quàm es; atque alijs adſcribis, quod vobis D. Paulus. Non enim in noſtros Monachos inuehitur, ſed in vos hæreticos, qui ſacrilego & inueterato ſchiſmate, Chriſti veſtem partimini, Eccleſiæ vnitatē prodigioſè ſcinditis. Monachi noſtri, quamquam diuerſorum ordinum, conſilium iſtud Chriſti ſequuti. *Vade, vende omnia quæ poſſides* Matth. 19. Chriſti veſtis integritatem, vnitatem Eccleſiæ propugnant, *ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis*. In omnibus, quæ ſunt fidei ac Chriſtianæ doctrinæ, cum Eccleſia Chriſti conueniunt, nihil diuerſum, nihil alienum profitentur, docent. Hinc eadem Eccleſia illis *ſocietatis dextras dedit*. Non contendunt, digla- Epheſ. 4. Galath. 2.

Digitized by Google

digladiuntur, tantùm auſteritate vitæ inter ſe certant. Hæc concertatio atque æmulatio Deo grata eſt.

2 *Monachos comparare D. Dominicum & D. Franciſcum Chriſto*, comparatione æquiparentiæ falſum eſt. Eos *eidem præferre*, alterum mendacium eſt.

3. *D. Dominicum, D. Franciſcum impoſtores fuiſſe. Illum ſeditioſum prædicatorem, hunc autem ſummum hypocritam*, nemo dixerit, niſi hæreticus & ſanctorum infenſiſſimus hoſtis. Niſi is, qui pertinet ad beſtiam illam, quæ Danielis 7. *gerit bellum aduerſus* ſanctos. Ad draconem, *qui os ſuum aperuit in blaſphemias aduerſus Deum, blaſphemare nomen Domini, eius tabernaculum & eos qui habitant in cælo*. Neque apertiore via te ad eum ſpectare, oſtendere poſſes. Sic nimirum

Nec mortem horretis, nec diuûm parcitis vlli

Pſal. 49. Has blaſphemias ſemel *ſtatuet contra faciem veſtram* ipſe Chriſtus. Ad vindictam quidem tardus eſt. Verùm

Si qua venit ſerò, magna ruina venit.

Eſt porrò quòd mirari deſinamus, ſi nos tot conuitijs, calũnijs & opprobrijs oneras, quando nec

Ioan. 12. ipſis ſanctis, & his de quibus Ieſus noſter, *Volo pater vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus*. Adlatra in cælum canis, & toto bacchare pectore, à te nihil ſanctis timendum

——— *Fruſtra agitur vox irrita ventis*
Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.

Verumtamen capio. iſti tibi impoſtores, ſeditioſi prædicatores, ſummi hypocritæ, quia Albigenſium hæreticorum abauorum tuorum nefarijs ſtudijs, impijs contentionibus, prodigioſæ ſectæ ac factioni reſtiterunt: & vt canes generoſi lupos illos,

Digitized by Google

illos, qui veſtem Domini ſciſſuri erant, Eccleſiæ ſponſæ Christi vnitatem laniare ac diuidere venerant, à Caula eius forti & triumphante animo abegerunt. Nonne inde tibi in illos prurigo?

POLYANDER CALVINISTA.

Ad Coloſſenſes ſcribens notat ſcrupuloſos rituum ex hominum mandatis præſcriptorum obſeruatores, qui ob cibum, aut potum, aut feſti reſpectum *alios damnant, quemadmodum & eos, qui prætextu* ſtultę animi demiſſionis Angelos adorant. *Quæ veſtra eſt ſuperſtitio.*

ANASTASIVS CARMELITA.

147.§.1. Cum bona venia, M. Ioan. non is ſenſus D. Pauli Coloſ.2. Sed 1. ibi attingit eos, qui à parte vel cibi, vel feſti abſtinebant: qui integrũ feſtũ non cuſtodiebant, ab integro cibo vel potu non abſtinebãt in diebus ieiuniorum lege præſcriptorum. Ita enim D. Chryſoſtomus. *Non dicit Apoſtolus, ne cuſtodiatis illa, ſed ne quis vos iudicet. Declarauit eos tranſgreſſos & deliquiſſe, verùm in alios culpam reijcit. Ne feratis, inquit, iudices: imò non hoc dicit, ſed cum illis ſolis diſputans, non reprimens eos, ne diſcernere & deiudicare iſta debeant: quin neque iſta reprehendit. Non dixit in mundis & immundis, neque dixit in Scenophegijs, azymis & Penthecoſte, ſed in parte diei feſti. Non enim ſuſtinebant totum cuſtodire. Et ſi obſeruarunt, non tamen veluti feriando. In parte, inquit, oſtendens maiorem partem ſublatam eſſe. Etſi enim ſabbaptizabant, non tamen exactè.* D. Chryſoſt. homil. 7. in Epiſt. ad Coloſ.
Quod enim præceptum eſt, quid proderit, niſi integrũ obſeruaueris? *Hoc ideſt*, ait Tertullianus, *ac ſi quis mediã hoſtiam ac victimã Deo immolet & offerat.* Tertull. l. præſcript. lib. de ieiunio contra Phychic.

Non igitur obſeruatores iſtorũ notat, ſed violatores, ſed vos damnat, qui ne minimum quidem iſtorum obſeruatis. Qui enim *circumcidit ſe, debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ*, ait idem Apoſtolus. Galat. 5.

2. Eos attingit teſte D. Hieronymo, qui contendebant adhuc obſeruari debere ſacrificia feſta & abſtinentias veteris legis. Nam *ex ea die, qua Chriſtus* (ait) *cænaculum eſt egreſſus, & Apoſtolis dixit,* ſurgite, eamus. *Et Matth 23. Scribis & Phariſæis.* Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta, *omnis Iudaicarum obſeruationum cultura deſtructa eſt, & quaſcumque offerunt victimas, non Deo, ſed Angelis refugis & ſpiritibus immundis offerunt.*

D. Hier. ad Algaſiam quæſt. 10.

3. Quod autem Apoſtolus monet: *nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ.* Ab ijs cauendum docet. 1. Qui dicebant *nos non reconciliari oportere Deo per Chriſtum, ſed per Angelos; non per Chriſtum, ſed per Angelos ad patrem accedere, neſcio quam humilitatem prætexentes* inquit D. Chryſoſtomus homilia 7. in Epiſt. ad Coloſſ. 2. eos qui adhuc obſeruanda, vt dictum eſt, veteris legis ſacrificia eſſe aſſerebant. Hoc velle ac defendere, eſſe humilitatem & religionem dæmoniorum, id eſt, id nimiam ſimplicitatem, ignorantiam ſapere, eſſe dæmonum, Angelorum malorum ſuperſtitionem, non religionem Deo debitam, vt docet D. Hieronymus ad Algaſiam quæſt. 10. 3. Arguit eos, qui Angelis, vt dijs ſacrificabant.

Hanc cæterùm eſſe ſuperſtitionem noſtram, negamus. Non enim probamus eos, qui partem tantùm rei præceptæ cuſtodiunt, non præceptorum violatores. Non etiam ſacrificia veteris legis ſeruanda eſſe dicimus; non docemus non eſſe nobis acceſſum ad Patrem per Chriſtum, nos non reconciliari per eum Deo: non ſacrificamus Angelis, ſed ſoli Deo.

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

In Epiſtola ad Romanos aduerſus eos diſputat, qui negant hæreditatem vitæ æternæ nobis à Deo gratis dari in Ieſu Chriſto, ſed eam viribus liberi arbitrij poſſe acquiri, & meritis noſtrorum operum deberi exiſtimant. Quæ hæreſis olim Pelagij fuit, nunc autem à vobis magna ex parte defenditur.

ANASTASIVS CARMELITA.

175. §. 1. Cur Apoſtoli ſenſui imponis? In ea enim Epiſtola in eos tantùm diſputat, qui defendebant ſolis operibus veteris legis, non etiam fidei, quę in Chriſtum eſt, ſalutem ęternam deberi.

2. *Nos magnam partem hæreſis Pelagianæ defendere,* alterum mendacium eſt. Nos enim in Pelagianorum hæreſim & veſtram defendimus & aſſerimus ad hæreditatem vitæ æternæ conſequendam & liberum arbitrium requiri & Dei gratiam. Hanc velut cauſam præcipuam & potiſſimam: Illud autem velut minus præcipuam & gratia motam, nec merè paſſiuè concurrentem.

POLYANDER CALVINISTA.

In prima Epiſtola ad Timoth. cap. 6. Sophiſtas reprehendit circa quæſtiones inutiles inſanientes, quales ſunt veſtri Sorboniſtæ, qui Chriſti & Apoſtolorum ipſius doctrinam quæ eſt ſecundùm pietatem ceu craſſam & rudem contemnentes, ad oſtendendum ſuum acumen in ſubtilibus aut potiùs futilibus diſputationibus de ſubſtantia, de numero, hierarchijs & alijs ordinibus Angelorum, de tempore & loco vltimi iudicij, de aureolis beatorum, de voluntate & intellectu damnatorum, alijsq; argutijs ſimilibus agitandis fruſtrà ſeipſos macerant.

ANASTASIVS CARMELITA.

176. §. 1. Siccine

Audent flagriferi matulæ ſtupidiq́; Magiſtri
Bilem in nos olidi pectoru euomere?

Flagritriba, vtrum te hominem aſperner & reſpuam addubito. Siquidem magnos viros componi cum tui ſimilibus nec iuſtum, nec ingenuum. Cicadam alâ vbi corripueris, clariùs obſtrepet. Recta ingenia verecundiâ debilitantur, peruerſa autem audaciâ confirmantur. Quò illi ſunt imperitiores, eò iactantiores & confidentiores. Quid igitur faciam? reddamne vices?

Quid prodeſt muſcas operoſis pellere flagris?
Negligere eſt ſatius, quod nequeas regere.

Ergo Pſeudolum hunc cubito tantùm peliam, & quod de ſui ſimilibus hæreticis intulit Chriſti Apoſtolus, peruerſiſſimè in nos contorſerit. Ecquid eſt homo à vera religione Apoſtata? *Vir inutilis, gradiens ore peruerſo, oculis annuens, pede terens, digito loquens, prauo corde malum machinans, omni tempore iurgia ſeminans*, inquit Salomon, venit Lutherus, venit Caluinus, venit *inimicus homo & dormientibus hominibus*, id eſt, in ſumma fidei & veræ doctrinæ pace & tranquilitate nobis conſtitutis ac conuerſantibus, *zizania ſuperſeminauit*, hoc eſt peruerſa dogmata, quibus factũ eſt, vt nihil eorum quę credi debent in quæſtionem & diſputationem non adduceretur. Tam benè de vobis D. diſcipulum Timotheum monuit.

POLYANDER CALVINISTA.

Hebr. 10. *Cùm Ieſum Chriſtum vnicum ac ſummum noſtrum Pontificem & mediatorem appellat, per quem perpetuò nobis patet ad ipſius patrem acceſſus & ſui ipſius oblationem, vnicam hoſtiam, quâ nos Deo in æternum conſecrauit, vos, qui ſecundariũ Pontificem Chriſto ſubrogatis, qui innumeros mediatores & aduocatos ipſi adiungitis, qui Miſſam ſacrificium* Chri-

Digitized by Google

Chriſti propitiatorium nuncupatis nullo modo audiendos eſſe indicat, ſed duplicis ſacrilegij accuſandos, cuius Deus priſcos Idololatras per ſuum Prophetam Hieremiã condemnat, quòd veram *nimirũ* aquarũ perenniũ ſcaturiginem relinquatis, *& ab ea diſcipulos veſtros abducatis*, vt fractas ciſternas, quæ nõ capiũt aquas vobiſcũ effodiãt.

ANASTASIVS CARMELITA.

177. §. 1. Hæc tam multa cur hîc in vnum congeris? capio, vt mihi tuos alios tractatus ſignifices. Ac iſtis olim obuiàm tum, clareque per longum. Itaque quibus paucis tantùm, ſatisfaciam. Ac 1. Apoſtolũ Hebr. 10. aſſerere vnicum eſſe mediatorem, vnicũ Pontificem, vnicã hoſtiã falſiſſimũ eſſe. Vnum quidẽ mediatorem, vnũ Pontificem, vnam hoſtiã eſſe prædicat, ſed non vnicam. Cum eo vnum ſummũ mediatorem, Pontificem Chriſtum profitemur. Vnam oblationem, ſed diuerſis modis factam. Vno cruento in cruce, altero incruento in altari. Nihil quod Chriſtus non fecerit, quod non iuſſerit, facimus. *Hoc facite* (inquit) *in meam commemorationem.* Hinc factum, vt non nos Matt. 26. ſed ipſe ſibi Pontifices ac ſacerdotes ſubrogarit. Hinc factum, vt non nos, ſed ipſe ſibi innumeros mediatores & aduocatos ſubordinauerit.

2. Miſſæ ſacrificium propitiatorium, cum eodem Chriſto dicimus. Ita enim ipſe. *Hic calix ſanguinis noui teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur & tradetur.* Vbi enim effuſio ſanguinis in remiſsionem peccatorũ, ibi propitiatio eſt, & quod immolatur eſt propitiatorium. Non ergo D. Paulus nos duplicis ſacrilegij accuſandos cenſet, niſi Chriſtum, ipſum illius duplicis ſed mẽtiti ſacrilegij accuſet. Falſiſsimũ iſtud, ergo & illud. Mar. 14. Luc. 22. 2. Cor. 11.

CAPUT XXXV.

Apoſtolus 2. Theſſal 2. non loquitur de ſummo Pontifice Romano. Non omnis, qui in Eccleſia ſedet Antichriſtus eſt. Qua ſpecie adorationis eum veneremur. Eius inſtitutiones ſunt Apoſtolicæ. Non habet poteſtatem fingendi legem fidei. Non exigit vota, viribus maiora. Cur acriùs peſſit animaduertere in reos ſuarum inſtitutionum, quàm in ſcortatores, adulteros. D. Ioannes Apocalypſeos 17. non Eccleſiam Romanam, ſed vrbem Romam deſcribit. Cur, ſi quæ ſint vitia hominum, ea reprehendere non ſit Caluinianorum.

POLYANDER CALVINISTA.

2. Theſſ. 2. *PApam veſtrum in templo Dei tanquam Deum ſedentem quaſi digito commonſtrat, in altera Epiſtola ad Theſſalonicenſes. Hunc enim tanquam Deum adoratis, quum ipſius diſpenſationem Apoſtolorum inſtitutioni anteponitis, ipſique leges fidei figendi, refigendi, omniaque peccata condonandi auctoritatem attribuitis. Hic rituum atque edictorum ſuorum laqueos conſcientijs per chriſtum liberatis inijcit, & à ſuperſtitioſis vota viribus maiora exigens, ipſorum animas, aut in deſperationem, aut in religionis veſtræ profa nationem præcipitat.*

Digitized by Google

ANASTASIVS CARMELITA.

178. §. 1. Papam noſtrum quaſi digito commonſtrare Apoſtolum. 2. Theſſ. 2. falſiſsimum, ſanoque ſenſui Apoſtoli mendacisſimè imponere.

2. *Sedere in templo Dei velut Deum* culpas? Sanus non es: Aut culpa Deum ipſum, qui olim Moyſen ſedere fecit in templo velut Deum Pharaonis. Accuſa D. Petrum, qui ſe velut Deum in Eccleſia ſedere iſtis affirmauit. Ananiam enim ſibi mentitum arguens, ſic pronuntiat. *Non homini, ſed Deo mentitus es.* Bone vir, non omnis, qui, vt Deus, ſedet in eius templo, eſt Antichriſtus. Neque ea mens eſt diui Pauli. Exod. 4. Act. 5.

3. At *eum adoramus tanquam Deum in terris*. Deus in ſcriptura ſumitur vel eſſentialiter vel accidentaliter, participatiuè & delegatiuè. Priore modo Papa noſter Deus non eſt, ſed poſteriore. *Adoramus* eum, inquis. Si adorationem pro veneratione ſumis, admitto. Si verò pro cultu latriæ, nego. Alioqui *qui hunc ſpernit, non hominem, ſed Deum ſpernit.* Cur facis?

4. In re adeò ſeria debueras oſtendere, non ſimpliciter aſſerere, nos anteponere Papæ diſpenſationem inſtitutioni Apoſtolicæ. Nam calumnia eſt, purumque mendacium. Eius auctoritas D. Petri auctoritas eſt, & proinde Apoſtolica. Quare tantùm abeſt vt eius diſpẽſationem Apoſtolorum inſtitutioni anteponamus, vt eam inſtitutionis Apoſtolicę eſſe adſtruamus. Adeò vt eius diſpenſationem, declarationem, interpretationem Apoſtolicam inſtitutionem eſſe dicamus, conformemque inſtitutioni Apoſtolorum.

5. Leges

Digitized by Google

5. *Leges fidei fingendi poteſtatem* nos ei attribuerē falſum eſt. Quid ergo? Leges declarandi & explicandi quinam ſint fidei articuli. Cùm controuerſię nouę exoriũtur, eas terminandi, & eos, qui veritati non obediunt hæreticos declarandi, & à communione Chriſtianorũ amandandi. Eius legis auctoritate, In Concilio 1. Niceno, quæſtio mota ab Ario, In Cõcilio 1. Conſtãtinopolitano ab Eunomio & Macedonio, In Cõcil. 1. Epheſino à Neſtorio, In Concilio Chalcedonenſi ab Eutichete & Dioſcoro, in Concilio 2. Conſtantinop. de tribus cap. In Concilio 3. Conſtãtinop. à Cyro & Sergio, In Cõcilio 2. Niceno ab Iconomachis, In Cõclio Lateranẽſi à Berẽgario, & non ita pridẽ in Cõcilio Tridẽtino à vobis mota de corpore Chriſti, & alijs fidei articulis condemnata, profligata fuit, & omnes illi hæretici proclamati, declarati. Et tam vetere poſſeſsione ea fruitur & gaudet, vt non ſine magna audacia & incredibili, inſolentiq; temeritate, eam in dubiũ reuocetis.

6. *Omnia peccata condonandi auctoritatem ei non attribuimus*, ſed Chriſtus ipſe. Non enim à notis hominibus, ſed à Chriſto ſibi delegatam habet hãc auctoritatem Matth. 16. Ei ſiquidem dictum ſpecialiter. *Quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis; quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum*
Matt. 16. *& in cælis.* Qui tu præterea?

7. *Inijcit rituum ac edictorum ſuorum laqueos conſcientijs per Chriſtum liberatis, à ſuperſtitioſis exigens vota maiora viribus.* Mi homo, in re adeò ſeria & neceſſaria, eſt definitiuè ac determinatè loquendum. Itaque dic, qui ſunt illi *laquei rituum ac edictorũ* eius? *Qui ſunt illi ſuperſtitioſi, à quibus vota viribus maiora exigit?* Si conquerendum apud eum, conqueremur

de

Digitized by Google

de re nobis ignota? Aut putas nos ſic in turba rerumque confuſione degere, vt nihil niſi temerè, ſine cauſa & modo facere debeamus? Grauiter allucinaris. Hoc vitium tantæ inconſtantiæ, leuitatis ac temeritatis viguit in iis, qui Caluino ac reliquis prodigioſæ ſectæ, factionis & ſeditionis ſacrilegæ principibus, tam leuiter & inconſtanter fidem dederunt. Ergo ne hoc vitio laboremus, néue fruſtra apud Papam noſtrum conqueri nos contingat, teipſum determinate explica.

Laudo ego illos laqueos, ferreas manicas, compedes, quibus Reges, quibus Principes alligantur, nēpe interprete D. Auguſt. *cōpedes ſapiētiæ, compedes verbi Dei, quibus coarctātur ne ad illicita progrediātur.* Tales cōpedes, tales manicæ Papæ noſtri, nobis manus conſolidāt. Quid culpas? Cur cōquereris, nō cōquerimur; Iſtis legibus, Chriſti paſsionis ſufficientiā ac pretiū nobis applicari credim⁹; tu quid accuſas? Nemo accuſat, niſi, qui optet ac velit in omnem ſe rerū libidinem prodigioſe effundere. Chriſtiani nō ſūt ſuperſtitioſi, quia eorū fides vera, eorū religio vera; ſed *hæreſis* ac præſertim Caluiniana *ſuperſtitio eſt, nō religio*, inquit idē D. Auguſt. D. Auguſtinus in pſal. 149. Idem lib. 2. contra Gaudēti. Num. 15.

Cæterùm nulla vota poſtulat à nobis viribus noſtris Dei gratiā confortatis ac ſolidatis maiora. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*, inquit Apoſtolus. Gratia naturā eſt fortior & potentior. Verùm hæc querimonia calumniæ plena hæreticorum ſemper fuit & extitit, eorum, qui nullo auſteritatis vitæ deſiderio tenentur, qui cum Chriſto pati nolunt, qui eius crucem ferre renuunt, *flens dico, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione*. Dura hæc vincula, dices, quis negat, inquit diuus Auguſtinus in pſalmum. 149? Verùm, Philip. 4. Philip. 3. Rom. 8.

rùm, *non durum vri & ſecari, ſi ad ſalutem animæ*, ait Tertullianus lib. de pænitentia. Ad ſalutem iſta?
2. Cor. 4. verſ. 10. Proculdubiò. *Hæredes & cohæredes Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur*. Et alibi, *ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali*. Hac via ſalutem igitur conſequimur, non in deſperationem præcipitamur.

8. *In religionis noſtræ profanationem*. O hominem noſtræ religionis ſtudioſum! o animæ dimidium noſtræ! Ecquid tibi pro tanta ſolicitudine præmij dabimus? Aram tuam

Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Luc. 19. *De ore tuo te iudico ſerue nequam*. Neque enim *ſerui*
2. Pet. 2. *illi corruptionis*, qui à nobis ad vos tranſeunt, non ſine magna Dei nominis, veræque religionis blaſphemia & profanatione, id inſtituerent libertatis carnis illecebrâ ſuperati, niſi apud vos crimina illa illis licerent omnia, quæ vera Chriſti religio damnat.

POLYANDER CALVINISTA.

Quis ſanæ mentis eum prohibere ignorat, quod olim Apoſtoli liberum eſſe pronuntiarunt? An non in eos, qui diebus ab ipſo vetitis carne veſcuntur, acriùs quàm in Athæos, homicidas, ſcortatores & adulteros animaduertit?

ANASTASIVS CARMELITA.

179. §. 1. Mirum, Ecquodnam iſtud? loquere, vt ſciamus homóne ſis an bellua. Vt ſciamus ſitne dignum correctione id, de quo conquereris. Eius enim generis eſſe poſſet, quod licet Apoſtoli liberum eſſe olim pronuntiarunt, habitâ ratione temporum, liberum ne quidem pronuntiarent Apoſtoli, ſi reuiuiſceret. Creuerunt enim nobis orandi, abſtinentiæ & ieiunij; inquiunt

Patres

Digitized by Google

Patres orthodoxi ſpacia: quemadmodum contra, creuerunt vobis ventris, gulæ ac carnis, libidiniſque omnis æſtuaria. Verumtamen (inquit D. Chryſoſtomus) *ad hoc recepta abſtinentia, vt carnis rigorem refrenet, & equum moderanti parere faciat.* D. Chryſoſt. homil. 8. in Geneſim.

2. Obligant in conſcientia leges latæ à magiſtratu ac Principe ciuili, modò Dei voluntati conformes ſint. Quàm acriter in Ionatham erat Deus in Saule animaduerſurus, niſi populi erga eum ardor, & beneuolentia obſtitiſſet? Quanto magis obligant à ſummo Pontifice, à tota Eccleſia præſcripta ieiunia, præſcriptę abſtinentiæ Dei voluntati conformes? 1. Reg. 14.

3. *Acriùs Papa noſter in eos, qui diebus à ſe vetitis carnibus veſcuntur, animaduertit, quàm in Atheos, homicidas, ſcortatores & adulteros.* Calumnia eſt. Licet enim quædam ſibi reſeruet, non tamen in eorum violatores & contemptores acriùs animaduertit quàm in illos. Et ſi verò faceret, non ſine exemplis in Scriptura diuina contentis & ſcriptis; non præter debitam cautionis prudentiam faceret. Solet Deus acriùs eos punire qui inobedientes ſunt legibus eorũ, quos hominibus præfecit, quàm Athæos, homicidas, ſcortatores & adulteros. Ideo turpi lepra Mariam ſororẽ Moyſis afficit, non Atheos, non homicidas, nõ ſcortatores, non adulteros, quorũ in mũdo penè infinitus numerus. Ideo Coramũ, Dathanem Abiramum terrâ abſorptos in infernum adhuc viuentes deſcendere voluit non Athæos, non homicidas, ſcortatores, adulteros. Acrius D. Petrus & Deus per eum in Ananiam & Saphiram ſibi mentitos, quàm Atheos, homicidas, ſcortatores & adulteros. Reges ac Principes ſolent acriùs animaduer- Num. 12. & 16. Act. 5.

Digitized by Google

tere in reos ſuarum maieſtatū, quàm in Atheos, homicidas, ſcortatores, adulteros. Quæſo cur non Deum, D. Petrum, Reges & Principes Antichriſtos dicis, ſi ea ratione Papa tibi ſit Antichriſtus? Cur autem acriùs, D. Petrus, Reges, Principes in ſibi rebelles animaduertunt Deo approbante, quàm in Atheos homicidas, ſcortatores, adulteros? Bone vir, homo in ſimilem ſpecie ſibi hominem, quouis dignitatis gradu donatum facilè inſoleſcit, eius decreta contemnit, niſi acri ac ſeuero legum fræno, niſi grauiſſimorum ſuppliciorum metu ad debitam reuerentiam & obedietiam retineatur. Quid quòd ſint, qui nullo eorum metu ac timore cohibentur? Maiore autē ac intenſiore erga Deum reuerētiâ & obediētiâ, naturâ fertur. Ne ergo homo, in hominem ſibi præfectum inſoleſcat; Deo probante, acriùs in eum, qui læſę maieſtatis humanę reus eſt, animaduertitur, quàm in Atheum, homicidam, ſcortatorem & adulterum. Quę animaduerſio ſi probatur in Regibus & Principibus, corporibus tantùm perfectis, cur non & in eo, qui præficitur animabus? Prudentiæ hoc eſt, mi homo, non autem ambi-
Deut.17. tionis. Præceptum Dei eſt. *Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctúſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.* Quâ in ſententiâ cauſam, quā hîc libamus, attingit, cur acriùs in rebelles, quàm Atheos, homicidas, &c. animaduerti velit. Vt nempe, quod negat eiuſdem naturæ communio & ſocietas, hoc præſtet acrior animaduerſio.

POLYANDER CALVINISTA.

Quid multis? hic ab Apoſtolo Ioanne tam graphicè depingitur

Digitized by Google

tur in Apocalypſi, vt non ſolùm Patres orthodoxi, ſed etiam ſinceriores Pontificij ipſum meretricis purpuratæ, Romam Babylonis nomine deſignari non diffiteantur.

ANASTASIVS CARMELITA.

180. §. 1. Fateor D. Ioannem cap. 10. Apocalypſeos, D. Auguſtinum lib. 18. de ciuitate cap. 2. & 22. Oroſium lib. 2. cap. 4. Euſebium lib. 2. hiſtor. cap. 15. Nicephorum lib. 2. cap. 15. poſt Papiam D. Ioannis diſcipulum, Oecumenium in Apocalypſim, D. Hieronymum in Catalogo ſcriptorum, in cap. 24. Eſaiæ, & prologo libri de Spiritu ſancto. Tertullianum lib. contra Iudæos cap. 9. lib. 3. in Marcion. cap. 13. Sixtum Senenſem lib. 2. Bibliothecæ, Franciſcum Horantium, Lodouicum Viuem, Lindanum lib. 2. Panopliæ cap. 82. Marianum Victorinum, Riberam, Viegam in Apocalypſim Romam vocare Babyloniam. Sed Eccleſiam Romanam id eſt Catholicam, Pontificem Romanum Antichriſtum, nego, M. Ioan. Neq; enim hoc illi vnquam valuerunt. Aliud enim eſt loqui de vrbe Roma, aliud de Romana Eccleſia & ſummo Pontifice.

2. Atque Romam dictam à Ioanne, & à diuo Petro Babyloniam, eo tempore, quo erat *ſanctorum debellatrix, Idolis ſeruiebat & ſacrificabat, falſis dijs & dæmonibus.*

3. D. porrò Auguſt. l. 18. c. 2. & 22. *Romã vrbẽ* vocat *Babyloniã ſecundam* eo ſenſu, quo ſenſu *Babyloniã primam Romam*, nempe cõparando Aſſyriorũ Monarchiã cũ Monarchia Romana, & hãc illi, quoniã poteſtate & dominatione fermè pares fuerũt.

4. Alioqui homilijs 15. & 16. in Apocalypſim, nomine Babylonis ſcribit non eſſe intelligẽdam aliquam ciuitatẽ lapidibus factam & muris cin-

Digitized by Google

ctam, ſed eos, qui ſuperbè, impiè & luxurioſè viuentes, in malitia perſeuerant. *Babylonia* (ait) *Imaginem hominum malorum gerit*. Eodem ſenſu Tertullianus lib. contra Iudæos cap. 9. Et lib. 3. in Marcionem cap. 13. quæ capita non citaſti, quia non legeras, aut in Apice pennæ tuæ hæſerunt. Iitud non potiùs, quàm illud mihi perſuaſerim. Nam & Ludouicus Viues, quem citas in 11. cap. lib. 18. de ciuitate Dei, ne gry quidem de Roma vrbe habet, eique imponis. Verùm redeo ac dico Babylonis nomine malorum & impiorum mores, perfidiamque intelligi. Hoc ſenſu olim Romam vrbem dictam Babyloniam, nempe cùm adhuc paganiſmo inſeruiret. Hoc ſenſu Diuus Epiphanius hæreſi 42. confutation. 13. ex priore ad Corinthios alludens ad 17. Apocalypſeos, Hæreſim Marcionis Babyloniam vocat. Hoc ſenſu Caluinianam ſectam iure ac meritò Babyloniam diceret.

5. Quod ad Viegam attinet, cui ſectio 4. in c. 18. Apocalypſeos, ex Aretha, Primaſio, Ausberto, Haimone, Ambroſio videtur dicēdum loco *vrbis Romæ idololatriā ſignificari & Romā eſſe defecturā à fide, futurā eſſe habitationē dæmoniorū & omnis Spiritus immūdi, ob flagitia & Idololatriam, quæ tūc temporis in vrbe Roma Romanoque imperio latè graſſabitur*, quando ita cupis & optas, tantus mihi tibi obtemperandi animus eſt, audio, vbi audiui, legere volui, vbi legi, video *illis videri*, ergo eorum eſſe opinionem, non fidem. 2. video illos loqui non de Eccleſia Romana, ſed de vrbe Roma. 3. video non eos loqui de ea, quæ nunc eſt, ſed de ea, quæ futura eſt, & eius, non qui nunc, ſed eius, qui tunc erit ſtatu. *In extremis enim temporibus*, (ait Viegas ſub finem

Digitized by Google

nem illius ſectionis) *florentiſſima vrbs Romana latiſſimumq́ eius imperium in magnis viuet delitijs, in ſumma rerum omnium affluentia & copia, ſimul idololatriæ ſeruiet, omniq́ ſuperſtitionum genere imbuta, dæmonibus falſiſq́ dijs ſacrificabit. Quam ob cauſam & propter infinitam vim ſanguinis Martyrum, quem ſub Romanis imperatoribus effudit, Deo acerrimè ac iuſtiſſimè in illam vindicante, ab illis, ijſdem decem legibus funditus euertetur, miſerrimoque ac maximè luctuoſo incendio deflagrabit*. De vrbe ergo Romana, de eius ſtatu, qui tunc erit hæc opinantur. Vrbi non inuiolabilem fidem affigunt, ſed ſedi, non ſedi ligneæ, lapideæ, argenteæ, aureæ, aut alterius alicuius ſenſibilis materiæ, ſed auctoritati; ſed poteſtati Romanæ Eccleſiæ, ſed eiuſdem Principi & Pontifici, qui quocumque ierit, eam ſe cum poteſtatem, auctoritatem, fidei ac doctrinæ conſtantiam transferet. Viden, quàm tibi obſequens ſim? Iube, impera, promptiſſimum habebis.

POLYANDER CALVINISTA.

I nunc Romanæ curiæ aſſentator, matriſque ſcortationum Eunuche, & dic Romanam Eccleſiam hactenus in puritate fidei Apoſtolicæ permanſiſſe atque in eadem vſque ad finem, huius mūdi perſeueraturā in qua Cepham in Caipham, Simonem in Sinonem Apoſtolos in Apoſtatas, Præcones in Prædones, Concionatores in Scortatores, Sacerdotū officia in offucias fanum in locum profanum miniſterium in imperium, libertatem in ſeruitutem, Euāgelij facem in errorum fæcem, ſcripturas in lituras, Chriſti tabulas in fabulas omnium denique rerum ſacrarum vſum in abuſum tranſmutatū fuiſſe ſupra oſtendimus, & breui fortaſſe Deo iuuante oſtendemus.

ANASTASIVS CARMELITA.

181.§.1. Quò, quò vis eam? proculdubiò ſer-

Digitized by Google

uo tuo definire debueras. Quidſi enim longiùs quam ratio, quàm vires meæ, quàm media præſcripſerint? Non enim homo ſum, qui te mere & ſine iudicio itineri me accingam. Scenicus ille, quem Dominus vno pedis impulſu in cælum vſque ſe miſſurum iactabat, ridens, eo ſe proficiſci vſque, ſine victu & potu non poſſe ſignificabat, cum veluti è promptuario Domini, onuſtus ſex aut ſeptem vini lagenis, totidémque panibus, in medium ſcenæ prodijt. Vilior illo vis ſim? Quid quòd me conuitiorum
Math. 11. ſtrue oneras? Bone vir, *Ecce qui in domibus regum ſunt mollibus veſtiuntur*. Ibi tuos aſſentatores quære, albi pudicique neſcios. Tuos imperitos pictores, qui quia nequeunt aſſequi quæ pulchra & difficilia ſunt, quæ ingenioſi artificij laudem merentur, ſolis næuis, verrucis & rugis depingendis inſtant, & quælibet repræſentant, præter ea, quæ pulchra ſunt. Tuos tibi Alcibiades ingenio verſatiles & ad quiduis comparatos. Ego non curiæ Romanæ aſſentator ſum, non matris ſcortationum Eunuchus, ſed Eccleſiæ Romanæ,
Micheæ 3. eiuſdémque fidei propugnator, & ſi Dominus dignabitur me immeritum *fortitudine replere*, pro qua lubens ipſum ſanguinem, vitámque profundam. Hanc vobis *inferi portis* licet impie impugnantibus, ac reclamantibus, ad finem vſque mundi cum Chriſto dixi duraturam. Alios præter vos ipſa experta; vt veſtros, ita eorum inſolentes & furientes inſultus. Inſultus, qui, vt de veſtris ſperamus fore, in fumos abierunt.

2. Conuitia, quæ ipſi appingis, ea in te & tuos ſymmiſtas iuſtiſſimè retorqueri poſſent, qui

Digitized by Google

qui vt Tertullianus pronuntiat *ſceleſtis vocibus ipſum aërem, qui de ſuper incubat* olim ſacris, nunc autem à vobis profanatis locis ac templis, *conſtupratis, qui ſedilia, quæ Chriſti erant, hoſtium eius facitis, qui eius Cathedram, peſtilentiariam Cathedram facitis, Euangelium contra Euangelium armatis, veritatem in mendacia conuertitis*; qui *cùm ſerui ſitis omnis corruptionis*, omnes ad pileum vocatis, qui nonniſi, poſt omnium libidinum æſtuaria verbum Dei adulteratis; qui nonniſi ex raptu viuitis, ex latrocini & prædatione diuites eſtis. Nam ſi cuique quod ſuum eſt reddere cogeremini, Deus bone, non furtiuis nudati coloribus moueretis corniculæ riſum?

Tertull. lib. de ſpectacul.

2. Pet. 2.

Olim vulpecula

Repſerat in cumeram frumenti, paſtaque rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra:
Cui Muſtella procul, ſi vis, ait, effugere iſtinc
Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti.

Non hac imagine meritò compelleremini ſua cuique reddere? Quid enim Hæreſis Caluiniana? Aquas verberauit, vt fugientes incautè piſces in ſua retia prolaberentur. Fame ipſi erat pereundum, niſi Chriſtiana Reſpublica eius opera laboraret, turbaretur, & priuati quæſtus gratia tumultus concitaret. Nouerat leges improbos conſtringere, aliosque in officio continere, Republicâ quietâ & nullo tentatâ tumultu. Cum Iulio Cæſare, apud Suetonium, nouerat, quos grauior criminum vel inopiæ luxuriæue vis vrget, bello atque

 ciuili

Digitized by Google

ciuili ſeditione opus eſſe. Itaq; omnem ſibi pollicita impunitatem, ea eius fuit deprauatio, ea peruerſitas, vt legum omnium ſolutis & perfractis repagulis, victitaret, rem Chriſtianam ſurſum deorſumque miſceret. Miſcuit, & eam tot iam funeribus exultantem ac tripudiantẽ intueri cogimur: ei licere eſſe beatæ, quia eius fraudibus quidam viri Principes vti numquã fere deſinũt.

Hæc fierent, ſi virtutis vera vlla paternæ,
Viueret in nobis? & vnde iſtud dedecus?

Querimur, & maiore, quàm olim Philocteta, preſſi dolore eiulamus, lamentamur; ſed quis Calaïs vel Zethes Harpyas iſtas abigit? quis gratioſus noxas volitantes auerruncat? Eſt rerum repetundarum lex aliqua, quâ non teneremini? Eſt ſerium ac iuſtum iudiciũ aliquod ſacrarum ac temporalium rerum repetundarũ, quod ad reſtitutionem vos non condemnaret? Non ſingula ſigillatim recenſere numerando volo, tantum dico, ſi hæreſis ac præſertim Caluiniana omnia ſcelerum ac criminũ genera non amplectitur, complectitur, nullos apud vos reperiri Cayphas, Simones, Sinones, Apoſtatas, Prædones, ſcortatores, nullas offucias, nullum imperium, nullam ſeruitutis corruptionem, nullas errorum fæces, nullas lituras, nullas fabulas, nullum rerum ſacrarum abuſum, nullam earumdem profanationem. Sed quoniam aliud rei veritas prædicat ac profitetur, has ego ſordes ſemel à Deo repetendas (*eſt* enim *qui quærat & iudicet*) quiq; ſpongiam hanc cruore Sanctorum inflatam exprimat & comprimat) pluribus non perſequar.

POLYANDER CALVINISTA.

De cæteris ſophiſmatum tuorum firmamentis euertendis,

non

non eſt quòd magnopere laborem. Nondum Sponſi noſtri Ieſu Chriſti amicis erepta, nec ab Antichriſto vitiata erat Eccleſia Romana, quo tempore Hieronymus & Cyprianus ipſius in pura fide conſtantiam eximijs laudibus celebrarunt. Et quamuis ipſam Eccleſiam, quandiu ſolam Chriſti vocem audiuit, laudare non dubitauerint veſtrorum tamen Epiſcoporum anteambulones inani titulo inflatos, atque Eccleſiæ prauo morum exemplo à prima illa integritate deficiendi occaſionem præbentes grauiſſimè reprehenderunt, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

182. §. 1. Sint tibi Sophiſmata, ea, quibus reſpondere numquã poteris, qui ſolis es cõuitijs, calumnijs & mẽdacijs potẽs & diues, non me mouebis.

2. Quoniam autem vera fide Chriſto coniun Oſee 2.
gimur, ſpõſamur eodem dicẽte, *Sponſabo te mihi in* D. Au-
fide. Hæreticorum autem *fides, non fides ſit appellanda*, guſtinus
quia falſa eſt, proculdubiò, non tales, quales eſtis lib de
ſponſus Chriſtus agnoſcit. Rurſus, quoniam non continẽt.
niſi caſtas virgines pro ſponſis ſuis agnoſcit, di- cap. 12.
cente Apoſtolo, *Deſpondi vos vni viro virginem caſtam* 2. Cor.
exhibere Chriſto, fruſtra eum ſponſum veſtrũ vo- 11.
catis, quibus, coram eo, & mundo, nihil turpius, nihil fœdius.

3. Tempore illo D. Hieron. Romana Eccleſia cõtra Pelagianos, pueros baptiſmo ad ſanctificationem ineundam & recipiendã indigere profitebatur, negabatque pueros ex matrũ vtero ſanctificari. Eodem ſeculo, in Euchitas, Enthuſiaſtas, Maſſilianos, Baptiſmum & Euchariſtiam gratiam conferre aſſerebat, credebat. Contra Montaniſtas pœnitentiam. Contra Arianos, ieiunia & ciborum diſcretionem probabat. Contra Cerdonianos, Marcioniſtas, Manichæos, Valentianos, Florianos, Blaſtitas, Seleucianos, Hermianos,

Digitized by Google

mianos, liberum arbitrium hominem non perdidiſſe adſtruebat. Contra eoſdem, Deum non eſſe malorum cauſam defendebat. Cõtra Iouinianum, cælibatum matrimonio præferebat. In Vigilantium, Aerium, Sanctorum inuocationem, oblationes, luminaria, pro defunctis preces propugnabat. Contra Simonianos, D. Petri & eius ſucceſſorum auctoritatem & in omnes principatum. Contra Eunomianos, bona opera ad ſalutem æternam eſſe neceſſaria. Contra Donatiſtas, Eccleſiam Chriſti bonos & malos complecti. Contra Euchitas & Maſſilianos, benedictiones ſuper panem, vinum, aquam, ſal, ceram, oleum, muros, pauimenta Eccleſiæ, mitras, calices, & reliqua ornamenta non eſſe necromantiam prædicabat. Contra Neſtorianos, Dioſcorianos, Eutichianos, omnes ad obedientiam reddendam ſummo Pontifici aſtringi. At *nondum*, ſcribis, *ſponſi noſtri Ieſu Chriſti amicis erepta, nec ab Antichriſto vitiata erat* adhuc pura fides & doctrina erat. Ergo hæretici erant, contra quos omnem iſtam fidem & doctrinam aſtruebat, docebat & propugnabat. Omnem iſtam fidem ac doctrinam Eccleſia Romana tuetur & contra vos profitetur. Collige ergo ex tua ipſius confeſſione vos hæreticos eſſe, qui eandem fidem ac doctrinam cum ſuperioribus illis hæreticis impugnatis. Atque ſic, meritò in vos

Romani tollant equites, peditesq́; cachinnum.

Hoc telum ſi effugere poteris;

—— Eris mihi magnus Apollo.

4. Non negamus ſemper aliquos extitiſſe, etiam

Digitized by Google

etiam illo ſeculo, qui à veritate deficerent, qui à morum integritate declinarent. Extiterunt, tempore Apoſtolorum, extiterunt omnibus ſeculis. *Ergo fides Romana Eccleſiæ euacuata?* negat Apoſtolus. Rom. 3.
Negat poſt eum D. Cyprianus, quem de Lapſis citas. *Si enim Iudas à fide defecit, propterea fides ac firmitas Apoſtolorum euacuata?*

5. Conuitia, calumnias, quibus fruſtrà abuteris pag. 363. 364. & aduerſum nos D. Cyprianum, & Tertullianum, ſi viuerent, armatos iri inaniter iactas, crambe toties recoctas non attingo. Non enim iſtæ exuuiæ hæreticorum ſunt, D. Cyprianus
non Caluiniſtarum, *apud quos nihil niſi perfidia & contentio ſanctitatis & veritatis inimica; Apud quos nihil* Epiſt. 73.
gratiæ aut poteſtatis eſſe poteſt: quando omnis gratia & po- ad Iulian.
teſtas in Eccleſia Catholica conſtituta eſt, à qua illi ſe ſciderunt, & 75.
inquit D. Cyprianus. *Qui in ſemetipſos ſententiam ferunt, ſuo arbitrio de Eccleſia Dei recedendo: hæc* D. Hier. in 3. cap. ad Titū,
enim receßio, propriæ conſcientiæ eſt condemnatio. Qui medicum accuſant, quòd venena prodiderit, non innocentiæ merito, ſed criminis communione, ſcribit D. Hieronymus. & Apolog. 1. in Ruffin. cap. 1.
Iſtæ exuuiæ, non eorum, qui ſemel ſua prodegerunt. *Nullum ſchiſma, non ſibi aliquam hæreſim confingit, vt rectè ab Eccleſia videatur receßiſſe*, ait idem D. Hieronimus in capitulum tertium ad Titum. Quòd cum probè nouerimus, omnis tua in conuitiandi & calumniandi ſtudio felicitas, omnis tua in arguendo luxuries, nullius poteſtatis, nullius gratiæ eſſe poteſt.

Dira parens Medea ſuos ſæuißima natos
Perdidit; & ſperas, parcat vt illa tuis?

Animas

Digitized by Google

Animas veſtras prodegiſtis hæreſi, infidelitati, impietati ac omni improbitati, noſtras ſanctitati ac ſaluti prodigeretis? Aut ijs credendum, qui ſemel impoſuerũt, vel quoquo modo læſerunt, vel denique qui cum ſua dilapidarint, vix aliorũ curam cõmode gerũt? Agis Archidami filius minime duci fidem habendam olim voluit, neque ei credendum iuuenum exercitum, qui ſuam ipſius patriam miſere prodidiſſet. Christianã rempublicam, animas Christi ſanguine redẽptas non prodidiſtis, non prodere ſatanæ pergitis? Et tibi conuitiãti, calumniãti fidem, auctoritatem dabimus? Cum Melanthio, non ſuſtineo Gorgiam oratorem, vt concordiam ſuadeat dicere; alijs enim de pace minime verba facere debere eum iudico, qui ſibi, vxori, ancillæ concordiam numquam perſuadebit. *Certum enim eſt, quòd qui ſibi nihil vtile proſpicit, neque in alienis prudentem fore*, dixit olim Iſocrates ad Nicoclem. Reuiuiſcat D. Cyprianus, Reuiuiſcant cæteri patres, qui in eadem, quâ nos Eccleſia omnes perorarunt, ſi qua in nos vitia arguerint, reprehenderint lubens audiemus. Eorum ſunt iſtæ partes, à quibus doctrinæ & pietatis inſtituta hauſimus. Vos autem omnis impietatis ſentinam, minimè audiemus. *Quomodo enim*
Math. 12. *poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali?* Illi quamuis exhortatione ſua ſuadeant recedere à peccatoribus; non receſſionem corporalem ab Eccleſia, non fugam ab ea corporalem ſuaderent. Neque enim ipſi, licet ſuo ſeculo monuerint recedere à peccantibus, ab Eccleſia, in qua peccata committi videbant, dolebant, ſe corporaliter ſepararunt,
Galath. 2. ab eadem fugerunt. Voluntate à peccatis, non corpore recedendum à tota Eccleſia docuerunt. Imò

Digitized by Google

Imò in eo toti ſunt, vt ſimiles vobis hæreticos, qui ab Eccleſia corporaliter recedentes, eius vnitatem ſciderunt, damnent. Quare aliò tuas conchas, tua, quod dicitur, conchilia emenda, exporta.

Petrarcham, quem toties, aerem verberando, citas ne aiſis facimus; quamquam non de Eccleſia, ſed curia Romana verba faciat.

POLYANDER CALVINISTA.

Petrarcha Nicomeditas atque occultos Chriſti diſcipulos hac Spiritus ſancti exhortatione euocaret. Exite ex ea, popule mi, ne participes ſitis peccatorum eius & ex plagis eius accipiatis. *Idem nobis congratularetur ac diceret*, ô vos abſentiâ veſtrâ fortunatos, qui maturè ex hac Babylone aufugiſtis, ne nocentium ruina veſtram innocentiam præmeret.

ANASTASIVS CARMELITA.

183.5. 1. Quid ſi negem & vetè negem, Polyander? Numquid in ſecta veſtra perorauit?

2. Qui ſunt illi *Nicodemitæ, & diſcipuli illi Chriſti occulti?* Vos? qui Chriſtum in eius membris configitis? qui animas eius ſanguine redemptas ad orcum mittitis? qui manus cruore martyrum eius plenas habetis? qui oues eius, ſummâ tyrannide opprimitis? *Occultos vocas* omnibus ac ſingulis notos? Notos? imò nimis notos & in exitium Eccleſiæ ſponſæ Chriſti natos? Allucinor, ignoti eſtis Deo. Semel enim reſpondebit, *Amen dico vobis neſcio vos*. Cur ei verò occulti & ignoti? Quia *impietate veſtra operti, & confuſione ſicut diploide*. Alioqui, quàm felix & fortunata reſpublica Chriſtiana, ſi numquam vos ſol iſte ſenſibilis vidiſſet. Non vtique euerſa omnia veſtrâ operâ intueri cogeremur, ſtarent ſacra Dei tem- Matt. 7. & 25. Pſalm. 72. & 108.

pla

pla veſtro incendio collapſa, viuerent, qui gladio veſtro ceciderunt, decubuerunt, riderent omnia, quæ furore veſtro nunc gemunt. Et vobis Petrarcha congratularetur? *Laudaret peccatores in deſiderijs animarum ſuarum?* Sed fuit quod iſtâ calumniæ plenâ iactatione, verborum inani oſtentatione Petrarcham apud omnes traduceres, proderes. Magnas ob id ſi viueret, credo, tibi grates repēderet. Sunt verò qui rem ſuam numquam facturi ſunt, quàm cum diſpendio nominis ac famæ aliorum. Feliciter, vnus ex eorum claſſe es.

CAPVT XXXVI.

Apoſtolus Galath. 2. non dicit hominem ſolâ fide iuſtificari, ſed non iuſtificari, niſi fide iuſtificetur. Fidei nomine totam profeſſionem Chriſtianam intelligit. Bona opera nihil proſunt, niſi cum fide ad ſalutem ſint neceſſaria. Spes præexigit bona opera. Fiducia vitæ æternæ adſpiſcendæ, quam iactant Caluiniani eſt temeraria & ſacris oraculis contraria. Fides reddit hominem certum de ijs quorum fidem habeat. Fiducia differt à fide & ſpe, tanquam effectus à ſuis cauſis. Nomine Iuſtitiæ hominis Chriſtiani non ſola fides intelligitur.

Po-

POLYANDER CALVINISTA.

Deſcriptiones ac diſtinctiones traditionum diuinarum ac humanarum, quas pag. 123. aceruatim accumulaſti ſunt heterogeneæ. Traditiones veſtras à verbo diuino planè diſſentire ſupra probaui.

ANASTASIVS CARMELITA.

184. §. 1. *Diſcriptiones ac diſtinctiones traditionum diuinarum ac humanarum, quas pag. 123.* produxi, heterogeneæ non ſunt, niſi apud eum, qui veritatis hoſtis eſt, qui eam intueri refugit, qui denique illis ſatisfacere ac reſpondere nequit. Aliàs cur non oſtendiſti ac probaſti heterogeneas eſſe? An quia tales eſſe voluiſti, tales ſunt? lepidè omninò. Sed apud eos, qui mendacia pro veritate ſuſpicere & adorare ſolent.

2. *Traditiones autem noſtras à verbo diuino diſſentire*, nec probaſti, nec vnquam probaturus es. Quæ hîc das verba ſunt,

——— *Notæque per oppida buccæ.*

POLYANDER CALVINISTA.

Hominem ſolâ fide coram Deo iuſtificari, his ſententijs oſtendit Apoſtolus Galath. 2. 16. Non iuſtificatur (inquit) homo ex operibus legis, ſed, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως, *id eſt*, niſi per fidem Chriſti. *Et Rom. 10. 3. de Iudæis diſputans,* Hi (inquit) ignorantes Dei iuſtitiam, & propriam iuſtitiam ſtudentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non fuerunt ſubiecti, &c.

185. §. 1. Ergo accedimus ad illud vnum grande nephas, quod me commiſiſſe tantopere conque-

Digitized by Google

conqueſtus, apud Lectorem non ſemel traducere conatus es. Quodnam illud? Nempe illud quod ad calcem cenſuræ diſputationis primæ ſubiecisti. Quòd loquutus de bonis operibus, quibus iuſtificamur, omiſerim hæc duo vocabula *Coram Deo* Omiſerim autem, vt ſcribis, ſummâ fraude, quandoquidem ex his tota tua negatio pendeat.

Allucinaris, Magiſter Ioannes, non nectere fraudes ſoleo, ſed tu conſuetæ tibi fraudis conſcius, ex dolo, & fraude me agere exiſtimas, meque tibi ſimilem putas. Itaq; non mihi alia mens fuit, quàm loqui de *iuſtificatione coram Deo*, nec extra materiæ obiectæ ſtadium excurrere volui. Scio nos non digladiari de iuſtificatione coram hominibus, quæ ex humanis actionibus & fide humana oritur; ſed de iuſtificatione coram Deo, quæ ex bonis operibus, diuina gratia & fide informatis & perfectis, procedit. Forte, quia de iſta tecum congredi timuerim? Hanc mentis tuę veſaniam exue. Siquidem erras, & grauiter erras. Inania tua miſſilia nihil omnino moror. Similibus excipiendis multis retro annis aſſuefactus.

2. Apoſtolum aſſerere *hominem ſolà fide coram Deo iuſtificari*; falſiſsimum eſt, commentum eſt hæreticorum. Quod ſi hæretici non ſunt: cur ergo hanc in Eunomio hæreſiarcha hæreſim olim Patres orthodoxi notarunt, atque eo ſeculo, in quo Eccleſia, vt ipſe fateris, in puræ fidei conſtantia adhuc florebat? Aut id, quod illo tempore hæreticum cenſebatur & erat, hoc ſeculo naturam mutauerit, dogma veritatis factum? Neque verò Apoſtolus Galatharum 2. verſ. 16. hanc doctri-

doctrinam habet. Atque vt eius ſenſum adulterares, corrumperes iſta ἐὰν μὴ διὰ πίστεως, vertiſti ſic, id eſt, *niſi per fidem Chriſti*, quæ tamen verbatim ita debent reddidi, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως, id eſt, *ſi non per fidem*, vt ſit ſenſus, *non iuſtificatur homo ex operibus legis, ſi non per fidem*, eſtque mens Apoſtoli, quod ſi per fidem Chriſti non iuſtificatur homo, non iuſtificari per legem. Quam intelligentiam Eccleſia Catholica Romana admittit, admittunt & Patres orthodoxi, quorum teſtimonijs abuteris.

Et enim cùm fides ſit radix ac fundamentum iuſtificationis coram Deo. Vnde idem Apoſtolus ex Propheta, *Iuſtus ex fide viuit*, quis ex legis operibus poteſt iuſtificari, niſi priùs ex fide iuſtificetur? Eodem ſpectant, quæ ex eodem Apoſtolo ad Romanos adducis. 10. Siquidem Iudæi illi negabant nos ex fide coram Deo iuſtificari, ſed tantùm ex operibus legis fide Chriſti nudatis. Hoc autem eſſe *propriam ſuam iuſtitiam conſtituere* velle dicit D. Paulus, & *Dei iuſtitia nolle ſubijci*, qui iſta ſtatuit. Hanc eſſe ſuam mentem aperit Rom. 3. verſ. 12. iſtis, *nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt teſtificata à lege & prophetis*. Nam, vt Origenes lib. 3 in Epiſt. ad Rom. *De iuſtitia Dei non vnam poſuit cauſam tantummodò fidei, ſed legem poſuit & Prophetas: quia neque fides ſola ſinè lege & Prophetis manifeſtat iuſtitiam Dei; neque rurſus lex, Propheta ſine fide. Alterum ergo hæret ex altero, vt ſit ex vtroque perfectio.*

Rom. 1. Cap. 10.

Origenes lib. 3. ad Rom.

Non alio ſenſu veniunt intelligenda D. Ambroſij in 10. ad Roman. & in 1. prioris ad Corinthios. D. Hieronymi in idem cap. 10. ad Rom. D. Auguſtini de ſpiritu & litera non cap. 12. vt malè annotaſti, ſed ſub finem 13. capitis. D. Ba-

Digitized by Google

filij orat. de humilit. verba, quibus volunt ex ſola fide nos iuſtificari coram Deo. Nam per fidem non intelligunt iſtud teſtimonium D. Pauli cap. 10. ad Rom. *Ignorantes Dei iuſtitiam*, &c. de particulari & ſpeciali virtute, quę fides eſt, ſed de tota & vniuerſa lege fidei Chriſtianæ, adeò vt per fidem intelligant, quidquid Chriſtianæ profeſſionis eſt. Ideo mentem eſſe Apoſtoli oſtendere, quòd quamquam lex Moyſis & lex naturæ peccatum non ſint, quia doceant à quibus abſtinendum, quid fugiendũ, quid faciendũ *non tamen quo donante hac poſſent & cui accepta referenda eſſent.* Quare illi timebant & gloriabantur, ſuperbiebant, quaſi id proprijs viribus conſecuti eſſent. At is ſpiritus, ſuperbiæ ſpiritus eſt. Hinc Apoſtolus, inquit D. Auguſtinus cap. 13. de ſpiritu & litera, de his, qui in lege naturæ ſe benè viuere gloriabantur, nec iſtud Deo acceptum referebant, dicit, *Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, qui cum Dominum cognouiſſet, non ſicut Deum glorificauerunt ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis*

D. Auguſtinus de ſpiritu & litera cap. 13.
Rom. 1.
Luc. 18.

Et Chriſtus in Phariſæum pronuntiat Publicanum *deſcendiſſe in domum ſuam iuſtificatum ab eo: quia omnis, qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur*. Tanta enim iſtorum erat ſuperbia, vt ſe non ex fide Chriſti, ſed *ex operibus ſolæ legis iuſtificari putarent, quam tamen non cuſtodiebant*. Tanta arrogantia, *vt ſe remiſſioni peccatorum ſubijcere, ne peccatores viderentur fuiſſe, nollent*, inquit D. Hieronymus, *in* 10. ad Rom. Tanta veſania, *vt ſicut ſcriptum eſt. ſpernentes Phariſæi cauſam Dei in ſemetipſis, noluerunt baptizari, in baptiſmo Ioannis*. Tanta peruicacia atque mentis peruerſitas, *vt ſacrificia legis & cætera, quæ vmbra erant veritatis, quæ per Chriſtum perfici debebant,*

quæque

quaque eius præſentia ceſſauerunt, *ei credere nolentes*, obſeruanda contumaciter defenderēt. *Vnde bene dicit Apoſtolus*, *iuſtitiam ſuam*, *quia non iam Dei eſſet*, *ſed ipſorum*. Quibus conſtat, fidei nomine, quā hominem *coram Deo iuſtificari* dicit, non ſpecialem aliquam virtutem, ſed vniuerſam Chriſtianæ fidei profeſſionem intelligendam. Atque ideo ſolam iuſtificare, quia *quo donante hæc poſſimus*, & *cui accepta referenda ſint* doceat. *Sine me*, inquit Chriſtus ſuis, *nihil poteſtis facere*. Et D. Paulus *omnia poſſum*, *in eo qui me confortat*. Et ea cauſa Chriſti eſt, quòd *in ea ſola fides ſufficiat*, inquit D. Ambroſius in 10. ad Rom. id eſt ſola profeſsio ac religio Chriſtiana: vt pote, quæ non ſolùm, vt reliquæ leges, à quibus abſtinendum, quæ fugienda, quæ facienda doceat, verumetiam, *quo donante* vniuerſa poſsimus, & cui *accepta ſint referenda*. Militatque hæc patrum & D. Pauli aſſertio in Politicos huius temporis, quibus hæc familiaris eſt, ſed impia ſententia, *In omni lege & religione*, *quis ſalutem ſuam poſſe conſequi*. Fidem ergo Apoſtolus intelligit complectentem reliquas cauſas noſtræ coram Deo confeſsionis, atque re ſic intellecta, verum eſt ſolam fidem nos coram Deo iuſtificare. Alioqui, vt de particulari & determinata, denique ſpeciatim ſumpta virtute fidei dicitur, *ſine fide impoſsibile eſt placere Deo*, ita de timore, *Qui ſine timore eſt*, *non poteſt iuſtificari*. Ita de humilitate, *niſi quis humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte*, *non introibit in regnum cælorum*. Ita de dilectione, *Qui timetis Deum*, *diligite illum*, & *illuminabuntur corda veſtra*. Et, *Remiſſa ſunt ei peccata multa*, *quia dilexit multùm*. Et, *Tranſlati ſumus de morte ad vitam*, *quia diligimus fratres*. *Qui non diligit*, *manet in morte*.

Ioan. 15.
Philp. 4.
Hebr. 11.
Eccleſ. 1.
Matt. 18.
Eccleſ. 2.
Luc. 7.
1. Ioã. 3.
1. Ioã. 2.
2. Cor. 7.

Digitized by Google

Act. 11. te. Ita de contritione & pænitentia, *Quæ ſecundùm*
Ezech. *Deum eſt triſtia pænitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.*
18. Et, *Ergo & gentibus dedit Deus pænitentiam in ſalutem.*
Galat. 5. *Cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua, ipſe animam ſuam viuificabit*. Quare Apoſtolus, vt ſe de nudâ fide non loqui oſtendat, dicit. *In Chriſto neque circumciſio, neque præputium valet, ſed fides, quæ per dilectionem operatur.*

POLYANDER CALVINISTA.

Atque in Epiſtola ad Rom. 3. 23. 24. Omnes qui peccauerunt iuſtificantur gratis, *id eſt Dei gratia, per redemptionem factam in Ieſu Chriſto: vel, vt Ambroſius hanc ſententiam interpretatur*, Iuſtificantur gratis, quia nihil operantes, neque vicem reddentes, ſolâ fide iuſtificati ſunt, dono Dei. Atq; hoc ipſum (*inquit*) Apoſtolus innuit Rom. 4. exemplo Prophetæ. Beatitudinem hominis dicit, cui Deus acceptam fert iuſtitiam ſine operibus. Beatos dicit de quibus hoc ſanxit Deus, vt ſine labore & aliqua obſeruatione, ſolâ fide iuſtificemur apud Deum. *Et Origenes lib. 3. ad Romanos* Apoſtolus dicit ſufficere ſolius fidei iuſtificationem, vt ita credens quis tantummodò iuſtificetur, etiamſi nihil operis ab eo fuerit expletum.

ANASTASIVS CARMELITA.

186. §. 1. Locus iſte Apoſtoli, à te mutilatus eſt, ita enim Apoſtolus, *omnes peccauerunt & deficiuntur*, iuxta Græcũ, quod ſic communis interpres vertit, *egent gloriâ Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

2. Por-

Digitized by Google

2. Porrò hoc loco, loquitur de prima gratia, quæ gratis datur, de fide prima ſeu infuſa, de prima iuſtificatione, quam ſcimus non cadere ſub merito. Et de ea gratia, fide & iuſtificatione loquuntur D. Ambroſius, & Origenes. Ita enim Origenes lib. 3. ad Roma. *Iuſtificatur homo per fidem, cui ad iuſtificandum nihil opera conferunt, vt vbi fides non eſt, quæ credentem iuſtificet, etiam ſi quis habeat opera legis, & videantur bona opera eſſe, operatorem ſuum iuſtificare non poſſunt.* Duo in hac ſententia complexus, 1. fidem nobis infundi ſine præuijs meritis. 2. opera non valere ſine fide. Quæ duo admittimus, ſed & cum eodem Origene opera bona in fide facta fidei coniuncta valere ad iuſtificationem coram Deo. D. Ambroſ in 3. ad Roma.

Atque hanc ſuam eſſe ſententiam ibidem illuſtrat, diſtinctionis exquiſitâ prolatione iſta. 1. *ex fide*. 2. *per fidem*. 3. *in fide*, quam iſtis correſpondere dicit. *Ex ipſo, per ipſum, in ipſo*. Ex ipſo, id eſt, *tanquam principio omnis creationis. Ex Deo enim creatura eſſe cœperunt*. Per ipſum, id eſt, *tanquam rectorem, gubernatorem, nam per eumdem reguntur, gubernantur, diſpenſantur, & initium ſubſiſtendi trahunt*. In ipſo denique, *tanquam conſummatore, perfectore earum. Siquidem, qui iam correcti ſunt & emendati, in ipſius perfectione conſiſtunt*. Ita ex fide, *tanquam initio iuſtificationis ſumpto*. Per fidem, *quia per adimpletionem bonorum operum conſummantur, & qui per fidem iuſtificantur, à bonis operibus exorſi, per fidem ſummam perfectionem accipiunt*. Itaque fidem vnam eſſe docet, ad quam non requiruntur præuia bona opera; Alteram autem, ad quam præexiguntur, & quæproinde ſunt neceſſaria ad iuſtificationem coram Deo.

POLYANDER CALVINISTA.

Eodem modo ſimilia Apoſtoli dicta alibi interpretatur Ambroſius in ſuis meditationibus in 1. ad Rom. Deus conſulens infirmitati humanæ, ſola fide hominum genus ſaluari decreuit. *Et in cap. 8.* Conuenit, vt in ſolo nomine Domini conditoris conſequatur ſalutem creatura; hoc eſt, per fidem, quia ſublatis omnibus Neomænijs & Sabbatho & circumciſione & lege eſcarum (*Auſculta Anaſtaſi*) & oblationibus pecorum, ſola fides poſita eſt ad ſalutem. *Et in cap. 10.* Hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus. Nullum opus dicit legis, ſed ſolam fidem ſufficere in cauſa Chriſti. *Atque in cap. 16.* Falſi fratres, hi erant, qui credentes in Chriſtum, legem tamen ſeruandam dicebant, non ſufficere ad plenum ſalutis effectum Chriſtum putabant.

ANASTASIVS CARMELITA.

187. §. 1. Quæ vis, vt ex D. Ambroſio in cap. 8. ad Romanos auſcultem, non legiſti, impoſuiſti; nam ne iota attingit ibi eorum, quæ citaſti. 2. Quæ autem habet in 1. 10. & 16. 1. de prima fide, & inchoata iuſtificatione. 2. de fide quæ vniuerſam complectitur Chriſtianæ religionis profeſſionem, aduerſus eos, in quos Apoſtolus diſputat, qui ſolis legis Moyſaicæ operibus, ſacrificijs, neomenijs, ſpreta Chriſtiana fide, id eſt profeſſione, ſe ſaluandos mentiebantur. Quam profeſſionem & fidem vocat Chriſti cauſam. Quam profeſſionem ac fidem vocat vno nomine Chriſtum.

POLYANDER CALVINISTA.

Similiter Auguſtinus in. 4. cap. ad Rom. Quomodo Iudæi

Digitized by Google

Iudæi per opera legis iuſtificari ſe putant iuſtificatione Abrahæ, cùm videant Abrahamum non ex operibus legis, ſed ſola fide iuſtificatum? *Et de ſpiritu & litera cap. 12.*

His igitur conſideratis tis colligimus non iuſtificari hominem præceptis bonæ vitæ, niſi per fidem Chriſti Ieſu: hoc eſt non lege operum, ſed lege fidei, non litera, ſed ſpiritu, non factorum meritis, ſed gratuita gratia.

ANASTASIVS CARMELITA.

188. §. 1. D. Auguſtinus nihil habet in 4. ad Romanos, tantùm inchoatam expoſitionem in Epiſtolam. Non ergo legere, ſed imponere potuiſti.

2. Quod attinet ad ea quæ ex eo producis ex cap. 12. lib. de ſpiritu & litera, malè citaſti vt paulò ſuperiùs dixi. Sed & in ea ſententia totus eſt, vt oſtendat.

1. Dignitatem & excellentiam Chriſtianæ profeſsionis ac fidei. Vnde, *quod lex Moyſis minando imperabat, hoc fidei lex credendo impetrat: quod Deus lege dicebat, fac quod iubeo; Lege fidei dicitur Deo, da quod iubes; lex admonet quid fides faciat, vt cui iubetur ſi nondum poteſt, ſciat quid petat: ſi autem continuò poteſt & obedienter facit, debeat etiam ſcire, quo donante id poſſit.*

2. Vt oſtendat non ſolis operibus, ſed operibus fidei coniunctis, hominem iuſtificari coram Deo. *Colligimus* (ait) *hominem non iuſtificari præceptis bonæ vitæ, niſi per fidem Ieſu Chriſti.* 3. Vt oſtendat, non ex obſeruatione legis Moyſaicæ, ſed legis fidei. *Non lege operum, ſed lege fidei.*

Digitized by Google

Profeſſionem enim vniuerſam Chriſtianam vocat fidei legem. 4. Vt oſtendat rurſus Chriſtianæ profeſſionis gratiam nobilitatem ſupra legem Moyſaicam, quia illa in literis, hæc autem in ſpiritu. 5. Vt oſtendat, primam gratiam, & iuſtificationem non meritis dari, ſed Dei benignitate & miſericordia. *Non enim (ait) meritis operum priorum, quis iuſtificatur, ſed Dei miſericordia.*

D. Auguſtinus lib. inchoatæ expoſit. in Epiſt. ad Rom.

POLYANDER CALVINISTA.

Sequentem calumniam, quòd hominem fide ieiunâ & bonis operibus vacuâ, iuſtitiam Chriſti certò ſibi applicare aſſeramus, numquam Cardinali veſtro Bellarmino excuſabis, qui è contrario teſtatur lib. 2. & 3. de Iuſtificatione, nos negare fidem, quâ coram Deo iuſtificamur, ſterilem eſſe ac poſſe ſinè bonis operibus conſiſtere, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

189. §. 1. Qui nihil niſi calumniari conſueuit, alios ſui ſimiles eſſe putat. Nihil contra Bellarmini, Stapletonis, Vegæ ſententiam pronunciaui. Tantùm dixi, *fidem bonis operibus vacuam, non certò ſibi applicare Chriſti iuſtitiam,* atque vos imponere diuo Paulo.

2. Et ſi verò, verbo & linguâ tenus dicatis vos non fidem vacuam bonis operibus intelligere, tamen eodem ore contrarium profitemini, cùm negatis opera bona ad iuſtificationem coram Deo valere. Nam eſto, *opera bona nõ poßint à fide diuelli*, quod tamen falſum eſt, eorum gratiam & virtutem negare, quid aliud eſt, quàm fidem bonis operibus deſtitutam, poſſe hominem coram Deo iuſtificare? Nequeat diuelli à calore ſplendor Solis, ſplendor autem vim nullam ſplẽdẽdi habeat, nullam lucem emittat, ad lucem non ſit neceſſarius, non à ſole ſplendorem auferas? Aut

cui

cui bono vſui ſplendor ſoli inſeparabiliter coniunctus? Ad gratiam tantùm? At quomodo conſtabit? pari ratione, quid opus eſt fidem grauidam eſſe debere bonis operibus & virtutibus, ſi nullius ſint efficaciæ ad ſanctificationem, iuſtificationem? Ad *ſolam gratitudinem*? At commentum eſt hæreticum & impium. Non perinde dicet quis de fide? Siquidem, vt paullò ſuperiùs vidimus, quæ de fidei efficacia ad iuſtificationem dicuntur in ſcriptura, de bonis operibus & virtutibus dicuntur. Quid quòd hæc aſſertio formaliter & directè opponitur ſacræ Scripturæ oraculis? Cùm Christus hæc pronũtiaret, *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata*. Alibi, *niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquã Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cælorum*, non voluit bona opera valere ad ſalutem? Cùm ſuis iiſdem diceret, *niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*, non eos ad humilitatem aſtringebat? non ſignificabat neceſſariam eſſe ad ſalutem, & coram Deo iuſtificare? Aut, ſine quibus non poteſt homo iuſtificari & beari, illa non ſunt ad beatitudinem, iuſtificationem neceſſaria? Caluiniana iſta, vt olim Eunomiana, impia dogmata procul hinc abeant. Cum Eccleſia, cum diuo Auguſtino meliora cogitemus, ſaniora penſitemus. D. enim Auguſtinus, iſta attingens. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata*. Chriſtus, ait, *ſilet fidem, non tamen morum tantummodò præcepta ſaluandis præſcribimus. Vtraque enim connexa ſunt, ſeruare mandata & habere fidem. Ideo autem aliquando alterum ſine altero pro plena doctrina inuenitur ſcriptura commemorare, vt hoc modo intelligatur alterum ſine altero eſſe non poſſe: quia, & qui credit Deo, debet facere quod præcipit Deus, & qui propterea facit, quia præcepit Deus, neceſſe*

Luc. 19.

Matt. 5. & 18.

D. Aug. lib. de fide & operibus cap. 13. & 22. & 25. & lib. de natura & gratia cap. 68.

ceſſe eſt vt credat Deo. Et ad hæc Chriſti Ioannis 5. Procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala in reſurrectionem iudicij. *Hîc non dicitur, qui crediderunt, & non crediderunt. Idem tamen intelligitur, quia inſeparabilis eſt bona vita à fide, quæ per dilectionem operatur.*

Vtraque ergo Chriſtus inſeparabiliter voluit ad ſalutem & iuſtificationem valere. Ad vtraque nos aſtrinxit. Ceſſet ergo Eunomianus, ceſſet Caluinianus ei contradicere, & obſiſtere. Qui ſi ambo pergant *conſortium prædicationis habere, conſortium habeant damnationis neceſſe eſt.*

Tertull. præſcript. cap. 34.

POLYANDER CALVINISTA.

Diſcrepatio de iuſtitia operibus, fidem ac ſpem præcedentibus, non minus eſt falſa, quàm à propoſito aliena. Falſam dico, quoniam Apoſtolus docet charitatem, quæ omnes virtutes in ſeſe complectitur, ex fide oriri, cùm ait. Finis mandati eſt charitas, ex puro corde & conſcientia bona, & fide non fictâ. *Idipſum agnoſcens Auguſtinus*, Ipſa, *inquit*, opera, quę dicuntur ante fidem, quamuis videantur hominibus laudabilia, inania ſunt. Ita mihi videntur eſſe, vt magnæ vires & curſus celerrimus præter viam. Nemo ergo computet bona opera ſua ante fidem. Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit.

1. ad Tim. 1. 5.

ANASTASIVS CARMELITA.

190. §. 1. Hominum propudioſiſsime, cur ſemper imponis? Non enim de operibus fidem præcedentibus ſum loquutus, ſed ijs, quæ ſpem præcedere debeant. Putas, parem fidei, & ſpei eſſe rationem ordinis ambarum? Credere quis poteſt vitam æternam eſſe, iuſtificationem coram

Digitized by Google

ram Deo eſſe, cui tamen adhoc, non præexiguntur bona opera. *Dæmones credunt & contremiſcunt,* in quibus nulla bona opera: ſed ſperare vitam æternam nemo poteſt, niſi præſuppoſitis bonis operibus; imò præſumit qui ſine illis exiſtimat ſe eam conſecuturum. D. Iacob.

2. Quamquam porrò loquutus fuiſſem de operibus fidem præcedentibus, non perperam, nec à propoſito alienum quid dixiſſem. Nam *in omni gente, qui facit iuſtitiam, Deo acceptum* intulit olim D. Petrus. Aut non profuerunt Centurioni Cornelio opera bona, Eleëmoſynæ? Opera bona, eleëmoſynę, quas antequam Chriſtianus eſſet faciebat, antequam in Chriſtum crederet? Profuerunt proculdubio, & ei diſpoſitiones fuerunt, quibus ad fidem Chriſtianam apud Deum iter viamque ſibi aperuit. Adeò ſunt bona opera neceſſaria. Act. 10.

3. Obijcis Apoſtolum dicere *charitatem*, quæ omnes virtutes complectitur, *ex fide non ficta prouenire.* Veriſsimè Apoſtolus. Verùm, non ſi eſſe ſimplex & abſolutum charitatis ſpectes, ſed eſſe relatum; charitas enim non ſimpliciter & abſolutè pendet à fide. Nam extra fidem quis diligere poteſt, omni virtutum moralium genere affluere. At in eſſe relato, nempe, vt hæc charitas omnes virtutes complectens, homini coram Deo ad iuſtificationem & ſalutem valeat, in fide fieri debet. Et idipſum eſt, quod D. Auguſtinus agnoſcit, loco à te minimè aſsignato, cùm dicit *opera ante fidem facta, licet videantur laudabilia, inania tamen eſſe*, nempe id iuſtificationem & ſalutem coram Deo conſequendam, merendam. Cùm dicit, *vbi fides non eſt, bonum opus eſſe non poteſt.* Bonum boni- D. Aug. præfatione in pſal. 10.

bonitate meriti coram Deo. Probat quidem cùm ſubdit: *Bonum opus intentio facit, ſed intentionem fides dirigit*. Poteſt quis extra fidem habere bonam intentionem, & propterea opus moraliter bonum facere. Sed nec ſic coram Deo iuſtificabitur. Quid igitur opus eſt? Vt eiuſmodi bona intentio ad Deum dirigatur. Deum rurſus, non ſimpliciter & abſolute, ſed cum adiuncto, Deum redemptorem, iuſtificantem, ſaluantem & beantem, qualem per filium ſuum agnoſci & cognoſci voluit. Vnde Apoſtolus Rom. 4. verſ. 5. *Credenti in eum qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam.* Et Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit*. At, ad talem intentio noſtra non poteſt dirigi, niſi duce fide non ficta. Hoc ſenſu rectè Apoſtolus, doctè & Chriſtianè D. Auguſtinus.

POLYANDER CALVINISTA.

Ad Regis & Prophetæ Dauidis, quam profers exhortationem, ſacrificate Sacrificium iuſtitiæ & ſperate in Domino, *vno verbo reſpondeo, vocabulum ſpei, pro fide firmáque fiducia, non ſolum in hoc loco, ſed etiam in multis alijs vſurpari, propterea quòd hæ duæ virtutes vno eodemque fundamento certiſſimis nimirum Dei promiſſionibus, ſicuti Caluinus (quem veſter Stapletonus diligentem vocat ſacræ Scripturæ, interpretem) Lectorem aliquoties admonet.*

ANASTASIVS CARMELITA.

191. §. 1. Hoc loco Dauidis Regis & Prophetæ, ſpem pro fide, firmaque fiducia vſurpari, quid ſi conceſſero? Non quod nunc negabas, conceſſurus eris? Dauid enim iuſtitiæ opera ad ſpem, de qua canit, præexigit; tu verò nomine ſpei, fidem & firmam fiduciam, intelligi dicis: non ergo concedis ad fidem & firmam fiduciā bona opera præexigi?

exigi? verùm mihi tã facillimũ eſt negare, quàm
falſiſſima eſt tua reſponſio & aſſertio. Capitur
pro virtute diſtincta à fide, (licet eam præſuppo-
nat) quæ à noſtris ſic definitur, vt ſit *virtus quæ-
dam & lumen quoddam diuinum à Deo infuſum dirigens
actum noſtræ voluntatis ad firmiter expectandum bonum* Magiſter
æternum, creditum. A Magiſtro autem ſententia- ſentent.
rum, vt ſit *certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia* lib. 3. diſt. 30.
& meritis prouenieñs. Quomodo autem certa? 1. Fidei 1. Ioan. 3.
& coniecturali certitudine, non demonſtratiua. Rom. 8.
2. Adoptionis certitudine. *Videte qualem charitatem* pſal. 144.
dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & ſimus. Nam, Rom. 3. & 2.
ſi filij & hæredes, cohæredes autem Chriſti. 3. Veritate Tim. 2.
promiſsionis. *Fidelis enim eſt Dominus, & ſanctus in* D. Ber-
omnibus operibus ſuis. 4. Poteſtate redditionis. *Scio* nard. ſer-
cui credidi & certus ſum quia potens eſt Deus depoſitum mon. de ſeptem
meũ reddere in illa die iuſtus iudex. Hæc D. Bernardus. panibus.

2. Cæterùm, quamquam iſtæ duæ virtutes innitantur promiſſionibus Dei firmiſſimis, promiſſiones tamen Dei ſunt conditionatæ. Vnde D. Petrus. *Per bona opera certam facite vocationem veſtram*. Promiſit Deus ſalutem æternam, ſed *mandata ſua ſeruantibus*. Promiſit *coronam immarceſſibilem, ſed legitimè certantibus*. Eadem de cauſa, licet Chriſti paſsio ſit cauſa efficiens meritoria & ſufficiens noſtræ ſalutis, cuius tamen virtus &
efficacia haud applicatur niſi obtemperantibus 1. Pet. 1.
ſibi. *Chriſtus per paſsionem ſuam conſummatus, factus eſt* Luc. 10.
cauſa ſalutis, ſed omnibus obtemperantibus ſibi. 1. Pet. 6.

3. Quòd autem gloriaris, *Stapletonum vocare Cal-* 2. Tim. 2.
uinum diligentem ſacræ Scripturæ, quo ad literam interpre- Hebr. 5.
tem, addit, vt ex antecedentibus & ſubſequentibus colligi poteſt, impium & peruerſum. Quis enim negat fures & latrones in furtis, & latro-

nijs

ciniis vigiles & diligentes eſſe? nempe in eo omnis eorum cogitatio, ſtudium. Vt idem iudicemus de Caluini diligentia, in interpretandis ad literam ſacræ Scripturæ teſtimonijs. Quid ſi cum Origene dixero eum diligentem, ſed minimè

Origenes tract. in Math. 24. & 25. bonum & verum? *Non enim boni ſcribæ*, ait, *qui aliud nihil poſitum in ſcripturis putant, quàm quod ſimplex ſermo Scripturæ demonſtrat, ſed adhuc contemnunt eos, qui Dei altitudinem ſcrutantur.*

POLYANDER CALVINISTA.

Prou. 28. *Cùm Salomon iugiter* pauidum beatum eſſe *pronuntiat, non fidei pauorem, de quo loquitur, ſed inflexibili reproborum Deum ipſum contemnentium obſtinationi opponit, vt patet ex* verbis ſequentibus; *Qui autem obdurat animam ſuam, ruet in malum.*

ANASTASIVS CARMELITA.

192. §. 1. Feſtiuè verò, Deum non contemnunt, reprobi non ſunt, qui quæ accepta à Deo habent, eidem non referunt, ſed ſibi, velut auctoribus attribuunt? Vſque adeò, vt ſibi ob id, Deum debitorem eſſe præſumunt? Tales, etiam intra fidem nulli? Non repugnat iſtud humilitati fidei ac profeſsionis Chriſtianæ? Non etiam Deum contemnunt, non reprobi, qui ſola fide fulti, omni fiducia, ſe ſaluandos putant, & Deum ſibi fore remuneratorem præſumunt? Aut ſolam fidem Deus præcipit ad ſalutem, excluſis operibus? Imò non ſpeciem alteram eorum conſtituunt, *qui animam ſuam obdurant?* Quæ cùm ita ſint, non etiam de fidei pauore, id eſt, de eo timore & pauore, qui in profeſsione Chriſtiana habendus prædicatur? Non ergo eum timorem ac pauorem, apponit ei fiduciæ, quam, ſecluſis bonis operibus, fidei tribuitis?

2. At-

Digitized by Google

2. Atque eò magis, quia *fides veſtra*, vt pote hæretica, *fides non ſit, quia falſa?* Eò magis, quòd vt olim Donatiſtæ, *Habeatis res magnas, quas inter iuſtitias veſtras ventiletis?* Nempe *diuiſionem Chriſti, reſciſſionem ſacramentorum Chriſti, deſertionem pacis Chriſti, bellum contra membra Chriſti, criminationes in coniugem Chriſti, negationem promiſſorũ Chriſti?* Hæc enim ea ſunt, quæ pro inſtitijs veſtris oſtẽtare poteſtis. D. Auguſtinus lib. de continẽt. cap 12. & lib. 2. contra Gaudent. cap. 17. Epiſt. 2

POLYANDER CALVINISTA.

Timor filialis ad quem Petrus & Paulus nos adhortantur Philip. 2. & 2. ad Corinth. 7. & 1. Pet. 1. Non eſt fidei obſtaculum, ſed illius calcar & ornamentum. Is ſiquidem nos ad Chriſtum noſtrum interceſſorem manu fidei apprehendendum auidiores reddit.

ANASTASIVS CARMELITA.

193. §. 1. Appoſitè, ſi dijs placet, eſto, non ſit timor, de quo D. Petrus & Paulus loquuntur *obſtaculum fidei*, propterea non opponitur temerariæ illi fiduciæ, quam per ſummam fraudem & impietatem ſacrilegi veſtri ſchiſmatis animis inculcatis? Ei fiduciæ, quàm nec Scriptura, nec Eccleſia aliquando agnouit? Ita enim diuina oracula, ex oppoſito monent. *Operamini ſalutem veſtram in timore. Perficite ſanctificationem in timore. In timore, incolatus veſtri tempore conuerſemini, cum modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam.* Vt iſtis oraculis nihil formalius aduerſetur ac opponatur veſtræ impiæ fiduciæ. Phil. 2. 2. Cor. 7. 1. Pet. 1.

2. Neque fidei ornamentum tantùm eſt, ſed etiam ei coniuncta tanquam altera virtus & cauſa ad iuſtificationem & ſalutem æternam conſequendam præſcripta. *Qui enim ſine timore eſt, non poterit iuſtificari*, inquit diuina Scriptura. Eccleſ 1.

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Quæ poſtea de dubitatione, an quis amore, an odio ſit dignus de charitate & poteſtate remittendi peccata Apoſtolis & Eccleſiæ paſtoribus data, ſine vllo iudicio effutis. Sunt ἀπροσδιόνυσα*, nihilque ad rem faciunt. Non enim de incertitudine remiſſionis peccatorum; ſed externorum euentuum Eccleſiaſten loqui cap. 9. tam ex verbis præcedentibus, quàm ex ſequentibus apparet. Nam verſu vltimo cap. 8 fatetur ſe animaduertiſſe, totum Dei opus quod fit ſub ſole, non poſſe hominem aſſequi, nec vnquam in hac vita aſſecuturum, tametſi id laborioſè quærat. Cuius impoßibilitatis cauſam proponit initio verſ. 1. quoniam ſcilicet,* in animo ſuo condidit, *idque verſu, nimirum. 2. & ſequentibus, ſit declaraturus;* Iuſtos, ſapientes ſimiliterque iniuſtos & inſipientes cum factis eorum eſſe in manu Dei, *ſingula pro ſua prouidentia nobis incomprehenſibili, diſponentis. Sequente enim verſu, tam de improborum ac ſtultorum, quàm de proborum ac ſapientum ſtatu differens,* omnia (inquit) eueniunt conſimiliter omnibus: euentus vnus eſt iuſto & iniuſto bono; & malo, mundo & immundo, ſacrificanti quoque & non ſacrificanti: ſicut bonus, ſic qui peccat, & is qui iurat, eſt ſicut is, qui iuramentum timet.

ANASTASIVS CARMELITA.

194. §. 1. Imò nihil potuit adduci ad rem magis faciens, quàm hoc teſtimonium cap. 9. Eccleſiaſte. Pugnat enim directè in vos & vobis ſimiles, qui, vt loquitur cap. 8. *licet impij, ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant.* Quod vnum, *vaniſsimum eſſe* indicat Salomon.

2. Loquitur, obijcis, de externorũ euentuum incertitudine. Reſpondeo, non ſimpliciter & abſolutè, ſed de cognitione & notitia amoris & odij

Dei

Dei erga nos, quã ſiquis poſſet aſſequi, ex euentu rerum externarũ aſſequeretur; quod tamen non contingit; *Quoniam* (ait) *omnia æquè eueniunt omnibus, quoniam euẽtus vnus eſt iuſto & iniuſto, bono & malo*, &c.

3. Quę de charitate habui; habui vt oſtenderem ſolam fidem nõ nos corã Deo iuſtificare, non vt improbarẽ fiduciã, illam veſtram fidem non ſufficere ad ſalutem cõmentitiã, quamquã impia ſit.

4. Quæ de poteſtate remittendi peccata ſcripſi & recenſui, non etiam contra iſtam veſtram fiduciam vaniſſimam, vt cum Salomone loquar, ſed vt oſtenderem Eccleſiam non dubitare de peccatorum remiſſione, quum è contra peccatorum remittendorum poteſtatem acceperit, à Chriſto, de qua gloriari iure poteſt.

POLYANDER CALVINISTA.

Eam interpretationem Belarminus his verbis illuſtrat. Deus vt ſuos in humilitate conſeruet, interdum ſinit eos affligi, & rurſum ne deſperent, interdum eos mirifice conſolatur. Et ſimiliter impios, nunc, vt alliciat ad ſe beneficijs temporalibus cumulat, nunc, vt eoſdem deterreat à peccatis, ſeuerè punit. Ita beneficia & flagella diuina, nec odij, nec amoris certa ſunt indicia. *Idem fatetur hominem iuſtum, ſi ſpiritus ſanctus ei perſpicuè id reuelare voluerit, ſcire poſſe ſe dignũ eſſe amore non odio*, nempe per experimenta quædam & internas conſolationes, *quas, dum certam fidem facere inficiatur, ſibimetipſi & Apoſtolo Paulo apertè contradicit*. Si enim Deus, quum iuſtos caſtigat, ne vnquam deſperent mirificè conſolatur, *vt ſupra dixit Belarminus*, perſuaſio, *illa interna de Dei gratia & remiſſione peccatorum, quam per ſpiritum fidei ac conſolationis, Deus pater miſerationum, in ipſis alit & conſeruat, eſt firma, indubitata & perſeuerans*,

Bellarm. lib. 4. de iuſtific. cap. 4.

Digitized by Google

non ſibi & Apoſtolo contradicit?

ANASTASIVS CARMELITA.

195. §. 1. Quin potius, Belarminus hanc tuam interpretationẽ refutat. Ex hoc loco Eccleſiaſte 9. refellit veſtram de certitudine ſalutis & gratiæ, amoris denique vanitatem. Primùm enim adducit hoc Salomonis teſtimonium, in quo (ait) de ſolis iuſtis & ſapientibus loquitur. *Sunt iuſti & ſapientes, & opera eorum in manu Dei; & tamen neſcit homo an amore, an odio dignus ſit.* Ad cuius loci maiorem euidentiam profert D. Hieronymi expoſitionem, qui in cap. 9. Eccleſiaſte ita loquitur. *Horum verborum eſt ſenſus. Inueni quidem iuſtorum opera in manu Dei eſſe, & tamen vtrum ametur à Deo, an non, nunc eos ſcire nõ poſſe & ambiguos fluctuare, vtrum ad probationem ſuſtineant, quæ ſuſtinent, an ad ſupplicium. In futuro igitur ſcient, & in vultu eorum ſunt omnia, id eſt antecedet eos cùm de hac vita diſceſſerint notitia iſtius rei. Quia nunc eſt iudicium & nunc certamen. Et quicumque aduerſa ſuſtinent, vtrum per amorem Dei ſuſtineant, vt Iob, an per odium, vt plurimi peccatores, nunc habetur incertum.* Secundò Bellarminus, non lib. 4. de iuſtificatione, vt malè annotaſti, ſed. 3. cap. 4. oſtendit de notitia hunc locum intelligi, quæ poteſt haberi ex euentu externo, contra Caluinum, qui lib. 3. inſtitut. cap. 2. §. 38. vt tu hîc, impiè nugatur. Salomon enim voluit demonſtrare homines iuſtos non poſſe certò ſcire vtrum à Deo diligantur. Si enim certò reſcire poſſent, maximè ex euentu rerum externo, id eſt Dei beneficijs. At æquè, in hoc mundo hęc communia ſunt iuſtis & iniuſtis, vt Salomõ pronũciat: *hoc excepto*, inquit Bellarminus, *quòd Deus vt ſuos in humili[illegible]te cõſeruet, & interdũ ſinens affligi, ne deſperẽt, interdũ [illegible]s mirificè cõſoletur. Impios*

autem

autem beneficijs tẽporalibus alliciat, nũc ſeuerè puniat, vt eos à peccatis deterreat. Sic quòd beneficia & flagella diuina, nec odij nec amoris certa ſint indicia. Tertiò, quia Salomon ſubiungat, *ſed in futurum omnia reſeruantur*. At poſt hanc vitam non ſeruatur nobis iſta cognitio ex euentibus externis, ſed abſolutè & longè excellentiore modo ac medio. Quartò, quia intentio Salomonis ſit oſtendere vnam ex miſerijs humanæ vitæ hanc eſſe, nec minimam, quòd homines etiam iuſti & filij Dei meritò formidare poſſint, ne fortè non ſint verè iuſti. Quòd ſi certò ſcirent in hac vita, vndecumque ſcirent, non opus eſſet ſeruari in futurum incertum. Quintò, poſt D. Thomam, nonniſi diuinâ reuelatione, eaque ſpeciali, perſpicua id ſciri poſſe. Sextò hanc ſpecialem ac perſpicuam reuelationem, non ordinariè fieri. Septimò fieri frequentiùs per experimenta quædam & internas conſolationes, quæ tamen certam fidem non faciunt.

D. Thomas 3. quæſt. 112. Art. 5.

2. Inſurgis, Bellarminum ſibi contradicere, deinde Apoſtolo. Vt ſibi contradicere oſtendas, eidem imponis, quæ minimè ſcribit. Vnum, quod dicat Deum ſic ſuos conſolari, *vt numquam deſperent*. At iſtud vocabulum *numquam*, ex tuo addidiſti; Nam ſic tantùm ſcribit. *Deum mirificè conſolari ſuos ne deſperent*. Siquidem ſi ſic ſuos quamdiu ſunt in mundo conſolaretur, *vt nunquam deſperarent*, eos confirmaret, ne poſſent reſilire, quod ſolitò non facit, ſed eos ſuæ libertati relinquit, quamquam non deſinat cõſolari. Alterum, quòd aſſerat *internam illam perſuaſionem de Dei gratia eſſe firmam, perſeuerantem, & indubitatam*; has enim conditiones commentus es. Non enim vult conſolationes illas internas, experimenta illa, eſſe per-

Digitized by Google

ſuaſiones firmas, perſeuerantes, & indubitatas; atque aliud eſt Deum interius hominem conſolari, aliud hominem hoc ſibi firmè, perſeueranter, indubitatè perſuadere, quod contingeret, ſi conſolationes illæ internæ, & experimenta illa, eſſent perſuaſiones firmæ, perſeuerantes, & indubitatæ. Cùm autem tales eſſe minimè ſcribat, non ſibi cōtradicit, quando addit conſolationes illas internas & experimēta *fidem certam non facere.*

Quòd autem Apoſtolo contradicat pergis, oſtendere. 1. quia Epheſ. 1. D. Paulus, dicat *in Chriſto credentes ſignatos eſſe ſpiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.*

Epheſ. 1. verſ. 13. 2. Quòd idem Apoſtolus Rom. cap. 8. doceat. *nos non accepiſſe ſpiritū ſeruitutis in timore, ſed adoptionem filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Spiritum teſtari ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei, ipſi us hæredes, cohæredes autem Chriſti.* Quaſi verò iſtis in locis D. Paulus non loquatur, partim de his, quę ad fidē ſpectant, partim de his, quæ ad dona glorię, quæque in ſpe data ſunt nobis, ſed de gratia & charitate. Quaſi par ratio ſit fidei ad ea, quorum homo fidem habet, & ad ea, quæ ſunt gratiæ & charitatis. At Dominus Miniſter grauiter allucinatur. Nam de ratione fidei ſua certitudine intellectum perficientis, de qua in iſtis locis loquitur Apoſtolus, eſt, vt hominem certum reddat de his, quorum fidem habet. Verbi gratia, per fidem certò ſcio Euangelium Chriſti prædicatum ab Apoſtolis eſſe *verbū veritatis & ſalutis.* Per eamdem certò ſcio *me Spiritu ſancto vnctum*, per eamdem certò ſcio me *non accepiſſe Spiritum ſeruitutis in timore, ſed adoptionem filiorum Dei, & in eodem ſpiritu me clamare, Abba, pater.* Per eamdem certo ſcio eumdem *ſpiritum teſtari ſpiritui*

ritui meo, quòd ſim filius Dei. Sed quantum ad ea, quæ charitatem & gratiam concernunt, fides nonniſi cōditionaliter certū facit. Exēpli gratiâ, ſcio ſciētia fidei, quòd ſi quemadmodū Dominus præcepit vixero, eius gratiam mihi non defututurā. Ita enim Ioan. 14. *Si quis diligit me, ſermo vem meū ſeruabit & Pater meus diliget eum, & ad eū veniemus & manſionem apud eū faciemus.* Vt quis gratiā & amore Dei dignus ſit, eſt quod ſermonem ſeruet, nō tantùm quo ad ſubſtātiam actus, ſed etiā quoad modū, qui modus non vnus tātùm eſt. Fides nō certò ſcire facit an quo ad vtrūque, ſermonē ſeruauerim. Quis enim quātacumque fide polleat, certò ſcit ſe vixiſſe ſicut Dominus præcepit? Nūquam hoc ſic ſciet, in hac vita, Polyāder. Hinc eſt, quòd fides quantum ad ea, quę ſunt charitatis & gratię, nonniſi conditionaliter ſcire det me eſſe in gratia & Dei amore. Hinc D. Hieron. *Homo videt in facie, Deus in corde, & quod nobis interdū videtur mundum, Dei oculis ſordidum deprebenditur.* Et alibi. *Sunt iuſti, ad quos peruenit, quaſi opus impiorum: ſunt impij ad quos peruenit, quaſi opus iuſtorum. Hoc idcirco dicitur, quia certū iudiciū, Dei ſolius eſt.* D. Baſilius conſpirat. *Multa peccātes, plurima neque intelligimus. Quapropter dicit Apoſtolus*, nihil mihi conſcius ſum; ſed nō hoc iuſtificatus ſum, *hoc eſt multa pecco, & non intelligo.* D. Chryſoſt. introducit D. Petrū de ſe ita loquentem, *Propterea contriſtatus ſum, ne fortè me amare arbitratus, non amem vt antè cum imbecillis inuētus, me fortem atque conſtātem putarem.* Diuus Auguſtinus hæc exponens, *Ad meipſum anima mea conturbata eſt.* Sic ſcribit, *Noui, quia iuſtitia Dei mei manet, vtrum mea maneat, neſcio. Terret enim me Apoſtolus dicens. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Illo ſeculo, vt fateris, adhuc pura erat Eccleſia. At hæc erat illo tempore

Ioan. 14.

D. Hier. lib. 3. commēt. in 13. Hierm. & lib. 2. aduerſ. Pelag.

D. Baſil. cap. 2. conſtitut. Monaſtic.

D. Chryſoſt. hom. homil. 87. in Ioann.

D. Auguſtin. in pſal. 41.

Digitized by Google

re eius doctrina, in quam inſurrexiſtis. Cede Deo miſer.

Iſta porrò Epheſ. 1. & Rom. 8. *Spiritus ſanctus eſt pignus hæreditatis æternæ. Si filij & hæredes, cohæredes autem Chriſti*, pertinent ad dona gloriæ, quæ ſunt nobis data in ſpe. Ea certiſſime per fidem cognoſcimus. Verumtamen non certò ſcimus, nos gratiam habere, per quam iſta mereri debemus. Spiritus quidem ſanctus *pignus eſt hæreditatis æternæ*, ſed efficaciter, nonniſi his, qui in gratia cõſtituti ſunt. *Si filij* non degeneres erimus, *hæredes* erimus, *cohæredes Chriſti*. In ſpe hæc data ſunt. Sed quia, vt dictum eſt, bona opera ad ſpem præexiguntur, quæ vtrum bona ſint bonitate præſcripta certò non ſcimus, fit vt certò non ſciamus, an digni ſimus illa hæreditate, ac regno Dei; fit vt certò ſcire nequeam' an gratiâ, an amore digni ſimus. Ad hoc enim iſtud, oporteret eiuſdem gratię principium & obiectũ cognoſcere Deũ, qui gratiæ eſt principiũ. Nemo autem Deum propter ſuàm excellentiã comprehendere poteſt. *Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram*, inquit Iob. Adeò vt eius præſentiam in nobis, abſentiam à nobis benefacientibus, per certitudinem ſcire nequeamus. *Si venerit ad me non videbo eum; ſi autem abierit non intelligam*, ait idem Iob. Quare & Apoſtolus. *Neque meipſum iudico, qui autem iudicat me Dominus eſt*. Et D. Auguſtinus. *Quantalibet iuſtitia ſit præditus homo, cogitare debet ne aliquid in illo, quod ipſe non videt, inueniatur culpandum.* Theodoretus autem ad hæc Apoſtoli, *nihil mihi conſcius ſum*, ſic habet, *non me à peccato immunem pronuntiabo; ſed Dei ſententiam expectabo. Sæpè enim euenit, vt etiam ignorantes peccent, æquumque & iuſtum eſſe exiſtiment, ſed hoc aliter videt vniuerſorum Deus*,

Iob 36. Iob 9. 1. Cor. 4. D. Auguſtinus lib. de perfectione iuſtitiæ. Theodoret. in 4. cap. prioris ad Corinthios.

3. Obij-

3. Obijcis eumdem Apoſtolum diceret *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti*. At hæc ſcientia, ex conectura tantùm eſt. Nam cùm video aliquem hominem tam proſperis, quàm aduerſis benè vtentem, Deum hunc diligere, & ex prædeſtinatis eſſe conijcio. Verùm hæc cognitio imperfecta eſt. Neque enim video, quo animo, quâ intentione, proſperis & aduerſis bene coram me vtatur. Hanc cognitionem, hoc iudicium ſibi Deus reſeruauit. Vnde Apoſtolus. *Nolite ante tempus iudicare, quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*. Cæcus ergo es? non vides vos vobis vſurpare, quod Deus ſibi reſeruauit? Rom. 8. 1. Cor. 4.

4. Opponis iſta eiuſdem Apoſtoli, *certus ſum quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neq; virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos ſeparare à charitate Chriſti*. Hæc nihil ad rem, aut ſunt petitio principij. Nam iſtis D. Paulus deſcribit vires charitatis, de quibus hîc non diſceptamus. Petitio autem principij, quia, quis certò ſcit ſe charitatem habere? Quis certò nouit tantâ ſe gratiâ ac charitate donatum, ornatum? Non igitur Bellarminus Apoſtolo contradicit.

POLYANDER CALVINISTA.

Imò non ſine manifeſtiſſimâ contradictione ac blaſphemia in Spiritum ſanctũ, ait Bellarminus ipſius cõſolationes incertam in nobis facere fidem; ac proinde Spiritum ſanctum falſum gratiæ diuinæ teſtem reperiri; Pauli doctrinam eſſe academicam, aduerſus quam vobis diſceptare liceat, ac fidem eſſe

opinionem de incerta Dei promiſſione, quam cum dubitatione amplectitur. Id eſt, fidem non eſſe πίστιν, *ſeu certam animi perſuaſionem, neç Emunah, ſeu firmam fiduçiam conſtantiſſimæ diuinarum promiſſionum veritati innitentem, cui dubitatio eſt adeò contraria, vt qui hanç conſtituit, illam neceſſariò tollat.*

ANASTASIVS CARMELITA.

196. §. 1. Bellarminus non ſcripſit internas conſolationes ordinarias Spiritus ſancti facere fidem *incertam*, tantùm *non certam* facere. Illud enim diminuit, iſtud autem fidem in ſuo ſtatu relinquit. Quare etſi Spiritus ſanctus conſolando nos interius fidem certam non reddat, non tamen, incertam facit. Etſi per eiuſmodi conſolationes nihil aut parùm ad certitudinem fidei addat, nihil tamen de ea diminuit. Quod faceret ſi fidem incertam redderet. Sed hæc non videt cæca & hæretica malitia.

2. Etſi verò Spiritus ſanctus per quędā ſigna & per quādam dulcedinis experiētiam teſtetur nos eſſe in gratia, nec id certò nobis perſuadeat non proinde eſt teſtis falſus. Inde enim certitudo illa nō tam certa, quia nō ſe cōmunicet tam copioſè, vt ipſi tūc potius, quàm alteri acquieſcamus. Hoc vt Dominus Miniſter comprehēdat, meminerit poſſe euenire vt quis à Principio naturali inductus, in auctore ſuo delectetur, in eo, neſcio quam dulcedinem experiatur, neſcio quam conſolationem capiat, ex eo quòd, eodem naturæ principio res mūdanas auerſetur atque cōtemnat, virtutes ſequatur. Recordetur etiam, quoniam dæmon hominem ſimili modo afficere queat. Nam, *Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis*, atque eo conſilio, yt hominem in ſuperbiam inducat & eleuet,

in

in ſui ipſius amorem & Philautiam trahat, & tandem perdat & in abyſſum arrogantiæ deijciat. Quando igitur ſic homo affici poteſt à diuerſis principijs, ſic conſolari, ſic dulcedinem experiri, fit vt conſolationes à Spiritu ſancto profectæ, experimentum illius dulcedinis, non certam faciat fidem de ſua præſentia, & gratia: nempe, quia talia poſſunt, à principio naturali, & à ſuggerente dæmone proficiſci. Vt itaque fidem certam faciat de ſua gratia & præſentia, eſt quod altiore & copioſiore extraordinarióque modo ſe communicet, atque tanto, vt certò acquieſcere poſſimus nec deceptos nos cogitare queamus. Bellarminus autem loquitur de ſolitis & ordinarijs conſolationibus & experimentis dulcedinis; non igitur ſibi contradicit, nec blaſphemiâ in Spiritum ſanctum vſus eſt: *Delicta enim quis intelligit?* Rogat ergo dicens vates regius, *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.*

D. Thomas 3. part. quæſt. 112. art. 2.

Pſal. 18.

3. Neque propterea D. *Pauli doctrina academica eſt, aduerſus quam diſceptemus*; ſed intelligenda, & ad eius mentem & ſenſum exponenda.

4. Sed nec fidem opinionem eſſe facimus, imò ſcientiam, quæ ipſas demonſtratiuas ſcientias longè lateque ſuperet, eſſe profitemur. *Eſt enim*, ait D. Chryſoſtom. *apertior & clarior demonſtratio, eâ, quæ ex rationibus eſt, magiſque quàm illa perſuadet: adeò firma, vt etiamſi quauis aliâ ratione fuerit impetita, cõmoueri nequeat. Cùm cõtrà, qui rationibus perſuaſus eſt, alijs rationibus poſſit induci vt fluctuet: qui verò fide ſolidatus eſt, auditũ ſuũ iamdudum, quaſi quodam circumducto muro, ne ſermonibus peruerſis inficeretur, ſtudioſè muniuerit.* Ideo omnipotẽtiæ Dei innititur. Nam *ſcit quòd quæcumque promiſit Deus potens eſt facere.* Sed alia eſt ratio, vt dictum eſt,

D. Chryſoſt. homil. 8. in Epiſt. ad Rom.

Rom. 4.

 fidei

Digitized by Google

fidei perficientis intellectum, alia gratiæ appetitiuam potentiam ac vim perficientis.

5. *Eadem fides innititur etiam promiſsionibus Dei.* Quid præterea? Nouit Dei promiſſiones eſſe
Luc. 10. conditionales. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.* Neque propterea *incerta ſunt Dei promiſsiones*, nec eas fides *cũ dubitatione* propterea *amplectitur*, vt nugaris. Stat enim certa & indubitata illa Dei promiſſio. *Si quis fecerit voluntatem patris, qui in cælis eſt,*
Matt. 12. verſ. 50. *ipſe meus frater & pater & mater eſt*, & alibi ante. *Qui*
Matth. 7. verſ. 21. *facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum*. Stant certæ iſtis ſimiles, quæ ſunt conditionales. Tales amplectitur fides, certas nouit ac credit, eo quo pronuntiatæ & intellectæ ſunt modo. Non dubitamus, non diffidimus de Dei promiſſionibus. Scimus Deum eſſe fidelem in promiſſionibus ſuis. Scimus tamen pronunciatas aut intelligendas conditionaliter. Agnoſcimus hanc eſſe infirmitatem noſtram, hanc vnam eſſe ex miſerijs noſtris, vt timere debeamus ne non ambulauerimus ſicut præcepit, ne non obtemperauerimus eius mandatis ſicut oportuit, vt eius gratia & amore digni haberemur. Hic noſter timor, hic pauor, hæc noſtra humiliatio concepta ex conſideratione noſtræ imbecillitatis & impotentiæ. Quid culpas?
2. Cor. 5. *Scientes hoc, timorem Domini ſuademus hominibus, Deo*
D. Auguſtinus tractat. 1. in Epiſt. D. Ioan. *autem manifeſti ſimus*. Et D. Auguſtinus, *Apud Deum ſit nota iuſtitia mea, ego tamen dicam me peccatorem non quia ſim, ſed ne arrogantia odioſus inueniar.*

6. Fidem eſſe πίστιν, id eſt, vt impie interpretaris, certam animi perſuaſionem. *Emunah*, id eſt, firmam fiduciam, omnino negamus: Eſt quidem fides πιστὴ, hoc eſt fidelis, innixa Dei promiſſionum

num conſtantiſsimæ veritati, non tamen animi certa perſuaſio, firmaque fiducia. Quid igitur? Ignaram hæreſim doceamus, ſi tamen doceri optat. Fides eſt parens & cauſa certæ illius perſuaſionis, firmæque fiduciæ, atque ab his differt vt cauſa à ſuis effectibus. Docet D. Paulus ſcribens, *In Chriſto habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem*. Et alibi, *Iuſtificati ex fide, pacem habeamus*, hoc eſt bonam cordis confidentiam. Apertiùs, *Habentes fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, teneamus ſpei noſtræ confeßionem indeclinabilem*. In Iſtis enim apertè fiduciam à fide deducit, tanquam effectum à cauſa. Quia enim credimus Deum eſſe fidelem & veracem in ſuis promiſsionibus, inde eſt quod fiduciam aſſumimus; Inde ſpem bonam cõcipimus. Quid quòd fiducia nõ ſolùm ex fide, ſed etiã ſpe oriatur? Atque vtriuſq; ſit certus quidam gradus? Ad fidem tanquam ad Baſim ſuam & fundamentum ſequitur ſpes. *Fides enim eſt ſperandarum rerum hypoſtaſis*, id eſt Baſis & fundamentum. Fiducia autem eſt ſpes, non ſimpliciter & abſolutè, ſed ſpes bona & valida, vel, vt loquitur D. Paulus, *gloria ſpei*, id eſt glorioſa ex perſuaſione firma ac certa. Quocirca, quemadmodum fides non eſt ſpes, ſic nec fiducia, ſed fiduciæ magnę cauſa & parẽs. Semper enim fidem ſequitur. Quin etiam fiducia eſt ipſum beneficiũ, ipſa gratia per fidem accepta. Patet. Nam videns Ieſus fidem portantium Paralyticum, ipſiuſque Paralytici, dixit, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*. Et credenti Hemorroiſſæ, *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit*. Docens fiduciam poſt ſalutem ex fide comparatam, eſſe concipiendam. Et quos horta-

Epheſ. 3. Rom. 5. Heb. 10. Hebr. 3. Matth. 9.

mur

mur habere fiduciam & confidentiam? Nonne iam per fidem iuſtificatos? Ita ſiquidem D. Paulus. Epheſ. 3. Hebr. 4. & 10. Iam credentes monet & hortatur, vt cum fiducia accedant, ne fiduciam amittant. Non igitur ipſa fides eſt fiducia, neque qui ex fide iuſtificatur, ex fiduciâ iuſtificatur; ſed qui iam per fidem iuſtificatus eſt, ad fiduciam & confidentiam habendam inuitatur. Parit fides fiduciam, & ſine fide, fiducia præſumptio eſt. his ſcilicet vijs fidem πίστιν eſſe apparet, non fiduciam firmam, nō perſuaſionem certam.

POLYANDER CALVINISTA.

Si locus 1. Petr. 4. verſ. 8. quo ad eleuandam fidei efficacitatem turpiſſimè abuteris daretur puero legendus, ſtatim agnoſceret Apoſtolum illic loqui de peccatis tegendis, non coram Deo, ſed coram hominibus, quum monet, vt ante omnia alij in alios charitatem intenſam habeamus, quoniam charitas operit multitudinem peccatorum, id eſt, omnes rixarum, quæ ex odio naſcuntur occaſiones abrumpit, perpetuaque ἀμνηστία, & iniuriarum obliuione ſepeliet. Nec alia ſpongiâ aut togâ, quàm iuſtitiæ Chriſti imputatione, iniquitates noſtras abſtergi, contegi ex pſal. 31. probat Apoſtolus Rom. 4. Et quamuis nonnulli Ieſuitæ illam quoque Petri ſententiam obtorto collo ad erroris ſui patrocinium de ſatisfactione pro peccatorum pœnis temporalibus arripuerint; non tamen adeò ſtupidi & inconſiderati fuerunt, vt charitatem Chriſti iuſtitiam ſibi applicare tecum aſſeruerint.

ANASTASIVS CARMELITA.

197. §. 1. Hoc tuum, ſed in hæreſi natum & educatum iudicium. Quin potiùs, nemo tam puer eſt, tam à bono & ſano ſenſu alienus, qui ſi legat, non ſtatim agnoſcat D. Petrum illic ſermonem ſerere de mutua & reciproca charitate colenda, idque conſideratione eius efficaciæ; quæ tanta eſt,

eſt,vt etiam coram Deo cooperire & tegere peccata poſſit. Qui proinde non agnoſcat hoc teſtimonium Apoſtoli obtorto collo ad erroris veſtri patrociniũ,turpiſſimè torquere,tuam huius teſtimonij interpretationem vanam & inutilem eſſe. Nam Origenes ante mille quadringẽtos annos hoc teſtimonium ad idem inſtitutum, ad quod ego, applicat. Et inter illa ſeptem media, quibus docet Deum nobis remittere peccata, charitatis dilectionem annumerat, probátque ex hoc teſtimonio D. Petri, charitate remitti delicta. Item ex iſto diui Lucæ. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Poſt eum D. Auguſtinus ad idem inſtitutum eodem D. Petri teſtimonio vtitur. Nam ad hæc D. Ioannis. *Si confeſſi fuerimus delicta noſtra, fidelis eſt Deus vt dimittat nobis delicta, & purget nos ab omni iniquitate*, ita ſcribit. *Ante omnia confeſſio, nec quiſquam ſe iuſtum eſſe dicat, & ante oculos Dei videt quod eſt, erigat ceruicem ſuam homo, qui non erat & eſt. Ante omnia ergo confeſſio, deinde dilectio, quia de charitate quidem dictum eſt. Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Iam videamus ſi ipſam charitatem commendet ob ſubreptitia, quia ſola delicta extinguit charitas, ſuperbia extinguit charitatem, humilitas ergo roborat charitatem, charitas extinguit delicta.* O Origenem ignarum & à puero docendum, ô D. Auguſtinum indoctum, quem etiam puer ſacras literas docuiſſet. Non hoc ſanum tuum iudicium? Quã cenſurâ me & nonnullos Ieſuitas notas, non etiam eâdem Origenem & D. Auguſtinum? Apage, apage vanitates iſtas, & tuo calceo alios ne metiri velis.

Origenes homil. 2. in Leuit.

D. Auguſtinus. tractat. 1. in Epiſt. D. Ioan.

Luc. 7.

2. Apoſtolum aſſerere non alia via, quàm iuſtitiæ Chriſti imputatione abſtergi ac contegi peccata noſtra, falſum eſt. Nec poteſt fieri vt ſola im-

imputatione pulchritudinis ac bonitatis alicuius, quis reuera ſit pulcher & bonus; fieri non poteſt, vt quis ſolâ imputatione lauacri & lotionis, reuera à maculis & ſordibus lotus ſit. D. Auguſtinus, D. Paulum Rom. 4. hunc pſalmum adducere ſcribit in duo hominum genera. Vnum eorum qui gloriantur in ſuis operibus, cuius generis erant quidam Iudæi, qui in tantam præſumptionis audaciam proruebant, de ſuis viribus, iuſtitiaque præſumebant, vt in Chriſtum credere nollent, nec eius fide opus ſibi eſſe dicerent. Alterum, eorum, qui de peccati impunitate præſumebant, & in omnem peccandi licentiam ſeſe effundebant, in hanc denique cogitationem prorumpebant, faciamus quidquid voluerimus, quia etſi bona opera non habuerimus, licet omnibus ſceleribus & flagitijs dediti fuerimus, modò in Deum credamus nobis ad iuſtitiam deputabitur. Nonne hæc veſtra doctrina? In illos ergo D. Paulus *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſinè operibus legis*, ne homo *quaſi de ſuis operibus præſumere videretur*, inquit D. Auguſtinus. In iſtos autem iſta Galath. 5. *Neque circumciſio, neque præputium valet, ſed fides, quæ per dilectionem operatur*, vt meritò operum ſuorum homo ſe fidei gratiã accepiſſe intelligeret. Hinc factũ, ait idem D. Auguſtinus ibidem, vt quemadmodum D. Paulus, in eos, qui de viribus præſumebant pronuntiauit *Abraham fide fuiſſe iuſtificatum*, ita D. Iacobus in eos, qui ſe ſolâ fide Dei miſericordia confiſi ſaluandos autumabant, dixerit *Abraham non ſolâ fide, ſed etiam operibus coram Deo iuſtificatum fuiſſe*. Qua in re notandum dicit Apoſtolos non eſſe ſibi aduerſos & contrarios. Et quid putas

per

per non imputationem peccati Apoſtolum voluiſſe ſignificare? Quod impiè ſomniatis & docetis? At non ita eſt. *Remittere, tegere, non imputare peccata, vna ratio, vnus ſenſus eſt*, inquit D. Ambroſius, *quia cùm tegit remittit, cum remittit non imputat, laudem gratiæ Dei prolixius loquitur, vt gratiam amplificet*. Remittere verò *& tegere, nō imputare quid? Abolere, vt non ſint, vt non viuant facere, non videre, non punire. Deum enim non videre peccata idem ac non punire*, ait D. Auguſtinus. Et quoniam contrariorum vnum à ſubiecto cui ineſt, non poteſt expelli, quàm per introductionem ſui contrarij in idem ſubiectum, fit vt hominis iniuſtitia ab eo pelli nequeat, quàm per iuſtitiæ introductionem in eius locum. Sed quid Caluiniſtæ? parietem album, ſine albedine ei inhærente, daturos ſe ſpondent. Illud fieri poſſe quis credet?

Haud ſecus poterit quàm

——— Vt eburnea ſiquis
Signa tegat claro vel candida lilia vitro.

3. Atque putas hominum vaniſſime cum ſcripſi non fidem modò, ſed etiam charitatem ſibi applicare Chriſti iuſtitiam, quòd per applicationem, nudam ac ſolam apprehēſionem, vt eſt veſtra hæreſis & impietas, intellexerim? quòd per iuſtitiam Chriſti, aliam ſignificatam eſſe voluerim ab ea, quę nobis per fidem & charitatem tanquam per cauſas formales iuſtificatis, formaliter ac reuera inhæret? Quaſi verò, quæ in nobis inhæret iuſtitia, non etiam Chriſti ſit. Eſt proculdubio, & quia eius merito nobis datur, & quia ab eodem velut Deo, tanquam à cauſa abſoluta nobis confertur.

4. Sed

Digitized by Google

4. Sed & hoc lepidum eſt. Non fuerunt Patres Ieſuitæ *tam inconſiderati & ſtupidi, vt charitatem Chriſti iuſtitiam ſibi applicare mecū aſſererēt.* Sunt ergo inconſiderati & ſtupidi qui tecum iſtud aſſerunt. Fateor, Magiſter Ioannes, inconſiderati ſunt & ſtupidi ſunt. Cur ergo aſſeris? non te inconſideratum & ſtupidum profiteris? Ego ne in iſtorum claſſem recēſerer, cum Eccleſia ſemper credidi, & profeſſus ſum fidem, charitatem, ſpem, & opera bona, hominem meritoriè ac formaliter cauſando & efficiendo iuſtificare, non per modum ſolius apprehenſionis ac imputationis iuſtitiæ. Sic Patres. Diuus Auguſtinus, *A fide incipit homo, ſed quia Dæmones credunt, oportet addere ſpem & charitatem. Domus Dei credendo fundatur, ſperando dirigitur, diligendo perficitur. Magnum opus, ſed ex fide, laudo ſuperædificationem operis, ſed video fidei fundamentum: laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem.* Regius vates, *Initium verborum tuorum veritas.* pſal. 118. Quæ attingens D. Ambroſius. *fides* (ait) *principium Chriſtiani, plenitudo autem Chriſtiani iuſtitia.* Puto (inquit Origenes, quòd *prima ſalutis initia & ipſa fundamenta, Fides eſt: perfectio autem & augmentatio ædificij, ſpes, perfectio autem, & culmen totius ædificij Charitas.* Clemēs Alexādrinus *fides præcedit* (ait) *timor autem ædificat, perficit dilectio.* Ante eos D. Ignatius. *Principium vitæ eſt fides, finis verò eius dilectio; ambæ autem ſimul iunctæ, & in vnitate factæ, hominem Dei perficiunt.* Quando Vates regius quærit à Domino, quiſnam hominum habitaturus eſſet in eius tabernaculo, & requiem habiturus in monte ſancto eius; ac reſpondentem iſta, introducit. *Qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam.* Quando conſulit canens *ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ & ſperate in domo.*

D. Auguſtinus ſerm. 16. & 22. de verbis Apoſtoli. Prefat. in pſal. 31.

Origenes in 4. ad Rom.

Clemens Alexand. lib. 2. Stromat.

D. Ignat. Epiſt. ad Philippenſes.

Pſal. 14. Pſal. 4. & 111.

Quan-

Quando docet, eius qui diſperſerit & dederit pauperibus *iuſtitiam manere in ſeculum ſeculi*. Solam fidem intellexit? *Iuſtitia non vna virtute, ſed omnibus conflatur, quemadmodum nauis non ex vno tantùm, ſed pluribus aſſeribus conſtituitur ac ſit*, vt docet D. Chryſoſtomus in pſal. 10. Quando Chriſtus monet vt attendamus *ne iuſtitiam noſtram faciamus coram hominibus*. Quando pronuntiat nos minime *ingreſſuros regnum cælorum, niſi noſtra iuſtitia abundauerit pluſquam Scribarum & Phariſæorum*, nomine iuſtitiæ ſolam fidem ſignificauit? Non etiam opera bona & reliquas virtutes, quibus iuſtitia perficitur, conflatur? Fides, quæ principium, radix & fundamentum iuſtitiæ eſt, reuera in nobis, non per ſolam imputationem inhæret, & reliquæ virtutes, quæ eandem iuſtitiam conſtituunt & complent, reuera non inhærebunt nobis? Initium vitæ ac iuſtitiæ inherebit nobis, non eiuſdem completio? vna & eadem numero iuſtitia, ex parte impreſſa erit animæ noſtæ, ex parte ſola imputatione animam noſtram decorabit, afficiet? Idem ac ſi quis poſſe fieri aſſerat, vt vna & eadem numero albedo, ex parte parieti reuera inſit, ex parte ſola imputatione, quàm hoc acute? Non hoc iacere, mittereque ridiculum? Hac de cauſa arbitror Caluinũ, qui commentarijs in 3. ad Romanos, & in 1. D. Lucę, ſola imputatione, non reipſa nos iuſtificari aſſeruerat, ſententiam hanc ſuam retractaſſe commentarijs in 17. D. Ioannis verſ. 19. vbi ſic habet, *Sicut à Primitijs benedictio diffunditur in totum prouentum, ita ſpiritus Dei, nos Chriſti ſanctitate adſpergit, facitque eius participes: neque id imputatione ſolùm (nam hac ratione dicitur nobis factus iuſtitia) ſed dicitur etiam factus eſſe nobis ſanctificatio*. Tu tuam ſi

Matth. 5. & 6.

Digitized by Google

ſapis, muta ſententiam, neque velis, vt tibi hactenus, ita mihi tantum mentis delirium adſcribere.

POLYANDER CALVINISTA.

In tua diſſertatione de poteſtate condonandi peccata omnibus paſtoribus data (quæ non eſt huius loci) bene habet, quòd eam cum Chryſoſtomo, de cæleſtibus negotijs pronunciandi auctoritatem appellas. Benequoque habet, quòd veſtræ pænitentiæ ac ſatisfactionis merita, nullis alijs, quàm patrum teſtimonijs commendare potes. Confeſsionem veſtram ſacramentalem ac ſecretam, nec à Chriſto inſtitutam, nec antiquis cognitam, neque in Eccleſia neceſſariam veſtrorum doctorum teſtimonijs aliàs Deo volente confirmabo.

ANASTASIVS CARMELITA.

198. §. 1. Quidni cum diuo Chryſoſtomo homilia 5. in Eſaiam, aſſeruero poteſtatem condonandi peccata paſtoribus datam, eſſe auctoritatem de cæleſtibus negotijs pronuntiandi? Quærendum enim quid baiuli, quid pedotribæ, quorum alter es, ſentiant & dicant? Hominum viliſſime, cur hanc tanti patris doctrinam non amplecterer? non apud quemque bene Chriſtianum plus fidei & auctoritatis inuenerit quàm apud te veritatis refugam? nō probat ſuam hanc & totius Eccleſiæ Catholicæ doctrinam verbis Ioannis. 20? Neque verò cum illo ſolùm, ſed etiam cum diuo Hieronymo & diuo Auguſtino in hanc deſcendi fidem ac doctrinam.

2. Me non poſſe quàm patrum teſtimonijs pænitentiæ ac ſatisfactionis merita commendare; reſpondeo, quòd licet hoc tibi concederem, quod tamen non concedo, ſufficeret me hac viâ demonſtraſſe antiquam fuiſſe Eccleſiæ doctrinam

Digitized by Google

nam & fidem. Verumtamen falſum eſt quod hîc ſcribis. Nam iſtis paucis ſatisſuperque oſtendero. Pænitentiæ tres partes ſunt ex ſacra Scriptura. Satisfactio quidem Matth. 3. vbi iſta, *facite fructus dignos pænitentiæ*. Digni autem fructus pænitentiæ tribus comprehenduntur, oratione, quâ ſancta queq; vota & deſideria intelliguntur. Ieiunio, quo omnia caſtigationum, mortificationum & paſſionum genera. Eleemoſyna, quâ denique quæuis pietatis opera & officia. De his quot ſunt Scripturæ ſacra oracula? De eorum contentis, quotus numerus oraculorum? Non attingo, quia tedioſum Lectori foret, & volumen integrum implerent. Ac pænitentiam ipſe Chriſtus imperauit & inſtituit, D. autem Petrus repetijt. *Agite pænitentiam, appropinquabit regnum cælorum*. Omitto infinita teſtimonia noui teſtamenti in quibus pænitentia commendatur: non etiam eius partes? Hanc ſyluam, quam Montaniſtæ olim cedere, vt vos nunc contenditis, non ingredior. Contritio quæ altera pars eſt pænitentiæ, quoties in ſacris oraculis recenſetur, tangitur? Non etiam confeſſio ſacramentalis, ac præſertim Ioan. 20. cap? Quis enim ligare, quis ſoluere peccata poſſet, causâ incognitâ? Soluere, ligare non ſunt actus iuridici? de his ſententiam ferre poteſt iudex incognita cauſa? imò & incognitis ijs, quæ cauſam crimenque aggrauant, aut minuunt? Delictum quis paſtorum cognoſcet, eius grauitatem ac leuitatem, niſi, qui commiſit, aperuerit? *Prauum eſt cor hominis ab adoleſcentia, & quis cognoſcet illud?* Itaque Chriſtus non potuit poteſtatem paſtoribus dare remittendi peccata, ligandi & ſoluendi, quin etiam cõfeſsionem auricularem inſtitueret,

Math. 3.
Matth. 4.
Act. 2.

vt colligit D. Auguſtinus locis à me citatis pag. 127. ſuperioris libri noſtri, nempe homilia 49. quinquaginta homil. & lib. 2. de viſitat. infirm. cap. 4.

Tam porrò neceſſaria pænitẽtia vt dicat Chriſtus, *niſi pænitentiam, egeritis ſimul omnes peribitis*. Non ergo eius partes? Aut poteſt totum eſſe neceſſarium, & non eius partes? Non partes, quæ ſimul iunctæ totum efficiunt ac conſtituunt, ſimul iunctæ conditionem totius induunt?

3. Oſtendes teſtimonijs noſtrorum doctorum confeſſionem ſacramentalem ac ſecretam, nec à Chriſto inſtitutam, nec antiquis cognitam, neque in Eccleſia neceſſariam, Deo volente, ais. Itane

——— *Duróque manu compones labori?*

Tentarunt tui parẽtes & longè quàm poſſes pluribus, huic nouæ ac impię curæ, & cogitationi toto pectore incubuerunt. Quid inde lucri retulerunt? operam & oleum perdiderunt, atque

Terret ambuſtus Phaëton auaras
Spes. ———

Non etiam tuam? Hunc autem Farfadetum formidabimus? Tentet quando volet, Mandrabuli in morem res ei ſuccedet, ſolent ſimilibus

——— *Omnia fatis*
In peius ruere ac retro ſublapſa referri.

Quid enim contra veritatem firmamenti habere poterũt noſtrorum doctorum ab iſtis adulterata teſtimonia, & toties, quoties mentita?

4. Neque tandem, *volente Deo, facies qui veritatis hoſtes probare nequit, ſed tandem ſupplicijs æternis deuouet*.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXXVII.

Opera bona in fide facta ſunt meritoria. Nomen meriti reperitur in ſacris Scripturis. Non excludit neque obſcurat gratiam. Vigiliæ & paſſiones noſtræ, quibus de cauſſis meritoriæ. D. Paulus quomodo vt redemptor ſit paſſus. Merces & meritum ſunt relatiua.

POLYANDER CALVINISTA.

Reſtat vt argumenta diſcutiamus, quibus probas veſtrũ dogma de meritis bonorũ operum, nõ eſſe ludicrum hominum commentũ ſed articulũ fidei Apoſtolicæ ab Eccleſia Catholica approbatum. Dogma de Chriſti ſanguinis pretio, merito, ac valore non eſt ludicrum commentum. Nec igitur dogma de meritis bonorum operum, quæ faciunt Chriſtiani, ludricrum eſt commentum. *Negamus iſtius argumenti conſequentiam, quoniam Chriſti & Chriſtianorum merita, non magis ſubordinantur, quàm ipſius & ſanctorum inuocationes in ſacra Scriptura. Quemadmodum ergo ſacrarum literarum doctrina de ſola Chriſti apud Deum patrem pro nobis interceſſione, Sanctorum defunctorum interceſſiones, ſic earumdem inſtitutio de vnico perfectæ Chriſti obedientiæ merito, reliquorum hominum merita excludit, nullumq́ue momentum ad ſalutem æternam adipiſcendã habere ſignificat.*

ANASTASIVS CARMELITA.

199. §. 1. Iſtud argumentum, non vt tu, ſic ego bardè compegi. En argumentum meum, ex iitis

propoſitionibus ſimul inductis conflatum. *Credere Chriſti ſanguinis pretium, virtutem, valorem infiniti eſſe meriti: nobis ipſi fide vnitis vitam æternam, mereri: vbicumque reperitur mereri: credere, quòd ſe operibus, vigilijs, laboribus, tolerantijs noſtris in eius fide factis permiſceat, ludicrum non eſt commentum. Non ergo fides de meritis bonorum operum, eſt ludicrum argumentum.* Negas Chriſti ſanguinis valorem, virtutem infiniti eſſe meriti? Negas nobis ipſi fide vnitis vitam æternam mereri? Non credis vbicumque reperitur mereri? Non credis ſe tolerantijs, laboribus, vigilijs, operibus noſtris in eius fide factis, in eius nomine exantlatis permiſcere? Hæc erant tibi neganda ſi non crederes; ſi verò crederes concedenda. Quorſum alio torſiſti noſtrum argumentum? Eius ordinem & conſtructionem confudiſti? Porrò ſi iſtius Enthimematis antecedentis partes credis, nec negas, non etiam conſequentiam admittis? Quod ſi iſtam non admittis, quomodo antecedentis partes? Nam ſi Chriſti ſanguinis pretium, virtus, valor infiniti meriti eſt, vt reuera eſt; ſi vbicumque reperitur mereatur, & nobis Chriſto fide vnitis vitam æternam mereatur, inueniatur autem permixtus operibus noſtris, vigilijs, laboribus, tolerantijs in eius fide, in eius nomine factis & exantlatis; in illis non merebitur nobis vitam æternam? Nullius erit meriti? Aut cui bono peruaderet omnia illa opera noſtra, vigilias noſtras, labores noſtros & tolerantias ſuo nomine exantlatas, niſi illas ſic nobilitaret, tantæ dignitatis faceret, vt dignas æterna beatitudine conſtitueret? Quando igitur eas ſic cumulat & ditat, quis fidem de meritis bonorum operum ludicium

crum commentum dixerit? Quis hanc fidem dicet excludere Chriſti meritum & non potiùs includere & ſtatuere? *Viuo ego* (inquit Apoſtolus) *iam non ego, viuit autem in me Chriſtus*. Opinor, non negabis Apoſtolum hîc loqui non de humana & temporali, ſed de Chriſtiana vita & ſpituali. At verò ſi dixit, ea ſe vita viuere, propterea excluſit hanc vitam ſibi collatam fuiſſe à Chriſto? excluſit Chriſti à ſe vitam? Porrò vita Chriſtiana non fide non operibus ſtatuitur? Fides, opera quomodo viuunt, niſi Dei gratia & Chriſti ſanguinis permixtione. Non mortua fides, non etiam opera, niſi gratia & Chriſti merito viuerent? Legimus Chriſtum ſecundum Adamum factum eſſe non ſolum *in animam viuentem, ſed etiam viuificantem*, vt tantùm corpora noſtra, animas viuificaret, non etiam opera noſtra? Imò, vt opera alioqui mortua viuificaret, & ad vitæ immortalis conſequendæ dignitatem eleuaret. Indicium imbecillitatis radicis erit, quæ in omnes ramos arboris, quam conſtituit, humorem ac vim ſuam tranſmittere & transfundere non poterit. Vt idem ſentias de Chriſti valore ac merito, quod ſi vim ſuam in omnia opera noſtra non tranſmiſerit imbecillum & impotens, iudicaueris. Adeò vt tantum abeſt; vt bonorum operum merita excludant Chriſti meritum, quum veriùs omninò illud excludant, qui merita bonorum operum excludunt, negantque.

Galath. 2.

1. Cor. 15.

2. Non magis ſubordinari Chriſti & Chriſtianorum merita, quàm ipſius & ſanctorum apud Deum interceſſiones, falſum eſt. Subordinantur quidem Chriſti & ſanctorum interceſſiones, ſed illa iſtis magis. Nullum enim meritum eſt in ope-

Digitized by Google

ribus noſtris, niſi mutuatum à Chriſti valore & merito: adeò vt vnum ab altero ſeiungi non poſſit, poſsint autem Chriſti & Sanctorum interceſsiones aliqua ratione ſeiungi. Sed per conceſſionem iſtud tranſire permittamus, vt non magis iſtæ, quam illa ſubordinentur; quis locus hîc de interceſsionibus Chriſti & ſanctorum? Nimirum, vt mihi & hunc tractatum tuum ſignificares? Habeo, mi homo, pro ſignificato, quem nec teruntio exiſtimauero.

3. Sacrarum literarum doctrinam de ſolâ Chriſti apud Patrem pro nobis interceſsione, excludere ſanctorum defunctorum interceſsiones, nego. Nec tamen de hac re tecum prœliare volo, Quandoquidem huic veſtro mendacio, vt & alijs multis, millies occurſum, reſponſum à noſtris fuit. Atque ita abundè, vt nemo abundantiùs ac veriùs.

POLYANDER CALVINISTA.

Fateor cum Caluino vetuſtos Eccleſiæ ſcriptores hoc meriti nomine, (quod nuſquam in ſacris literis reperitur) paſſim vſos fuiſſe, ac poſteris eo abutendi materiam præbuiſſe, ſed vt hoc vocabulum, ſi eodem ſenſu apud vos, quo apud patres vſurparetur, minus pareret offendiculi, ſic fidæ ſinceritati meliùs conſuleretis, ſi quorundam patrum modeſtiam imitaremini, qui hoc ſuo vocabulo Dei gratiam obſcurare, aut ſacræ Scripturæ veritati præiudicare noluerunt. Patres enim hac voce vtentes, per mereri, nihil aliud quàm conſequi aut obtinere, & per meritum nihil aliud quam conſecutionem ex facto intellexerunt, quemadmodum ex hac phraſi apparet, quâ etiamnum in precibus veſtris vtimini. Excita quæſumus Domine potentiam tuam & veni, vt ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis te mereamur (id eſt, impetremus) protegente eripi, te liberante ſaluari.

ANA-

Anastaſius Carmelita.

100.§.1. Nuſquam in ſacris literis nomen meriti reperiri, Caluinianum eſt mendacium. *Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum, & ſecundùm intellectũ peregrinationis.* Eccl. 16. verſ. 14. Ita enim Ieſus filius Syrach de dignitate operum miſericordiæ. Et D. Paulus, *Beneficentia & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus.* Hebr.13. verſ.16. Quid, quòd iuſtitiæ nomine merita ſæpè ſæpius in ſacris literis ſignificantur? Hinc idem D. Paulus vitam æternam vocat coronam iuſtitiæ. *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex.* 2.Tim.4.

Neque neſcimus veſtras expoſitiones, ad iſta Eccleſiaſtici cap. 16. & Hebræor. 13. Sunt enim effugia, quæ ſenſum, remque varient. Et recordamur dictorum D. Hilarij, *De intelligentia hæreſis, non de Scriptura, & ſenſus, non ſermo fit crimen.* D. Hilar. lib. 2. de Trinitate. Diſputatio de re, nõ de nomine eſt. Qua de cauſſa, cum infinitis prope teſtimonijs ſacræ Scripturæ merita bonorum operum iuſtitiæ nomine exprimantur, fit, vt ſi non tam freques nominis meriti in ſacris literis ſit mentio, at naturæ & eſſentiæ, frequẽtiſſimè. Aut docebis fortè, id quod iuſtum eſt, non eſſe meritorium. Docebis autem ad Kalendas Græcas.

2. Patres vetuſtos in ſuis ſcriptis eo vſos poſteris abutendi hoc nomine materiam præbuiſſe, calumnia eſt, quæ illis & eorum poſteris infertur. Illis, quia eorum fuit recta mens, ſenſus in ea re integer. Poſteris, quia falſum ſit poſteros hoc nomine abuti.

Digitized by Google

3. Eoſdem per *mereri verbum, nihil aliud quàm conſequi & obtinere, & per meritum nihil etiam, quam conſecutionem de facto* intellexiſſe, aliud mendacium, &c. Hoc autem alijs mendacijs ſtatuere conaris. Primo ex eo quòd Eccleſia ſatis demonſtret, quando in precibus ſic loquitur. *Excita Domine potentiam tuam & veni, vt ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari.* Et hoc 2. Dominica aduentus, ais. Bonè vir allucinaris, ſecundam dominicam capis pro prima. Sed tibi condonandũ, qui iſtis orandi ſpatijs minimè aſſueuiſti. Ab aliquo ſacerdote, vel Monacho Apoſtata imprudente fortè ſic accepiſti. Quid verò inde habes? *Te protegente mereamur eripi*, id eſt, inquis, *impetremus*. Ridicula omnino expoſitio & inepta. Nec tam ineptè & frigidè orat Eccleſia, quæ in iſta oratione non nudam impetrationem, ſed etiam ereptionẽ, ſed ſaluationem, & quidquid meriti ad ereptionem, & ſaluationem noſtrã ex parte noſtra eſſe poteſt, Chriſti protectioni & liberationi attribuit, atque precando defert.

Secundò, ex eo, quòd, referente *Vega opuſculo de meritis, noſter Thomas Vualdenſis merita ſimpliciter abneget*. Et Thomæ Vualdenſi noſtro, & Vegæ imponis. Cur non faceres, qui etiam diuo Chryſoſtomo imponis? Nam D. Chryſoſtom. homil. 33. in Geneſim ne verbum habet iſtorum. *Noſtra, ſi qua ſequuntur Dei gratuitam vocationem opera, non ſunt retributio & debitum: at Dei munera, gratia, beneficentia & largitionis magnitudo*, horum, inquam, ne iota reperies in ea homilia. Non legiſti, mi homo, fefellit te, qui tibi ſuggeſſit, aut tui es grauiter oblitus. Verumtamen ſolemur te. Hæc ſiquidem habet

D. Chryſoſt. homil. 34. in Geneſim.

bet ſub finem homiliæ. 34. in Geneſim. Lector cæterùm iudicet an toties, quoties malè annotas, teneat ne te ab impoſtura excuſare; teneárne totum Auctoris malè citati opus in tui ſolamẽ percurrere. Neq; tibi ſatisfuit errare citãdo, niſi & ei addendo imponeres. Nã iſta, *Dei gratuitã vocationẽ*, Eſa. 26. non legit. Cæterũ eo loci neq; meriti vocabulo, neque mereri verbo vtitur. Qua via ergo oſtẽdis eum mereri verbum, pro conſequi & obtinere, vocabulum meriti pro conſecutione vſurpaſſe? At vt vnâ & eâdem ſaluâ ſoluam, D. Auguſtinus de prædeſtinatione Sanctorum in pſalm. 88. & 134. pronuntiat, inquis, *Humana merita hic conticeſcere, quæ per Adamum perierunt, & regnare* D. Au- *Dei gratiam per Ieſum Chriſtum*. Item, *Meritis ſuis ni-* guſtinus. *hil tribuere ſanctos, totum nõniſi miſericordia Dei, ô Deus. Et, cùm viderit homo quicquid boni habet, non ſe habere à ſe, ſed à Deo, videat id totum, quod in eo laudatur, non de ſuis meritis, ſed de miſericordia Dei eſſe*, Reſpondeo 1. te non probare ex his quod verbum mereri tantùm pro conſequi & obtinere ſumpſerint, quod erat tibi probandum. 2. quòd quando patres ſic loquuntur, cauſæ principalis ac præcipuæ tunc rationem habere. Nam vbi maius lumen, ceſſat minus. Non quòd negent concurſum cauſæ minus præcipuæ, eiuſque exiſtentiam. Sic D. Paulus. *Non eſt* (inquit) *currentis, ſed miſerantis Dei*. Nam Rom. 9. comparatione facta noſtri cum Deo & eius gratia, vt nihil reputamur. 3. Conſiderare opera noſtra, vt ſunt fide, ſpe & charitate, deique gratia, merito ac valore ſanguinis Chriſti deſtituta. Hoc enim modo ſpectata fatemur non eſſe meritoria. Et putas, Magiſter Ioannes, totum id quod 1. Cor. ſumus nos Dei gratiæ haud tribuere? Si exiſtimas 15. ſanus

Digitized by Google

ſanus nō es. Imò cū Apoſtolo dicimus. *Gratia Dei ſum id quod ſum.* Quin potiùs opera noſtra ideo meritoria eſſe dicimus, quia Dei gratia ea informet, nobilitet, & vt meritoria ſint efficiat. Meritoria dicim⁹, quia à Deo veniāt. *Omnia opera noſtra, operatus es in nobis Domine.* Meritoria, quia, vt dictū eſt, talia reddat, & in eſſe merēdi cōſtituat Chriſti ſanguinis valor & pretiū. Vnde cum Regio vate canimus, *Quoniā gloria virtutis noſtræ tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.* Meritoria, quia ſic Deo placuit, quia talia eſſe voluit. Vnde D. Auguſtinus, *noſtræ operationes ex ſe non ſunt condignæ, ſed ex Dei voluntate, qui quærit occaſionem nos remunerandi.* Siquidem, ſcribit. D. Hieronymus, *Ideo imperat, vt cauſas remunerandi habeat.* Et, *vt bonus & profuſus largitor,* inquit D. Ambroſ. *quærit cauſas quomodò donet aut indignis aut verecūdis; deniq; vt exitia tolerare poſſimus vires ſuggerit.* Agnoſcimus, credim⁹, fatemur, ne ſimus *zelum Dei habentes, ſed non ſecundū ſcientiam.*

D. Auguſtinus in pſ. 88.

D. Hier. ad Celantiam

D. Ambroſ. in 4. ad Rom.

Rom. 10.

4. Quibus ita conſtitutis, quid offendiculi inde colligis? Non ſic ſinceritati fidei conſulitur? Quis ſanus dicet, hoc meriti nomine, nos gratiam Dei obſcurare, veritati ſacræ Scripturæ præiudicare? Imò non detrahit veritati, Chriſti merito, gratiam Dei non obſcurat, qui operum bonorum meritum excludit? Nam Chriſti meritum, Dei gratiam excludit, qui illius & huius vim & virtutem ab operibus noſtris remouet; qui negat illud, & hanc nullam vim, atque efficaciam merendi tribuere actionibus noſtris, nihil illis dignitatis tribuere & adferre. Sed quibus vitam æternam negotiamur? *Negotiamini* (inquit) *dum venio.* Quibus? Non talentis à Deo nobis collatis? Qui ab aliquo hortum, domum, agrum emit,

Digitized by Google

emit, pecunijs ſibi datis ab eodem, à quo hortum, donum vel agrum emit, non hortum, agrum, vel domum emptam ſuam fecit, non ſuis pecunijs? Aut pecuniæ ab illo ſibi gratis datæ, non factę erant ſuę? Talenta à Deo nobis collata, non facta ſunt noſtra? Eſt, vt dicit ſolet, iuſtior acquiſitio, poſſeſſio, eâ, quę ex dono venit? In hac negotiatione omnia à Deo ſunt & proficiſcũtur, omnia ab eo accipim⁹ data. Sic ſancti omnia Deo tribuũt. Propterea min⁹ meritoria? Quin potius, ideo tantæ dignitatis, quia ad id à Deo dantur & proficiſcuntur. D. Paulus Deo omnia defert. *Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit.* Verumtamen non ſe excludit, quando ſubiungit. *Abundantiùs illis laboraui: non ego ſed gratia Dei mecum.* Cum eo ergo Dei gratia, & cum gratia ipſe. Cõſpirat D. Auguſtinus. *Quia vita bona noſtra nibil aliud eſt, quàm Dei gratia, ſine dubio & vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur eſt gratia. Et ipſa enim gratis datur, quia gratis data eſt illa* (gratia) *cui datur* (vita æterna) *tantummodo gratia eſt. Hæc autem,* (nempe vitæ æterna) *quæ illi* (ſcilicet gratiæ) *datur, præmium eſt: & gratia pro gratia, tanquam merces pro iuſtitia: vt verum ſit, quoniam verum eſt, quia reddet vnicuique iuxta opera ſua.* Et alibi. *Vita æterna meritis ſanè præcedentibus redditur: tamen, quia eadẽ merita, quibus redditur, non à nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiã, ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa* (nempe vita æterna) *gratia nuncupatur: non ob aliud, niſi quia gratis datur. Nec ideo gratis, quia meritis non datur, ſed quia data ſunt & ipſa merita, quibus datur.* Iſtis nihil poteſt dici ac dari explicatius. Non igitur meriti nomine gratiam obſcuramus, ſed illuſtramus, ſed vos, qui illud excluditis.

Luc. 19.

1. Cor. 15.

D. Auguſtinus lib. de gratia & lib. arbit. cap. 8.

Epiſtola 105.

Po-

POLYANDER CALVINISTA.

Alterum argumentum eſt, ſi omnes noſtræ actiones, vigiliæ, tolerantiæ, perſecutiones, mortes, omnes labores, omnia exilia, quæ Chriſto vniti ſubimus, ſunt ipſius Chriſti actiones, vigiliæ, &c. Doctrina de meritis bonorũ operum, non eſt ludicrum commentum. *Illud tum Patrum ac nominatim Origenis D. Auguſtini & D. Gregorij, tum Apoſtolorum Pauli & Ioannis auctoritate confirmas.*

ANASTASIVS CARMELITA.

101. §. 1. Abſolutè ex Origene D. Auguſtino, D. Gregorio, ſanctis Apoſtolis Paulo & Ioanne, non conditionaliter argumentatus ſum: Cur tu refers cum conditione à me conflatum? Nempe, quia negare abſolutè non auſus es. Non mentitur, qui dixit, *Non te, ſed me ſpreuerunt, Qui vos ſpernit me ſpernit*, Qui Apoſtolo Paulo, *Saule, Saule cur me perſequeris?* Qui electis dicturus eſt, *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Agit, & in ſuis membris patitur. Actiones Chriſti, eiuſdem paſſiones, nullius ſunt meriti? Dic ludicrum eſſe commentum, & ſic detrahe Chriſti actionibus & paſſionibus.

1. Reg. Luc. 9. Act. 9. Matth. 25.

2. Prima tua hęc ad D. Auguſt. & Origen. ſententias reſpõſio, qua idem reſpondes, quod Melchior Canus alicubi, nempe l. 2. loc. Theol. c. 10. pronuntiat de diuo Hieronymo, ipſius *doctrinam non eſſe fidei regulam*, effugium hæreticum eſt, & quod feſtiui dicunt, pons Aſinorum. In quo hoc lepidum & felix, quòd ſi aliquando patres videntur vobis patrocinari, quod tamen numquam illis contingit, hanc occaſionem temere accipientes, eorum auctoritatem quaſi fortiſſimum arie-

te m

Digitized by Google

tem, aduerſum nos obijcere & obtendere ſoletis, eâdem confoſsi & repercuſsi, nihil eam firmamenti, hoc inſigni effugio, habere vultis. Hinc ſuperius aliquoties reſpôſum Patrum doctrinam non eſſe regulam fidei per ſe primò & ſimpliciter, ſed quatenus veritati ac fidei Chriſtianę conformis eſt. A ſine ne te pons iſte deſerat

Donec roſtra tenent ſiccum, & ſedere carinæ.

aliàs ſi refluente aqua ſoluerint, de pelle tua actum dicas.

Secunda tua reſponſio ad Origenem inanis omnino eſt. Quis enim negauit Origenem, tom. 2. & 9. in Ioannem dicere. D. Baptiſtam vſum fuiſſe verbo præſenti *Ecce qui tollit peccata mundi*, vt perpetuã virtutem Chriſti vſque ad finem mundi tollentis peccata ſignificaret, & meritũ Chriſti paſsionis, non noſtra merita celebraret, extolleret? Et quid etiam inde contra nos? Negamus Chriſti virtute peccata tolli? Aliud ſcripſi? lege & relege non reperies. Verumtamen vt oſtenderem vnum ex multis medijs, quibus idem Chriſtus ad finem vſque mundi perennat virtutem paſsionis ſuæ, attuli, quæ idem Origenes habet tom. 9. in Ioannem, nempe, Chriſtum ſuam bonis operibus noſtris, *potentiam & virtutem permiſcere, martyrum tolerantijs promptitudini & confeſſionibus*. Atque hoc pacto eas meritorias reddere & dignas vita æterna. Quare rectè Toletus, quem contra nos, pro nobis citas, ſcribit *Præſentis verbi tempore perpetuas rerum naturas & indeficiẽtes, earum virtutes exprimimus, vt cùm dicimus ignis calefacit, humectat aqua, Reubarbarum choleram purgat: quod annotauit D. Chryſoſtomus homil. 17. in Ioannem*. Audiamus ergo Chryſoſtomum dicentem, *Vt Eccleſia ſua mederetur*

Origenes tom. 9. in Ioan.

Toletus in 1. Ioã.

Digitized by Google

D. Chryſoſtomus homil. 17. in Ioann. *Deus ſanguinem filij ſui effudit propter Eccleſiam. Hic ſanguis irrigat Eccleſiam, & ideo plantaria eius marceſcere non poſſunt, nec folia amittunt eius arbuſta; non ſubiacet neceſſitati temporis, nec eſt conditioni obnoxia, vt per æſtatem comâ foliorum tegatur, hyeme amittatur.* Iſtis non vides Chriſti paſsionis virtutem ſe permiſcere Eccleſiæ actionibus, paſsionibus, & ſic perhennari ad finem vſque ſeculi? Non ſic meritoriæ conſtituuntur & redduntur?

Frondibus intactis cætera turba viret?

Tertia tua reſponſio ad D. Auguſtinum & diuum Gregorium, tametſi aliud nihil ſit, quàm eluſio, quæro tamen, num pro Chriſti nomine pati meritorium ſit? Exclamat Dauid. *O quàm pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pretioſum coram Deo, quod nullius dignitatis ac meriti eſt? Matth. 5. Chriſtus pronuntiat *Beatos, pro iuſtitia paſſuros, eorum eſſe regnum cælorum.* Regnum cælorum eorum eſſe poteſt, qui nullius ſunt meriti? Quin contrà Luc. 6. *Beati eritis cùm vos oderint homines & cùm ſeparauerint, & eijcerint nomen veſtrum tanquam malum propter filium hominis: gaudete & exultate, ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Quod laborioſum, quod voluntarium, quòd à charitate manat, quod pro iuſtitiæ cauſa ſuſcipitur nullius compenſationis dignũ? Et vnde Chriſti meriti magnitudo? nonne partim, quia mortem ſubierit, ſanguinẽ ac vitam Ioan. 15. fuderit pro nobis voluntariè & ex charitate? *Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quàm, vt quis ponat animam ſuam pro amicis ſuis,* Qui ei in hac charitate, volũtate Rom. 8. & labore communicãt, nullius apud eum meriti? *Compatimur, vt & conglorificemur,* inquit Apoſtolus. Matt. 10. Aut miremur iſta ſinè cauſa à Chriſto effata. *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego*

eum

eum coram patre meo, qui in cælis eſt. Et rurſus. *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus, & ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis & bibatis ſuper menſam meã in regno meo, vt ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael*. Iſta, *fidelis ſermo, ſi commortui ſumus & conuiuemus, ſi ſuſtinebimus & conregnabimus*. Quibus quis non videt nos aſtringi Chriſti tentationibus, tolerantijs, & vigilijs? Sanctos iſtis gradibus cælum meruiſſe? *Tentauit Deus illos, & inuenit eos dignos ſe*. Deo digni, qui nihil coram eo meruerunt? De ſanctis virginibus diuus Ioannes ſcribit, *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, ambulabũt mecum in albis, quoniam digni ſunt*. Apoſtolus ad Theſſalonicenſes, 1. quia eorũ fides ſupercreſceret, charitas abundaret, fides conſtans in perſecutionibus, patienta in tribulatione perſeueraret, *dignos Dei regno, pro quo paterentur* aſſerit, ac rationem reddit, *quia iuſtum apud Deum, eis qui tribularentur, requiem cum Apoſtolis & Sanctis in reuelatione Domini noſtri de cælo cum Angelis virtutis eius dare*. Et nullius meriti eſſent coram Deo?

Luc. 22. | 2. ad Tim. 2. | Sap. 3. | Apoc. 3. | 2. Theſ. 1.

Dÿ meliora ferant, nec ſint inſomnia vera
Quæ tulit heſterna, peſſima nocte dies.

POLYANDER CALVINISTA.

Chriſtus adhuc quotidie in ſuis membris patitur, non vt Eccleſiam, quam ſola ſua paſſione, ſemel redemit, atque in æternum cum Deo reconciliauit, aliorum pœnis ſatisfactorÿs iterum redimat, cum Deo reconciliet, ſed vt virtutem ſuam in illa quotidiana membrorum ſuorum infirmitate exerat, eóſque in omnibus perpeſſionibus victores reddat, vt quemadmodum προτερήματα παθήματα, id eſt priores paſſiones *ſibi à patre ſuo definitos, ad Eccleſiæ ſuæ redemptionem in propria ſua carne paſſus eſt, ſic* ὑστερήματα, id eſt po-

ſterio-

ſteriores paßiones ſingulis ſuis membris deſtinatas, in ijs ad eiuſdem Eccleſiæ in vera fide confirmationem perficiat.

ANASTASIVS CARMELITA.

102. §. 1. Quamquam Chriſtus ſola ſua paſſione Eccleſiam ſufficienter redemerit, in æternûm cum Deo reconciliarit, non tamen efficaciter. Non igitur Chriſtus, quotidie redimit Eccleſiam, eamdem cum Deo reconciliat, per reiterationem oblationis corporis ſui factæ in cruce, ſed per continuationem effectus eiuſdem oblationis. Non poteſt autem eſſe continuatio illius effectus, niſi per continuam applicationem, transfuſionem & permixtionem virtutis eiuſdem oblationis in cruce factæ. Applicatio autem non fit niſi per certa media ab eodem Chriſto determinata & præſcripta. In his ſunt Sacramenta. In his bona opera, vigiliæ paſſiones, tolerantiæ, &c. Quare quotidie in membris ſuis patitur, vt Eccleſiam ſuam redimat, cum Deo reconciliet æternûm, non per reiterationem oblationis corporis ſui factæ in cruce, ſed per cõtinuationem communicationis effectuũ eiuſdem oblationis, per continuã transfuſionẽ & applica-

Hebr. 10. & 7. & 9. tionẽ valoris ac virtutis paßionis factæ in cruce.

Et quid putas Apoſtolum velle aduerbio, *ſemel* quo in iſtis locis vtitur, *Vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificatos ſemel ſe obtulit, ſemel introiuit in ſancta æterna redemptione inuenta?* Interuallum aut interſtitium temporis? Si putas, allucinaris. Quid igitur? nempe perpetuam, immutabilem & indeficientem Chriſti ſacrificij, per omne ſeculum, oblationem. Ita enim Origenes & poſt eum D. Cyrillus Alexandrinus in Leuiticum, vbi iſta attingẽdo, *Semel introiuit in ſancta*, ſcribũt. *Oportet, quærere*

D. Cyrillus Alexand. in Leuitic.

vere pontificem, qui ſemel in anno, id eſt, per omne ſeculum ſacrificium Deo obtulit. Adeò vt in ſacris litteris iſtud aduerbiū *ſemel*, firmitatem, conſtantiā, perpetuitatem rei ſæpe denotet, nō etiam eiuſdem determinatā ac finitam impletionē. Sic Iob loquutionis Dei fixam & immutabilē, hoc eodē aduerbio exprimit. *Semel loquitur Deus, & idipſum ſecundò non repetit*. Eodem vates regius, eiuſdem Dei propoſiti ac iuramenti firmitatem ac conſtantiam, perſeuerantiam. *Semel duo hæc audini, quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar*. Semel id eſt, firmiter, inconcuſſe, vt D. Auguſtinus exponit. Sic & Ouidius eius puellæ, quæ ſe proſtituit pudicitiæ amiſſæ, nec aliquando recuperandæ perpetuum ac perſeuerans damnum, eodem aduerbio exprimit Iob 33. pſal. 61. & 88. D. Auguſtinus. in pſal. 61.

——— *Nullâ reparabilis arte*
Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.

Ergo Chriſtum ſemel ſua paſsione Eccleſiam, redemiſſe, ſemel eamdē cum Deo reconciliaſſe, eſt ſemper & incōcuſſè, per omne ſeculū redimere, & eam cum Deo recōciliare: Non per reiterationem oblationis corporis ſui factæ in cruce; ſed per continuam & indeficientem communicationem, permixtionē ac trāsfuſionem virtutis, pretij ac valoris oblationis corporis ſui factæ in cruce.

2. Virtutem hanc ſuæ paſsionis non ſolùm valere voluit ſuis ad victoriam aduerſus tentationes, non ſolùm ad perfectionem confirmationis in fide, quemadmodum nugaris, ſed etiam ad vitæ æternę conſecutionem. Non enim victoribus coronæ debentur? *Palma in manibus ſanctorum* inquit ſcriptura. Apoc. 7.

——— *Et ſacras poſcunt capitolia Laurus.*

Digitized by Google

Virtutem hanc conſequendæ beatitudinis voluit nobis applicari, & valere, per ſacramenta, bona opera, paſſiones, vigilias, tribulationes &
2.Tim.3. tolerantias; adeò vt pronuntiet D. Paulus, *non coronabitur niſi qui legitimè certauerit.*

Hæc virtus quibuſcumque operibus, ac tolerantijs permiſcetur, eas eleuat ad meriti gratiam dignitatemque. Fit inde vt omnes tolerantiæ noſtræ, omnia opera noſtra eius virtutis beneficio, meriti rationem ac naturam induant.

Hæc virtus permiſceri nequit vigilijs, tolerantijs, ac operibus noſtris, niſi priùs Chriſto coniungamur ac vniamur. Et quoniam *ſi quid patitur*
1. Cor. 11. *vnum membrum, patiuntur etiam reliqua membra*, ei vnita & coniuncta: Chriſto tanquam capiti noſtro vniti & coniuncti, ſi quid nos patimur, toleramus, ſi quid operamur boni, eidem velut capiti defertur; Illud ſe pati, tolerare, facere pronuntiat; quicquid iniuriarum membris ſuis fieri videt, velut ſibi factum & illatum reputat. In membris enim ſuis eſt. Vnam nobiſcum in myſtico Eccleſiæ ſuæ ædificio conſtituit perſonam. Vt quicquid nos etiam ipſe. His de cauſis fit vt opera noſtra vigiliæ, tolerantiæ, paſſiones, non poſſint non eſſe meritoriæ.

POLYANDER CALVINISTA.

Verùm, quid pluribus opus eſt? Apoſtolus ſeipſum explicans aſſerit in Epiſtola ad Coloſſenſes cap. 1. verſ. 24. & 25. Se afflictionem Chriſti reliquias in carne ſua pro Eccleſia explere, ſecundùm Dei diſpenſationem ſibi erga Coloſſēſes cōmiſſam, ad implendū Dei ſermonē. *Nō ergo vt ſeruator pro aliorum redeptione, ſed vt fidus Euangelij miniſter pro aliorū conſolatione paſſus eſt, vt infirmiores patiētia, & perſeuerātia ipſius exēplo in vera fide*

fide cõfirmati, ſalutẽ, (vt alibi. 2. Cor. 1. verſ. 5. loquitur) cũ gloria æterna, non in ipſo, ſed in Chriſto Ieſu conſequerẽtur.

ANASTASIVS CARMELITA.

103. §. 1. Certè, quibus nauſeam non parerent tot impietates & mendacia, quæ toties quoties excreas? Fateor nec iſtis, nec pluribus opus, ſi tamen ſapere potes.

2. Apoſtolum *ea quæ deerant paßionum Chriſti adimpleuiſſe, tantùm ad exemplum patientiæ & perſeuerantiæ, ad aliorum conſolationem & eorumdem in fide confirmationem*, falſum eſt. Nec Coloſſ. 1. 24. & 25. verſ. ſic ſe exponit. Ad impleuit & ad recõciliationẽ & ſatisfactionẽ. Quare omiſſa hæretica tua expoſitione, audiat Lector D. Chryſoſt. ad hæc Apoſtoli verba, interpretationem; Apud eum credo, plus valebit auctoritas, quàm balatronis impuritas, & vſurpatæ auctoritatis vanitas. Sic itaque D. Chryſoſtomus. Quãdo Apoſtolus dicit *adimpleo, quæ deſuut paßionũ Chriſti, nõ vult eſſe ſuas afflictiones, ſed Chriſti, & has illi appropriare. Et quæ ego patior, inquit, propter illũ patior. Itaq; illi non mihi referre gratiã debetis. Quemad nodũ ſi quis ad aliũ quempiã mitteret, rogarétq; ducẽs, obſecro te vade ad illũ meo nomine; is deinde diceret, propter eũ, qui me miſit iſta facio. Itaque non erubeſcit iſtas afflictiones Chriſti dicere. Nõ enim dũtaxat mortuꝰ eſt pro vobis, inquit, ſed & præter quã quòd mortuus eſt, paratus eſt etiam affligi propter vos. Hoc contendit & vrſit vt oſtendat Chriſtũ etiam nunc periclitãtem pro Eccleſia per proprium corpus. Inuehitur autem contra eos, quaſi dicat, non per nos reconciliamini Deo, ſed per Chriſtum, etiam ſi nos iſta faciamus. Non enim propriũ opus noſtrum ſuſcipimus, ſed illius. Atque hoc perinde eſt, ac ſi exercitus quiſpiã ducem, protectorẽ nactus in bello perſiſteret, atq; illo abeunte, ſecundariũ partiũ dux, vulnera eius in ſe trãſferret & ſubiret, quouſq; bellũ d[illegible]rimeretur.*

 Qui-

Quibus ſatis conſtat ſanctorum paſsiones ipſius Chriſti paſsiones eſſe, tametſi ſancti illas ſubeāt & perferant. Conſtat diuinam prouidentiam aliquas paſsiones in cruce ſanctorum, non ſolùm ad perſeuerātiæ, patientiæ exemplum, nō ſolùm ad aliorū confirmationem diſpoſuiſſe, ſed etiam ſatisfactionem & redemptionem pœnarum temporalium actuali peccato debitarum. Et certè quemadmodum paſsionum priorum Chriſti in cruce & in proprio, naturalique corpore exantlatarum ſuperabundantia fundamentum habet
1. Ioā. 2. in Scriptura dicente. *Ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantùm, ſed etiam totius mundi delictis*, ſic & paſsionum ſanctorum, quo ad officium ſatisfaciendi, ſuperabundantia. Ita enim
Iob 6. Iob. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera, quaſi arena maris, hæc grauior appareret*. Et hîc D. Paulus Coloſ. 1. tametſi reclames, Quemadmodum enim diuina prouidentia res ſic diſpoſita eſt, vt Chriſti membra, præſertim præcipua, alia curent, doceant, pro eiſdem rogent, impetrent déque congruo mereantur, ita eadem diuina prouidentia fit, vt quædam ſint, quæ pro alijs ſatisfaciant. Et quemadmodum illa Chriſto curanti, docenti, roganti, impetranti, merenti aſsimilantur, ita iſta eidem pro nobis ſatisfacienti.

2. Ergo D. *Paulus paſſus, vt ſeruator, redemptor*? Eſt, mi homo, ſed cum diſtinctione. Chriſtus quidem per ſe & ſimpliciter, D. autem Paulus per accidens. Chriſtus propriâ virtute, D. Paulus virtute paſsionis Chriſti. Chriſtus nulla accedente clauium auctoritate. D. Paulus eâ interueniente. Chriſtus per modum ſacrificij & oblationis, D. Paulus

Digitized by Google

Paulus non item. Chriſtus, vt qui à culpâ & pæna æterna nos redemit, liberauit, D. Paulus, vt qui tantùm à pæna temporali actuali peccato debita. Hanc doctrinam non nouit Theologia Caluiniana, nouit tamen Catholica.

POLYANDER CALVINISTA.

Idem de alijs martyribus docet Auguſt. tract. in Ioan. 84. Etſi fratres (*inquit*) pro fratribus morimur, nullus tamen ſanguis martyris in peccatorum remiſsionem funditur, quod fecit Chriſtus pro nobis: neque in hoc, quod imitaremur, ſed quid gratularemur, nobis contulit. Sicut ſolus Dei filius factus eſt filius hominis, vt nos faceret filios Dei, ita etiam pro nobis ſolus ſuſcepit ſine culpa, pænam, vt per ipſum ſine meritis conſequamur indebitam gratiam.

D. Auguſtinus. in Ioan. tract. 84. & lib. 4. contra duas Ep. Pelag. ad Bonif. cap. 4.

ANASTASIVS CARMELITA.

104. §. 1. Intelligendus D. Auguſtinus cum ea diſtinctione, quam nunc attigimus. Non enim per ſe & ſimpliciter & abſolutè ſanguis martyrum in peccatorum remiſsionem funditur, ſed per accidens. Nullus ſanguis martyrum funditur pro culpa originali & pæna æterna, ſed pro pæna temporali actuali peccato debita: nullus ſanguis martyrum in peccatorum remiſsionem funditur, quaſi propria virtute ea redimere queat, ſed Chriſti paſsionis virtute. Nullus ſanguis ſanctorum per modum oblationis & ſacrificij funditur in remiſsionem peccatorum, ſed per modum ſatisfactionis. Quod autem D. Auguſtinus ſit intelligendus cum diſtinctione probat iſta eius, *Sicut ſolus filius Dei factus eſt filius hominis, vt per illum filij Dei fieremus: ita ſolus pro nobis ſuſcepit ſine malis meritis pænam, vt nos per illum ſine bonis meritis gratiam conſequeremur.*

mur. Indigent enim interpretatione. Quis namque dixerit ſolum Chriſtum, Dei filium abſolutè & ſimpliciter filium hominis factū? Quis dixerit D. Auguſtinum id velle? Ergo ſic intelligēdus diuus Auguſtinus, nempe ſolum filium Dei filium hominis factum, ſine virili ſemine ex omnibus filijs hominum. Quis etiam ſolum Chriſtum ſine malis meritis abſolutè & ſimpliciter pœnam ſuſcepiſſe? Nam, non fuerunt alij multi ſine malis meritis? Non Hieremias, ab vtero ſanctificatus? nō D. Baptiſta ex vtero matris Spiritu ſancto repletus? Nō etiā ſacratiſſima virgo Dei mater? *Vnde enim ſcimus*, inquit D. Auguſt. *quod ei plus gratia collatum fuerit ad vincendū ex omni parte peccatū, niſi quia concipere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatū? de virgine Maria propter honorē Domini, nullā prorſus, cum de peccatis agitur, volo fieri mentionē.* Et D. Greg. Naziāz. virginis matris ſanctitate & puritate, concludit Chriſti hominis ſanctitatē & puritatē. *Quod enim de ſancto natum ac eductum non eſt, ſanctum eſſe non poteſt*, inquit. Non igitur ſolus Chriſtus ſine malis meritis abſolutè & ſimpliciter fuit. Quod cū D. Auguſt. reſciuiſſe nemo negauerit, cum diſtinctione igitur interpretādus, nēpe, quòd ſolus Chriſt⁹ *naturâ* fuerit ſine malis meritis, & ſine iſtis pœnā ſuſceperit; alij autē nō naturâ, ſed gratiâ & ſine malis meritis, eos Dei gratia præueniēte, cōcomitāte & ſine malis meritis conſeruāte, pœnā ſubierint.

Hierem. 1. Luc. 1. D. Auguſtinus de natura & gratia cap. 36.

D. Gregorius lib. 2 de Theolog.

Cæterùm iſta ad Bonifacium eiuſdem D. Auguſtini, *Vt nos per illum ſine bonis meritis gratiam conſequeremur*, de prima gratia veniunt intelligēda, quę ſub merito non cadit, dicente Apoſt. *Apparuit benignitas & humanitas noſtri ſaluatoris, nō ex operib⁹ iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed per ſuam miſericordiā ſaluos nos fecit.*

Quam

Quam nō dicimus nos mereri ſanctorū ſāguine. Tit. 1.

POLYANDER CALVINISTA.

Et Leo Epiſcopus Romanus, Acceperunt iuſti, non dederunt coronas,& de fortitudine fidelium nata ſunt exempla patientiæ, non dona iuſtitiæ. *Quid quòd Apoſtolus Corinthios interrogans*, num Paulus, pro vobis crucifixus eſt? *hâc interrogatione eos damnat, qui ipſum aut alios Chriſti ſeruos pœnas pro aliorum peccatis ſatiſfactorias dependiſſe exiſtimant?*

ANASTASIVS CARMELITA.

105. §. 1. Sanctiſſimus ille Epiſcopus reſpicit ad finem proximum & præcipuum martyrij, & ad finem veri ſacrificij. Finis autem proximus & præcipuus martyrij, eſt teſtimonium exhibere veritati, quo quis elegit actu fortitudinis magis vitam perdere, quàm fidem negare, non autē ſatisfacere pro peccatis & Deū placare. Finis autem proximus præcipuus ſacrificij ac mortis Chriſti, fuit pro peccatis totius mūdi ſatisfacere & Deum placare. *Pacificauit per ſanguinem crucis ſeu quæ in terris, ſeu quæ in cælis ſunt*. Cùm ergo dicimus ſanctorum, paſſiones nos redimere & pro nobis ſatisfacere, idque pro pœna temporali, peccatis noſtris actualibus debita, intelligimus non ex prima paſſionum illorum intentione, primo, proximo, & præcipuo fine, ſed ſecundū quid & per accidēs,& modis nūc à nobis prætactis: ita enim non ſolùm exēpla naſcuntur patientię, ſed etiā dona iuſtitię. Coloſſ. 1.

2. Quòd ſpectat ad interrogationem D. Pauli; de ſingulari Chriſti crucifixione loquitur, qua ſimpliciter & abſolutè, propria virtute & potentia, per modum ſacrificij & oblationis, totum genus humanum, non vnum aut alterum hominem à peccato originali, pœna æterna liberauit, 1. Cor. 1.

Digitized by Google

& Deo reconciliauit. Hoc enim modo nullus Apoſtolorum, nullus Sanctorum crucifixus eſt. Siquis contrarium propugnaret Chriſtum diuideret, partiretur.

POLYANDER CALVINISTA.

Ex ipſo quoque contextus intuitu Apoſtoli Pauli teſtimonium à te productum, ſenſu & verbis à tuâ aſſertione planè diſſentire prudens Lector facilè iudicabit. Tu enim de pænitentia, cõfeßione, ieiunijs, vigilijs & alijs ſatisfactionis operibus diſputas, quas ſinguli cum lachrymis & cõtinuo mœrore, pro ſemetipſis Deo offerunt: Apoſtolus verò de contumelijs & oppreßionibus, quas cũ gaudio pro Chriſti Euãgelio pertulit.

ANASTASIVS CARMELITA.

106. §. 1. Nec ſenſu nec verbis diſſentit à mea aſſertione. Quaſi verò Apoſtolus de pænitentiæ partibus, de ieiunijs, vigilijs & alijs carnis mortificationibus, caſtigationibus, ſatisfactioniſque actionibus non etiã loquatur. Quaſi de cõtumelijs, oppreſsionibus, quas in obeũdo Euãgelij munere pertulit, loquutus, non ieiunia, non vigilias, non pænitẽtiæ partes, carnis mortificationes, caſtigationes corporis, quas extra Euangelij munus in ſe pro Eccleſia ſuſcipiebat, non etiam intellexerit. Quaſi de vtriſque non ſim loquutus. Quaſi virtus paſsionis Chriſti, non vt illas, ſic etiam iſtas peruadat, non vt illis, ſic iſtis ſe permiſceat. Quaſi, nõ vt illę, ſic etiam iſtę Chriſti in ſuis membris ſint actiones & paſsiones. Quaſi, non vt illas, ſic iſtas eleuet ad meriti dignitatem.

2. Quid quòd falſum ſit, me contuliſſe pro ſemetipſis pænitẽtiam agentes, plorantes, cum D. Paulo? De vtriſque nõ potui verba ſerere, abſque vlla collationis ac cõparationis intẽtione? Non

Auertis vultus, non ſubit ora pudor.

Sed

Digitized by Google

Sed eſto, vt vis, quod tamen nego, exiſtimas D. Paulum, non dico pro delictis ſuis, ſed pro ſemetipſo ad maius meritum, maius gloriæ futuræ augmentum, has carnis caſtigationes non ſæpe ſuſcepiſſe? Potuit pro Eccleſia, cuius erat membrum, non etiam pro ſe ſubire? Exiſtimas noſtros pænitentes, cum pro ſuis delictis Deo preces offerũt, lachrymas fundũt, mœrore afficiuntur, non etiam pro Eccleſia offerre, fundere preces, mœrore affici? Exiſtimas Eccleſiam inde nihil vtilitatis haurire? Si exiſtimas, grauiter erras. Quod ſi *Angelis* lætitia *& gaudium* inde accedat? Non etiam Eccleſiæ militanti? Luc. 15.

3. *Qui pro ſemetipſis pænitent, ieiunijs, vigilijs & alijs ſatisfactionis operibus vacant, iſta*, illaſque *Deo offerunt, cum lachrymis & continuo mœrore.* Apoſtolus autem, *contumelias, & oppreſſiones cum gaudio* obibat, ais. Feſtiuè verò, quaſi verè pænitentium, ieiunantium mœror, à gaudio D. Pauli diſſentiat. Pænitẽtium mœror, non gaudio miſceatur. Gaudium Apoſtoli, non eſſet mœrore mixtum; ſæpiculè lachrymæ de gaudio non prodeant. Quaſi D. Paulus de eorum claſſe vnus nõ eſſet, de quibus. *Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua.* De quibus ipſe ſaluator. *Amen dico flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Non vnus ex ijs, à quorum *oculis abſterget Deus omnem lachrymam.* Mi homo, vt contumelias & oppreſſiones pro Euangelio ſubeuntibus, ſic pro ſuis delictis verè ac rectè pænitentibus Spiritus ſanctus lachrymas, mœrorem, ſimul & gaudium omnis ſanctæ deuotionis infundit & inſpirat. In hac via non mœror, non lachrymæ ſalutis eſſe poſſunt ſine ſpirituali gaudio. Sed cui loquor? *Qui non eſt expertus, qualia ſcit?* Pſ. 125. Ioan. 16. Apoc. 7. & 21.

Po-

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Sub finem tuæ diſſertationis, quiduis pro more tuo, ex quouis temerè eliciës. Si (inquis) Caluinus doctrinam de meritis bonorum operum impugnat & improbat, ergo & doctrinam de mercede. *Quaſi verò hæc vocabula meriti & mercedis ſint ſynonyma, quaſi illud æquè atque hoc in ſacris tabulis inueniatur. Quid porrò hac interrogatione impudentius, aut putidius fingi poteſt?* Vbi Caluino fides æternæ mercedis ac compenſationis? vbi illi recordatio iſtorum Chriſti, in domo patris mei manſiones multæ ſunt? Iſtorum Regij vatis. Duo hæc audiui, quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua? *At vbi conſcientia tua, Cocheleti? Si cucullo tuo minimũ verecundiæ ſubeſſet, nequaquam rem tibi notiſſimam in diſceptationem vocares. Noſti enim Caluinum lib. 3. inſtitut. cap. 18. ſect. 3. & 4. Mercedis vocabulum approbare, modo illud eodem ſenſu, quo ſacra Scriptura, vſurpemus.*

Ioan. 19. pſal. 61.

ANASTASIVS CARMELITA.

107. §. 1. Nihil temerè elicui. Doctrinam de meritis bonorum operum cum Eunomianis, qui mentiuntur ludicrum eſſe commentum; Nonne Caluiniana colluuies dicit? Quod cùm ita ſit, temerè, & non potiùs appoſitè expoſtulaui? *Et vbi Caluino fides æternæ mercedis & compenſationis?* Nam ſi nulla merita, vbi præmia?

2. *Meritum & merces non ſunt ſynonyma,* ais. Quis dixit? Tametſi verò non ſint ſynonyma, ſunt tamen relatiua: vel ſi reclamet Caluinus lib. 3. Inſtitut cap. 16. ſect. 3. & 4. Nam diuina oracula nomine mercedis futuræ, vitam æternam intelligunt. Exempli gratia Matthæi 20. *Redde illis mercedem*

Digitized by Google

cedem ſuam, inquit Paterfamilias procuratori domus ſuæ; id eſt, vitam æternam, vt exponit. D. Hieronymus lib. 2. in Iouinianum, D. Chryſoſtomus in 2. D. Matth. D. Ambroſius lib. 7. in Lucam cap. 66. D. Gregorius lib. 4. Moralium cap. 42. D. Auguſtinus lib. de ſancta virginitate cap. 26. Atque eadem oracula diuina, iſtam mercedem, non tantùm mercedem vocant, ſed & dignam & iuſtam vocant. *Ite in vineam meam & quod iuſtum fuerit reddam vobis*. Et Apoſtolus eam *iuſtitiæ coronam* appellat ſibi reddendam, idque à iudice iuſto. Nam Deus, non tantùm retributor, remuneratur, non tantùm iudex, ſed etiam iuſtus ſparſim ſacris oraculis dicitur. Cur quæſo retributor, remunerator, cur iudex, cur tandem iuſtus iudex prædicatur; niſi verò quia ſingulorũ merita liberat? Cur *manſiones multæ* in cælo, id eſt, diuerſi compenſationis gradus, niſi quia diuerſi meritorum gradus? Ecquid eſt, *reddere vnicuique iuxta opus ſuum*, niſi verò habere rationem meriti vniuſcuiuſque? Quæ cum ita ſint, & Caluinus bonorum operum merita exſibilet, *ludicrum commentum* vocet, non *impudenter*, *non putidè* expoſtulaui, quemadmodum calumniaris, vbi Caluino *fides æterna mercedis & compenſationis*? Et cum contrariorum eadem ſit ratio & diſciplina, rurſus quæro, vbi eidem Caluino infernus?

Matt. 20. 2. Tim. 3. Ioan. 14.

3. *Approbat Caluinus vocabulum mercedis, modò eodem ſenſu, quo ſacra Scriptura, vſurpemus*. Qui ſunt autem illi, qui, quo ſenſu ſcriptura vſurpat, eodem non vſurpãt? Quis definiet quo ſenſu ſacra Scriptura vocabulũ mercedis vſurpat? Caluinus? Et vnde illi hæc auctoritas? Hæc, mi homo, auctoritas

ritas ſoli Eccleſiæ Apoſtolicæ Catholicæ Romanæ conceſſa eſt, non Caluino Apoſtatæ, fidei deſertori, veritatis refugæ.

POLYANDER CALVINISTA.

Ecquis, cui vel minima ſcintilla lucis in pectore ſupereſt, non videat Caluinum, non ſolùm credidiſſe, ſed etiam apertè affirmaſſe poſſeßionem vitæ æternæ fore operum bonorum retributionem ac mercedem, non quidem nobis debitam, ſed gratuitam, atteſtante ſacra Scriptura, quæ eam electorum hæreditatem & Dei donum appellat, Matth. 25. Rom. 6?

ANASTASIVS CARMELITA.

108. §. 1. Relatiuorum vnum qui negat, & alterum negat, At Caluinus negat bonorum operum meritum, quod eſt ad mercedem relatiuum. Negat igitur æternam mercedem.

2. Obijcis non *nobis eſſe debitam*. Abſolutè & ſimpliciter non eſt nobis debita, ſed ſecundùm [illegible]d: nempe ex pacto & conuentione. 2. Non [illegible] nobis debita quidem, ſed Dei gratiæ, ſed merito Chriſti, ſed fidei, ſed charitati, quæ per Spiritum ſanctum nobis infunditur, quæque opera noſtra perficiunt, & ad meriti dignitatem prouehunt. Hinc Apoſtolus, *Gratia Dei vita æterna, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* (Rom. 6. verſ. 23.)

3. Falſum autem eſt Matth. 25. ſcribi, quòd non meritis bonorum operum detur vita æterna: Quum è contra ad perceptionem regni ab origine mundi parati, illi ſoli introducuntur, qui miſericordię operibus hoc in mundo intenti fuerunt, & ex oppoſito damnantur & reprobantur, qui ea neglexerint. Paratum quidem regnum ab origine mundi, ſed in quod nemo introducitur quàm præuiis meritis, *Regnum enim Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud.* (Matth. 11.)

CAP.

CAPVT XXXVIII.

Scheol propriè infernum denotat. Qui negant Limbum, Purgatorium, negant & infernum. Anima eſt vitæ principium, nec poteſt vita eſſe, niſi anima in eo permaneat in quo eſt vita. Regreſſus animæ ad corpus, eſt eiuſdem corporis reſurrectio. Res non ideo eueniunt quia ſunt prædictæ. Patrum vnanimis conſenſus ſequendus.

POLYANDER CALVINISTA.

Sententias tum priſcorum, tum recentiorum Doctorum à me ſinceritatis calamo tranſcriptas atq; expoſitas, iterum eludis, Cocheleti, fucoſa nouorum commentorũ varietate obnubilas. Ego verò maiorẽ officij mei, quàm praui tui exempli rationem mihi habendam duco. Ne igitur inani rerum abundè expoſitarum repetitione, meas horas malè collocem: & cibum bis coctum tertio apponendo, prudenti Lectori nauſeam faciam, tantùm opto, vt hanc tuam farraginem cum ſuperiore meâ interpretatione conferat, minimè dubitans, quin hâc contentus, odioſas tuas reclamationes ac criminationes ſit repudiaturus.

ANASTASIVS CARMELITA.

109. §. 1. Mercem ſuam fallaciæ, fucique non parum ſuſpectam reddunt, qui emptores ad eius inſpectionem, cõtrectationem faſtidiosè prouocant. Non parùm illi, qui eamdem curioſiùs parant.

Digitized by Google

rant. Cur tu tam ſæpe & ad tædium? Veritas propria purpura ac meditate contenta eſt: nec iſtis Phaleris gaudet. Moneo ſpera, tibique promitte, non quod vis, ſed quod debeas.

2. Verumtamen quoniam tam frequenter optas, per me liceat; prudens Lector ~~tamen~~ interpretationes, meam, vt probroſè ſcribis, *ferraginem* ſimul conferat. Facilè mihi perſuadeo fore vt qualemcunque meam pro veritate ferraginem pluris æſtimet, quàm quodcumque fallax aurum, quod aduerſus eam exponis, ac prætendis. Fore facilè ſperò, vt ſtupore correptus miretur Ariſtomenem teſtudinem factum, deque tam mirabili mutatione riſum nequeat cōtinere.

POLYANDER CALVINISTA.

Antequam tamen nouos errores & paralogiſmos quos in his, 4. capitibus deprehendi, breuiter indicem, eorúmque Cathalogum proferam, cum meo, tum etiam Caluino atque omnium noſtrorum Theologorum nomine, tibi gratiam habeo, mi Cocheleti, quòd Patres orthodoxos pag. 132. Lyranum, Caietanum, Pagninum atque alios ſcriptores Pontificios pag. 158. 160. nobis ſuffragari concedis, ac vocem, ſcheol, qua vtitur ſacra Scriptura, interdum ſepulchrum, interdum mortem, interdum maximas calamitates ſummámque miſeriam, nobiſcum interpretari. Si quod iam conceßiſti, verum eſt, nimirum priſcos Theologos atque de Pontificijs ipſis aliquam multos viros doctos affirmaſſe, in ſacris litteris vocabulum, Scheol, aliquando accipi pro ſepulchro, vt Geneſ. 37. verſ. 35. aliquando pro morte, aliquando pro ſummis calamitatibus, vt pſal. 29. verſ. 4. nobis pſal. 30. falſum fuerit quod ſupra Lin. 8. 12. 13. & 14. primæ diſceptationis aſſeruiſti, eoſdem ſcilicet in illis locis vocem, Scheol, ſumpſiſſe pro inferno. Ex eadem conceßione neceſſario ſequitur vocabulū Scheol, eſſe πολύσημον *& ambiguum:*

Digitized by Google

gium: ac proinde ex hâc voculâ nihil certi aut ſolidi ad denotandas inferorum ſedes poſſe adduci, ſed ex alijs contextus circumſtantijs eſſe demonſtrandum in qua ſignificatione ab illius auctore vſurpetur, an pro ſepulchro, an pro morte, an pro ſummis mortis doloribus, an verò pro Auerno, atque hoc tantummodo inter nos in controuerſiâ eſſe, an in locis à te nominatis Scheol, pro ſepulchro, an vero pro inferno vſurpetur, non autem an propriè pro inferno, impropriè ac tropicè pro ſepulchro ponatur. Non huius aut illius probationem à te poſtulaui.

ANASTASIVS CARMELITA.

110. §. 1. Homo aſſuetus mendacijs
Deſinit in votis quærere velle fidem.

Quis ergo in poſterum tibi toties mentienti, quoties ſcribenti fidem dabit? Nam pag. 132. & 157. 158. 160. non dixi me ſimpliciter & abſolute concedere, quod hîc obtendis. Conceſsi, ſed ex ſuppoſitione. Verba mea ſunt illis in locis. *Conceſsi, non ſimpliciter & abſolutè, ſed ex ſuppoſitione, vt fieri ſolet inter Philoſophos, ne incepta diſputatio interrumpatur, confundatur, & longiùs digrediatur, quòd ſi qui ex Patribus orthodoxis voluerint vocem*, Scheol, *aliquando pro ſepulchro poſitam eſſe, non enim Lyranus conceſſerit vmquam, non Caietanus, non deniq; Hebræi non Pagninus, quia propriè infernum denotat, tantùm impropriè. Nempe, quia cum iſta dictio Hebræis abſtruſiſsimum & reconditiſsimum illum ſubterraneum locum propriè ſignificet, & ſepulchrum aliquam ſub terra profunditatem, fit vt impropriè ſepulchrum deſignet, & eam per accidens per metonymiam vocabulo ſepulchri, per hyperbolē poëticam, pro morte & maximis calamitatibus, ſummáque miſeria interdum interpretentur.* Nec fuit quod mihi gratiam tuo, Caluini, tuorumque nomine haberes. En enim quomodo conceſſi; quod vnum, nihil concede-

Zz re

re fuit. Quin potiùs, integr s illis cap. 14. 15. 16. 17. in eo totus ſum, vt oſtendam Patres orthodoxos docere vo cem, *Scheol*, propriè nonniſi infernum denotare. Et tibi

Non cohibet vires, ingeniúmque pudor?

2. Non abſimilis impoſtura eſt, quòd dixerim eoſdem Patres dictionem hanc *Scheol*, quæ occurrit cap. 37. Geneſ. verſ. 25. ibidem pro ſepulchro interpretari. Non dixi, non ſcripſi.

3. Ambiguum porrò eſſe non poteſt, quod naturâ rem vnam tantùm ſignificat, etiamſi à propria & natiua ſignificatione ad impropriam interdum poſsit transferri. *Scheol* autem naturâ, propria & natiuâ ſignificatione verum infernum tantùm denotat. Quare, tametſi à propria & natiuâ ſignificatione, ad impropriam transferatur, vt ſepulchrum per metonymiam, per hyperbolem Poëticam mortem, extremas calamitates, ſummos dolores ſignificet, ambiguum non erit ſi ſolitariè ponatur & ſumatur. Sed ex eo *certi & ſolidi ad denotandas inferorum veras ſedes* aliquid neceſſariò adducetur. Tritum enim iſtud eſt. *Analogum per ſe & ſolitariè ſumptum in præcipua ſignificatione eſt accipiendum.* Si quis Iulium Cæſarem, vel Auguſtum ſe vidiſſe coram te defenderet, annos natus non plus triginta. Non eum nugari diceres? Poſt multam contentionem, ſi illo ſemper dictum ſuum affirmante, te autem negante, lis hæc coram iudice dirimenda protraheretur, facta inter vos conuentione, vt in quem veſtrum ſententiam pronuntiaret, ipſe ſummam pecuniariam aliquantulam ſocio penderet: ille tandem mentem ſuam coram iudice aperiret, diceret ſe vidiſſe quidem Iulium, vel Auguſtum

Cæſa-

Cæſarem, ſed pictum, ſed in tabella: nonne iudex in fauorem tui, in eum ſententiam ferret, & bene mulctatum ad emendationem tam inſolentis nugæ amandaret? Qua de cauſſa quæſo? An nō quia homo per ſe & ſolitariè pronūtiatus in præcipua ſignificatione dicat animal ſenſibile, rationabile, & in ea capi debeat, tametſi poſsit à natiua & propria ſignificatione, ad impropriam ſcriptam vel pictā transferri? Vt ita de vocabulo *Scheol* per ſe & ſolitariè ſumpto iudicem[b]: ac proinde aliquid certi & ſolidi ex eo adduci poſsit ad denotandas inferorū veras ſedes. Secus, quæ res, quę dictio ambigua nō erit, & ex qua aliquid certi & ſolidi adduci poterit, ſi quia à natiuâ & propria exiſtētia & ſignificatione, ad impropriā transferri & traduci queat, ambigua eſſe debeat? Aut collige. Homo poteſt depingi, ergo nonniſi ambiguus eſſe poteſt, nec ex eo aliquid certi ſolidive adduci. Vocabulum homo poteſt traduci, vt pictum hominem ſignificet, igitur non poteſt non eſſe ambiguū, & nec ex eo aliquid certi & ſolidi adduci, ad denotandum verum hominem. Et ſic in reliquis collige. Ite

Ite procul vani, falſumque auertite viſum,

4. Feſtiuum & iſtud, quo vis hoc tantum modò in controuerſia eſſe inter nos, an in locis à me nominatis *Scheol* pro ſepulchro, an verò pro inferno vſurpetur; non autem an propriè & tropicè pro ſepulchro ponatur. Quaſi verò dictio tranſlata à propria & natiua ſignificatione ad impropriam, vbicumque ab illa ad hanc traducta occurrit, ibi non impropriè rem, ad quam denotandam ſumpta eſt, ſignificet: & vbicumque in propria & natiua occurrit, ibi eam

Digitized by Google

non propriè denotet. Bone vir latebras quæris & captas, quas non inueniens, ſemper intectus manebis, nudus in arena.

POLYANDER CALVINISTA.

Argumenti tui conſequentiam, Moyſes & Pſaltes in iſtis locis loquuntur de Scheol: Ergo de inferno: hac cuſpide, quam mihi porrexiſti inuerto: Non ſequitur, quia Scheol, eſt ambiguæ ſignificationis. *Quocirca diſpiciendum eſt, an alio potius ſenſu (quod oſtendi) vocabulum illud ibidem accipiatur.*

ANASTASIVS CARMELITA.

111. § 1. Iam dixi. *Analogum per ſe & ſolitariè ſumptum, in præcipua ſignificatione eſſe accipiendum.* Nulla ambigua eſſe ſignificatione, niſi quorum ſignificata ſunt æquè principalia. *Scheol* autem ex naturâ tantùm infernum propriè dictum ſignificat, ſepulchrum nonniſi per accidens, & propter ſimilitudinem, comparationem & relationem ad præcipuum ſuum ſignificatum, nempe infernum propriè acceptum. In locis ex Moyſe & Pſalte à me citatis ac nominatis ſolitariè ac per ſe ſumitur: non igitur ambiguæ ſignificationis, ſed accipiendum in famoſiore ſignificato. Et ita ruunt tuæ conſequentiæ.

2. *Hanc cuſpidem tibi porrexi*, ais. At nego, mi homo. Hæreticis fauere non didici, eis contra veritatem aliquid porrigere non noui.

POLYANDER CALVINISTA.

In eo allucinaris (vt errores, vel potius ineptias tuas ordine perſequar) quòd limbum, & purgatorium & infernum, res adeò affines & cognatas nũcupas, vt ſi quis earum vnam neget, reliquas ſimul inficietur pag. 132. Locum ſiquidem reprobis eſſe deſtinatum ſcriptura perſpicuè tradit, limbi verò ac purgatorij nullam mentionem facit.

ANA-

ANASTASIVS CARMELITA.

112. §. 1. Veriſsimè dixi pag. 123. Limbum, purgatorium, infernum res eſſe adeò affines & & cognatas, vt Caluinus Limbum, purgatorium negando, non poſsit non inficiari aliquem reuera infernum eſſe. Nec error, nec ineptia, hoc meum pronunciatum. Neque allucinor, ſed rem, vt eſt, complector. Nam ſi loci naturam, ſi innatum diuinæ iuſtitiæ ordinem, ſi denique animarum naturam ſpectemus, eiuſdem erunt vel negationis, vel aſſertionis. Nimirum iſta loca ſic ſunt ſibi cognata & affinia, vt qui neget vnum inficietur & reliqua; qui vnum adſtruit, & reliqua concedat, neceſſe ſit.

2. Nullam Limbi, nullam Purgatorij mentionem ſcripturam facere nego. Locum reprobis deſtinatum eamdem perſpicuè tradere, admitto; & proinde tradere perſpicuè locum purgandis, nondum diuina viſione dignis deſtinatum. Adeò enim affinia & cognata ſunt iſta, vt de vno loquens, de reliquis locuta ſit, & quomodo de vno, eodem & de reliquis.

3. Quid quòd *Scheol* vobis propriè ſepulchrum denotet? cur non potiùs infernum, niſi vt ipſum negetis? Chriſtum non alio fine Caluinus negat reuera in infernum deſcendiſſe, quàm, vt Limbum & Purgatorium inficietur? Adeò hæc loca affinia ſunt & cognata.

POLYANDER CALVINISTA.

Argumentum hoc pag. 135. *eſt pluſquam puerile. Velocis reſurrectionis compos ero, cauſa eſt redditio cur Chriſti caro* non viderit corruptionem. Ergo non eſt oppoſitio. *Quis enim non videt te confundere cauſam conſequentis, ſiue eſſendi, & cauſam inferendi, ſiue conſequentiæ?*

Nam argumentum à cauſſa eſſendi, non poteſt eſſe ab oppoſitis: At poteſt argumentum à cauſa inferendi, cum omnia argumenta ſint illationis cauſſa; ac proinde illa quoque ab oppoſitis:

ANASTASIVS CARMELITA.

113. §. 1. Vera narras. Nam à te profectum eſt & compoſitum, vt, quod ſemper facis, hominem te ex mendacio & fraude conſtitutum prodas. Verba mea ſunt pag. 135. *Theodoretus iſtam ſententiam*, Caro mea corruptionem ſecundùm naturam non ſuſtinebit, *huic non opponit*, Velocis reſurrectionis compos ero. *Siquidem non oppoſitio eſt, ſed cauſarum vnius redditio, quam Chriſtus humano more loquēs exprimit, cur ſua caro corruptionem non eſſet viſura, & cur lætari ſe ac gaudere dicat.* Ex quibus argumentum eduxiſti, quaſi cauſſam inferendi ſeu conſequētiæ, & non potiùs eſſendi attigiſſem. Adeò vt ſimplicem aſſertionem & narrationē eſſentiæ ac exiſtentiæ rei, ad Enthimema reduxeris. Quis enim non videt hîc verba fieri de cauſsis eſſendi, & non inferendi? Quis non videt hîc agi de cauſis, cur caro Chriſti non viderit corruptionem, & cur more humano loquens ſe lætari ac gaudere Chriſtus profiteatur? Hîc denique agi de regreſſu ac reunione animæ Chriſti ad ſuum corpus, non autem de cauſsis conſequentiæ & illationis? Quis tandem non videt, hoc à te conſtructo illationis argumento fucum & colorem ineptijs tuis adferre voluiſſe? Eſſet

——— Tota nitor in cute, qualem
Præſtabat calidi circumlita faſcia viſci?

Verùm, bone vir, Lector non in calcaneo, ſed in capite oculos habet, quibus has tuas artes facilè peruadat atque penetret, videat quàm

Faciem

——— *Faciem nigro medicamine celas.*

POLYANDER CALVINISTA.

Noua & inepta eſt hæc tua interpretatio Pſalm. 16. 8. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear, id eſt, verbum diuinum cum anima & corpore meo perpetuam habebit con iunctionem, pag. 136. *Nuſquam enim hæc verba Dauidis ab Apoſtolis, nec (quod ſciam) à veſtratibus ad redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum accommodantur.*

ANASTASIVS CARMELITA.

114. §. 1. Nec noua, nec inepta, Magiſter Ioannes. Non noua. Nam D. Petrus ad Chriſtum redemptorem accommodat, & noſtrates cum eo, *Dauid* (inquit D. Petrus act. 2. v. 25.) *dicit in eum, prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Fefellit ergo te tua memoria. Non inepta. Quandoquidem eo verſu Dauid alteram attingit cauſam, cur caro Chriſti videre non potuerit corruptionem, & ſe gaudere ac lætari humano more loquens Chriſtus dicat

∴ Verumtamen contendis oſtendere ineptam eſſe. Quibus? Adeò ineptis inſtantijs, vt pueris meritò declamatio ſis. Diſpiciamus.

POLYANDER CALVINISTA.

Ergo & hæc Pſal. 3. *verſ.* 4. 6. 7. Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum. Dominus ſuſcepit me, non timebo milia populi circumdantis me. *Atque alia ſimiles peculiariter ad Chriſtum ſunt referenda. Adhæc, ſi Chriſtus filius hominis conſtans anima & corpore, filium Dei à dexterâ ſibi aſtantem intuetur, non vna igitur, ſed duæ erunt perſonæ. Quæ concluſio eſt hæretica: ſic tua illa opinio*

Digitized by Google

eſt phrenetica, & ſana Apoſtolorũ doctrinæ prorſus cõtraria.

ANASTASIVS CARMELITA.

115. §. 1. Quid ni etiam iſta poſsint ad Chriſtũ referri? Non hîc tamen velim diſputare, an illi peculariter conueniant; tantùm quæro ecquæ neceſsitas huius tuæ illationis? An non Chimerica? Huic ſimiles imaginationes non ſunt tales

Morte obita, quales fama eſt volitare figuras,
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus?

Quaſi verò quicquid ſimile in multis pſalmis occurrit, ſemper ad Chriſtum peculiariter ſit accommodandum, atque inſigni (ſi dijs placet) hac de cauſa, quia nimirum iſta Pſalmi 15. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, &c. ei accommodentur. Lepidè & concinnè ſcilicet.

2. Non minus ridicula & falſa eſt, ſecunda inſtantia tua, qua vis, *ſi Chriſtus filius hominis conſtans anima & corpore filiũ Dei à dextris ſuis aſtantẽ intueatur, fore vt in eo ſint duæ perſonæ.* Et hîc tibi cõtigit, quod iuueni multa ridicula & falſa effundere, eſſutire.

Primò enim, non vt ſcribis, ſic ſcripſi. Poſt Theodoretum dixi, quòd Chriſtus *humano more loquens*, iſtis pſalm. 15. verſ. 25. verbis alteram cauſam attingat, cur caro ſua non viderit corruptionem, alteram cauſam gaudij & lætitiæ ſuæ, nempe verbi diuini cum anima & corpore coniũctionem perpetuam. Non enim conſtitui iſtis verbis duos filios in Chriſto, ſed vnum, qui & Dei, & hominis ſit filius. Tametſi enim in Chriſto duæ ſint filiationes vna diuina, altera humana, quarum illa realis eſt, hæc autem rationis; non tamen duos filios conſtituunt, non duas perſonas, ſed vnum filium Dei & hominis, vnde D. Athanaſius in ſymbolo *Sicut anima rationalis & caro vnus*

D. Athanaſius.

eſt

Digitized by Google

eſt homo, ita Deus & homo, vnus eſt Chriſtus.

Secundo illud ſuperfluum eſt, *filius hominis conſtans anima & corpore.* Quis enim ex filijs hominum eſt, qui non conſtet anima & corpore? Sed tui ſimiles, ſumma ſunt illa ingenia, & capita, ſummi illi Theologi, *quorum imperio*, vt cum Tertulliano dicam, *Spiritus ſanctus erat conſecrandus ac dedicandus.* Tertull.

Tertiò, quis verus, Theologus dixerit per mortem fuiſſe diſſolutam hypoſtaſim, diſſolutam coniunctionem & vnionem, quæ interceſſerat inter animam, corpus Chriſti & eius diuinitatem. Ecquid eſt Chriſtum ex parte carnis & animæ *prouidere Dominum in conſpectu ſuo ſemper, à dextris ſuis*, niſi verò non tantum intueri, ſed etiam ſentire diuinitatem in vna & eadem Hypoſtaſi ſibi coniunctam, & more Scripturæ ſacræ, paratam ad auxilium & defenſionem, ne, vt cæteris corporibus ſolet accidere, ſic ſuo corrumpi contingeret? Propterea ponendæ erunt duæ perſonæ in Chriſto? Vnde inepte huius & ridiculæ illationis neceſſitas? Sonus fiſtulæ inanis & vacuæ, mi homo, tuæ in Theologia ignorantiæ euidens argumentum.

POLYANDER CALVINISTA.

Non minus ineptum eſt hoc argumentum pag. 136. Anima & vita non opponūtur, ſed pro eodem à Polyandro ſumūtur. Ergo in hac Theodoreti interpretatione, anima mea non derelinquetur in inferno, ſed in vitam redibo hæ duæ enuntiationes: Anima mea derelinquetur in inferno, & in vitam redibo non opponūtur. *Tātumdem valet ac ſi diceret:* Tentatio & malum in oratione Dominica non opponuntur, ſed à quibuſdam interpretibus

pro eodem accipiuntur. In vltima igitur illius petitione, ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo: *hæc duo, induci in tentationem & liberari à malo, non opponuntur.*

ANASTASIVS CARMELITA.

116. §. 1. Si ineptũ videbas, cur componebas? Non enim ego, ſed tu tibi. Scio, non aratrum ſed boues aratrum trahere. In iſto autem Enthimemate hunc præpoſterũ ordinem tenes, & media poſtponuntur rei demonſtrandæ ac probandæ.

2. Quid igitur ego? Oſtendi Theodoretum has ſententias, *Non derelinques animam meam in inferno. In vitam redibo* non opponere inter ſe, quemadmodum imponebas ei. Atque ex eo, quòd anima & vita non opponantur. Anima cauſa vitæ eſt, vita effectus animæ. Cauſa & effectus non ſibi opponuntur; non principium ſuæ operationi. Animam & vitam non opponi demonſtraui ipſius Polyandri vana & falſa opinione, quà vult animam & vitam vnum & idem eſſe. Intuli ergo. Si anima & vita vnum & idem ſunt, quomodo inter ſe opponuntur? Vnum & idem ſibi opponitur? Oppoſitio minimum duorum eſt.

3. *Tantundem valet* (inquis) *ac ſi diceres* Tentatio & malum in oratione Dominica non opponuntur, ſed à quibuſdam interpretibus pro eodem accipiuntur. In vltima igitur illius petitione, ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo: *Hæc duo induci in tentationem, & liberari à malo, non opponuntur*. Qui ſint illi interpretes, qui de duabus petitionibus vnam conſtituunt, quia non explicas, non dicam. Neque hic diſputabo an pro eodem accipi debeant, tantùm, ex ſuppoſitione inferam, ſi illæ duæ petitiones ſint vnum & idem

idem, non poſſe inter ſe opponi; nam vnum & idem ſibi ipſi non opponitur. Prouehor & dico Theodoretum, non ita ſtupidum fuiſſe, vt in cauſa eſſendi, cauſam effectui, principium operationi ſuæ, nempe animam vitæ opponeret. Atque eo minùs, conceſſo per ſuppoſitionem quòd in eum animi ſtuporem veniſſet, vt diceret cum Polyandro animam & vitam vnum & idem eſſe: cùm vnum & idem ſibi ipſi non opponatur. Cui

Mendaci ſomno credere facta negant

tanti viri. Non enim ſic bardus, vt diceret, animam & vitam vnum *&* idem, Principium & operationem, cauſam & effectum eſſe.

POLYANDER CALVINISTA.

Ludicra eſt hæc argumentatio. Vitæ regreſſus, corruptioni opponitur. Ergo hæc verba Redibo in vitam, iſtis. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Vitæ enim regreſſus à literatis vitæ progreſſui opponitur. Nec vita corruptioni, ſed morti eſt contraria. Nec viris in ſacra Scriptura probè exercitatis dubium eſt, per corruptionem pſal. 16. intelligendam eſſe corporis ſepulti putrefactionem & reſolutionem in puluerem: huicq́ue eiuſdem corporis reſurrectionem opponi ab Apoſtolo Petro act. 2. verſ. 25 & deinceps, &c.*

ANASTASIVS CARMELITA.

117. §. 1. Semper Harpaſta, Harpaſta ſemper erit. Amabò, in quo genere, in qua ſpecie oppoſitionis *regreſſus ad vitam, opponitur vitæ progreſſui?* Ecqui ſunt illi literati, qui tam abſurda propugnauerint? Dicere debueras à non literatis opponi & verè dixiſſes, non enim opponuntur. Et quidem receſſus à vita, progreſſui vitæ opponitur, non autem ad vitam regreſſus.

2. Eo-

Digitized by Google

2. Eodem animi ſtupore negas *vitam corruptioni opponi*. Ita enim opponitur, vt quamdiu corpus viuit & vita informatur, tamdiu corruptionem videre nequeat, nec in cinerem redigi. Sic opponitur, vt ea recedēte, corpus corruptioni ſubiaceat.

Obijcis vitam morti opponi. Quis negat? Non ergo etiam corruptioni?

I demens & ſæuas curre per Alpes?
Vt pueris placeas, & declamatio fias.

Quaſi verò mortis nomine, non etiam ea, quæ mortem comitantur & ſequuntur, intelligantur & comprehendantur. Quaſi corruptio, vt & omnis mutatio, mortis ſpecies altera non ſit.

3. Quin & hoc iſtud feſtiuū eſt, quo vis *à probè in ſacrâ Scripturâ exercitatis viris per corruptionē pſ 16 intelligi corporis ſepulti putrefactionem.* Quis vnquā id negauit? Eccui bono iſtud? Sed cur addis *ſepulti?* An quòd corpora inſepulta corruptionē videre nequeant, ac proinde nec corpus Chriſti, ſi inſepultū manſiſſet? *Tureluturu*, mi homo, & vacuæ fiſtulę ſonus.

4. *Huic corruptioni, corporis reſurrectionem opponit D. Petrus act. 2. verſ. 25.* Iſtud, quis etiam inficiatur? Corporis mortui ad vitam regreſſus, non eiuſdem reſurrectio? Quis ſanus inficiabitur? Reſurrectio autem opponitur ab Apoſtolo corruptioni; non ergo ad vitam regreſſus? Cur ergo nunc negaſti? Potes ſine apertiſſima & euidentiſſima contradictione? A literatis, ais, *regreſſus ad vitam non opponitur corruptioni*, ſed reſurrectio. At regreſſus corporis ad vitam, eius eſt reſurrectio. Quare ſi hæc corruptioni, & ille quoque opponitur.

POLYANDER CALVINISTA.

Ad ſextam tuam argutiolam de varijs animæ ſignificationibus, reſpondeo, mihi ſufficere, quòd animam in ſacris

Biblijs

Biblijs interdum pro vita, interdum pro corpore vſurpari probauerim, ac phraſi Hebræâ, animam relinqui in ſepulchro, nihil aliud ſignificare, quàm vitam hominis, quamdiu corpus illic mortuum iacet, quodammodò in ſepulchro eſſe concluſam, mortique addictam. Quibus addo non ex ſolâ animæ ſignificatione, ſed ex tota quoque phraſi ac Dauidis ſententia, hanc noſtram interpretationem ſponte fluere. Eodem fine enim Propheta ſententiam ſuam duplicat pſal. 16. v. 10. quo pſal. 30. verſ. 4. nimirum, vt idem pro ſuo more, duobus modis exprimat. Quemadmodum igitur Pſaltes, optimus verborum ſuorum interpres hanc phraſim, Domine exduxiſti ab inferno animam meam, *hâc expoſitione illuſtrat*, Saluaſti me à deſcendentibus in lacum: ſic iſtam. Non derelinques animam meam in inferno, *his verbis explicat*, non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

118. §. 1. Argutiolas vocas, quæ tamen tantæ ſunt firmitatis ac conſtãtię, vt nullo eas ariete Caluiniani Miniſt. in vnũ caput fuſi, decuſſerint.

2. Animam interdum pro vita in ſacris Biblijs accipi non nego. Ita enim ſolet aliquando principiũ pro operatione, cauſa pro effectu. Ita tamen quòd in cauſis ac Principijs quæ permanere debẽt, vt effectus, vt operatio maneat ac duret, nulla ratione cauſa ab effectu, Principiũ ab operatione, & reciprocè operatio à ſuo Principio, effectus à ſua cauſa ſeparari ac abeſſe queat. Anima autem & vita ſunt eius generis. *Auferes ſpiritũ eorũ & in pulverem reuertẽtur*. Quare, vbicũq; fuerit Chriſti vita ibidẽ animã eiuſdẽ eſſe oportuerit. Vnde ſi eius vita in ſepulchro fuit, fuit & eius anima. Sic ſcilicet eam Pſal. 103.

——— Vinclis & carcere frenat,

Arboribus clauſam, circum atque horrentibus vmbris.

3. Pro-

3. *Probaſti animam interdum in Scripturâ ſacrâ pro copore vſurpari*, ais. Pro ſolo corpore? Nego. Neque probabis vmquam.

4. *Phraſi Hebraâ animam relinqui in ſepulchro nihil aliud ſignificare, quam vitam hominis, quamdiu corpus illic mortuum iacet, quodammodò in ſepulchro eſſe concluſam mortique addictam*. Primò reſpondeo pſal 15. Dauidem non dicere, *non relinquet animam* in ſepulchro, *ſed in inferno*. 2. Hanc Phraſim Hebræam ſeruandam in locis vbi figuratiua eſt loquutio, Hyperbolica: non autem vbi non tropica eſt. Tertiò, Theodoretũ hunc locum Dauidis non interpretatũ fuiſſe figuratè ac Hyperbolicè, ſed infernũ, pro vero inferno, animã pro vera anima; quemadmodum conſtat eius intelligentiâ & intentione. Nam locum iſtum aſſumit, primò in Appollinarem, qui negabat Chriſtum animam habuiſſe. Secundò in Eunomium, qui duas Chriſto animas affingebat. Itaque hoc teſtimonio probat Chriſtum animam habuiſſe, atque vnam tantùm, quando Pſaltes animæ meminerit, & vnius tantùm. Debuerat autem Polyãder oſtendere Theodoretum figuratè hoc teſtimonium Dauidis interpretatum fuiſſe. Ita enim oſtendiſſet Theodoretũ nomine inferni, ſepulchrum intellexiſſe, quod hactenus probãdum habet. Probabit autem numquam. Nam Theodoretus docet Dauidem ibi non figuratè, non tropicè loqui. *Spiritus ſanctus* (inquit) *per beatum Dauidem mentionem de anima Chriſti fecit, cum claram confutationem contra vtramque hæreſim dedit*. At non dediſſet ſi figuratè & tropicè loquutus fuiſſet, & per animam corpus intellexiſſet.

Figuratam autem loquutionem eſſe tueris, quia

quia *eodem fine ſententiam ſuam Regius vates duplicet Pſal. 15. qui Pſal. 29. verſ. 4. vt idem, pro ſuo more duobus modis exprimat.* At hoc erat, Polyandro probandum. Negamus enim velut falſiſſimum. Siquidem non ſi vno loco figuratè loquitur, omnibus & reliquis eodem ſenſu facit. Non ſi Pſal. 29. duabus phraſibus rem eamdem explicat, idem facit Pſal. 15. Nam hîc Pſal. 15. verſ. 11. vt ſignificet ſe de duabus rebus loqui diuerſis, poſteriorem propoſitionem per coniunctionem diſiunctiuam à priore ſecernit, non autem Pſalmo 29. verſ. 4. Quid quòd præſeruatio à corruptione ad animam minimè referri poteſt, de qua in priore propoſitione fuerat loquutus? Anima enim immortalis eſt, & corruptioni minimè obnoxia. Adhæc, argumentum vtriuſque pſalmi non vnicum eſt. Pſalmo enim 29. Pſaltes de ſe loquitur, gratias agens, quòd poſt multa pericula templum dedicarit. Eſt & Prophetia de Eccleſiæ poſt multos caſus conſtructione & dedicatione. Sic, *Domine eduxiſti animam meam*, id eſt conſeruaſti me in vita, & pereuntem me in lucem reuocaſti, *ab inferno*, è maximis calamitatibus, Hyperbole Poëtica. Vel per Metonymiam, è præſentiſsimo mortis & inferni periculo. Me iam periturum & ſtatui mortuorum proximum mirabiliter liberaſti. *Saluaſti me à deſcendentibus in Lacum*, id eſt, ne eſſem inter deſcendentes in ſepulchrum, ne deſcenderem in mortem vel infernum. Ac Pſalmo 15. de Chriſto eſt, deque eius animæ ab inferis aſcenſione, de corporis & carnis eiuſdem incorruptione. Vnde ſic. *Non derelinques animam meam in inferno*, & per coniunctionem diſiunctiuam & negatiuam, *nec dabis ſanctum tuum*

videre

Digitized by Google

videre corruptionem. Vocem enim *Sabath* ſic Rabbi Abraham & Hebræi Doctores interpretari ſolent, *non patieris, vt ego, quem ſanctificaſti, ſentiam corruptionem, vt meum corpus in ſepulchro corrumpatur, putreſcat, & in puluerem redigatur*. Quod Dauidi non congruit, vt etiam D. Petrus Act. 2. docet. Atque tantũ abeſt, vt poſterior propoſitio huius verſus, ſit prioris explicatio, vt non fuerit neceſſe animam ad corpus redire, adhoc vt à corruptione corpus præſeruaretur. Nam diuinitas, cui vnitum corpus ſemper fuit, impediebat ne corrumpi poſſet.

5. *Pſalmo 29. verſu non 10. ſed 12. Deſcendere in foueam, per redigi in puluerem exponi, quum*, inquit, *dum deſcendo in foueam, numquid confitebitur tibi puluis?* Non ita eſt. Nam *Sahat*, non foueam, ſed corruptionem ſignificat, & qui vertunt foueam pugnant cum euentu. Quare & communis interpres vertit. *Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in corruptionem*. Adde quod corrumpi & in puluerem redigi latiùs ſe extendunt foueâ & ſepulchro? Nam extra foueam & ſepulchrũ contingit corpora corrumpi & redigi in puluerem. Vnde pſal. 29. verſ. 12. corruptionis, verſ. 13. pulueris, tantùm meminit, non etiam foueæ aut ſepulchri.

6. *Hanc phraſim non alio ſenſu vſpiam Pſaltem vſurpare*. Aliud commentum eſt. Non enim hac phraſi ſemper Hyperbole poetica, aut Metonymia vtitur. Quin potiùs neceſſe eſt, vt alibi interdum eadem phraſi vtatur ad naturæ rei proprietatem declarandam, vt ſic alibi ſe ea vti oſtendat per ſimilitudinem, comparationem & relationem ad præcipuum ſignificatum.

Po-

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Sed quid tantum operæ pono in te refutando, cùm pag. 145. *fatearis Chriſtum, ſecundum Theodoreti obſeruationem, nullam aliam viam, quàm reſurrectionis ex ſepulchro nobis præbuiſſe, atque inde elicias Deum, qui Chriſtum ex mortuis excitauit, etiam mortalia corpora noſtra per Spiritum ipſius inhabitantem in nobis viuificaturum?*

ANASTASIVS CARMELITA.

119. §. 1. Pag. 142. 143. non 145. vt malè annotas, non ſcripſi Chriſtum *nullam aliam viam quàm reſurrectionis nobis initiaſſe.* Dixeras, *ſi Theodoretus vocabulo inferni*, quod pſalmo 15. occurrit, *infernum propriè dictum intellexit, & Chriſtus reuera in infernum in anima deſcendit, hoc quoque concedendum, quod Theodoretus exiſtimauerit Chriſtum hâc anima ſua in infernum profectione, hanc viam omnium hominum animabus formidabilem initiaſſe.* Ad hanc impiam, nec à Theodoreto excogitatam, ſed à te eductam conſequentiam, quid ego? 1. Non eſſe neceſſariam. 2. Chriſto non fuiſſe formidabilem hanc viam, quia deſcendit in infernum, non reus, ſed immunis ab omni labe, crimine & ſcelere; deſcēdit non debitor, ſed victor. 3. Non omnibus animabus hominum eſſe formidabilem, ſed ijs tantùm, qui ex hac vita abeunt criminibus, ſceleribus, ac peccatis fœdatæ ac plenæ. Itaque Chriſtum hanc viam, non nobis initiaſſe, non omnibus hominum animabus. 4. Formam nobis dediſſe non tantùm reſurrectionis, ſed etiam paſsionis, vt quemadmodum ei in carne patiendum fuit, vt reſurgeret ad gloriam, ſic *ſocij paſsionum eius.* 2. Corinth. 1. eſſe debeamus, *vt ſimul & reſurrectionis ſimus.* Noueram eſſe alias vias, quas etiam nobis initiauit, vt humilita-

Digitized by Google

tis, charitatis, & ſimilium: ſed longum & tædioſum fuiſſet ſingulas numerando recenſere. Verùm concedamus tibi, quod tamen falſum eſt, me ſcripſiſſe, *nullam aliam, quàm reſurrectionis nobis initiaſſe Chriſtum*. Quid inde referes? Io victor, fortunatè bellator io. Parce, Lector, ac condona huic Miniſtro. Nam mente velut

——— *Aurito cecidit delapſus Aſello.*

Eodem caſu, animique vitio imponit, quod faſſus ſim Chriſtum, *è ſepulchro*, reſurrectionis viam initiaſſe. Tametſi verum ſit, *Reſurrexit enim primitiæ dormientium*, non tamen ſcripſi. Dixerim verò. Quid etiam inde? Non ergo per aſcenſum & regreſſum animæ ab inferis ad corpus clauſum ſepulchro? Quis iſtud inde negatiuè concludet? Cur *tantum operæ fruſtrà ponis in me refutando?* Quis enim aduerſus veritatem oleum & operam non perdiderit? Veritas, mi homo, vinci neſcit. Quare aerem toties verberabis. Nec oſtendes vnquam Theodoretum *Scheol* dictionem, quæ pſal. 15. occurrit, pro ſepulchro vſurpaſſe, quod tibi faciendum erat ne mendax inuenireris.

POLYANDER CALVINISTA.

Tecum porrò deſidero, vt æquus Lector de meis iudicet annotationibus in hæc verba Chryſoſtomi. Conſequēter Chriſtus erat ſepeliēdus, quod ſic manifeſtatum eſt: Poſuerunt me in loco inferiori, in tenebris in vmbra mortis. Reſurrecturus erat. Vide quomodo & hoc prędixerunt. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Ecquis enim, cui vel mica ſalis ineſt, nō animaduertat Chryſoſtomū, ex iſta Dauidis prædictione, tum ſepulturæ, tum ſubitæ reſurrectionis Ieſu Chriſti veritatem demonſtrare? Ecquis vera religione præditus*

hanc

Digitized by Google

hanc argumentationem tecum reprehendat?

Prædictum fuit, Poſuerunt me in lacu inferiori, *&c. Item*, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Ergo Chriſtus neceſſariò erat ſepeliendus & reſurrecturus? *Nonne Chriſtus eodem modo argumẽtatur Luc. 24?* Ita prædictũ fuit à Prophetis ergo hæc oportuit Chriſtũ pati & in gloria ſuã ingredi.

ANASTASIVS CARMELITA.

120. §. 1. Inſignis hæc impudentia eſt, in re adeò euidenti & clara velle Lectorem cæcum eſſe. Effrænata audacia, qua

Spem vultu ſimulas, premis altum corde dolorem.

Verumtamen, quia ita placet, Lector,

Huc geminas nunc acies, figas in margine vultus.

Primò enim, an non ex malitia & ignorantiâ ſimul, iſtud *Conſequenter*, quo D. Chryſoſtomus vtitur pro nota tantùm perpetuæ narrationis, pro nota illationis ſeu concluſionis vſurpet, iudica. Secundò, an non meritò eum reprehẽderim ſuperiore libro de perturbato ordine, quem idem D. Chryſoſtomus ſeruat. Nam iſta, quæ ad ſepulturam, *Poſuerunt me in lacu inferiore*, & iſta, quæ ad reſurrectionem. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, idem D. Chryſoſtomus attemperat, inuerſo ordine iſte Miniſter conſtruxerat, vt quæ ad ſepulturam, ea ad reſurrectionẽ, quæ verò ad reſurrectionem ea ad ſepulturã accõmodaret. Quem errorẽ hoc loco corrigit. Tertiò, quã animi audaciâ pergat eidẽ D. Chryſoſt. Chriſto imponere. Nã, nec D. Chryſoſtom⁹, nec Chriſtus rei veritatẽ colligit ab earũ prędictionibus. Neq; hoc facturus is, cui vel mica ſalis inerit. Non qui vera religione præditus erit.

Digitized by Google

Non alteri quàm impio continget aſſerere, Rei veritatem à prædictionibus pendere. Cùm contra prædictionum veritas, pendeat à rerum veritate. *Ab eo enim quod res eſt, vel nō eſt dicitur vera vel falſa propoſitio.* Primò ſiquidem res eſt. Secūdò videtur & prǫuidetur. 3. Intelligitur. 4. Prǫdicitur. 5. Scribitur. Vnde iſta. *Quod vides, ſcribe in libro. Scribe viſum, & explana illud.* Et, *Gabriel fac intelligere viſionem.* Nam Prophetæ, quæ prædixerūt poſtea, antea viderāt, antea intellexerant. Nequis putet rei veritatem à prædictionibus pendere, ne quis res prædictionibus affingat. Alioqui, quis Deum, quo auctore, inſpiratore futura prædixerūt, omnium criminū ac ſcelerum cauſam nō ſtatuerit? Nam ſi ideo mala eueniunt, quia prædicta fuerunt; nonne auctor omnium malorum æſtimandus Deus, quum eo inſpirante illa prædixerint Prophetæ? Quocirca D. Chryſoſtomus ita conſtruit. *Conſequenter ſepeliendus erat; quod ſic manifeſtatum. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebris, in vmbra mortis. Reſurrecturus erat; vide quomodo & hoc prædixerūt. Non derelinques, animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Tantùm abeſt vt rei ac eiuſdem præuiſioni prædictionem anteponat. Non enim quia prædictum fuit ideo futurum fuit; ſed quia futurum erat, propterea prædictum.

Apoc. 1. Dan. 7.

D. Chryſoſtomus homil. quod Chriſtus Deus.

2. Chriſtum argumentari eo modo, quo ſcribis falſiſſimum eſt. Et quidem ſibi patiendum fuiſſe iſtis verbis pronuntiat, *Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.* Diſcipulis oſtendit ita à Prophetis fuiſſe prǫdictū, atque arguit eos, quòd adeò tardi eſſent ad credendum ijs, quæ à Prophetis erant prænuntiata. Non tamen colligit, ſibi fuiſſe patiendum, quia Prophetis prædictum fuiſſet.

Digitized by Google

fuiſſet. Et tibi mica ſalis ineſt, & tu vera religione es præditus, qui Chriſto, qui D. Chryſoſtomo, tam audacter imponis; qui hac tua aſſertione Deum omnium criminũ ac ſcelerum auctorem ſtatuere paras? Nec enim ordo rei, nec vera religio permittit vt prædictionibus rei veritatem ac exiſtentiam aſtringamus.

POLYANDER CALVINISTA.

Quàm verò fideliter Auguſtini, Lyrani, Caietani, Pagnini mentem aperuerim, candido quoque Lectori iudicandum relinquo. Et quoniam pag. 156. te nauſea callum obduxiſſe, meáſque reſponſiones non poſſe digerere confiteris, non eſt quòd reliquis argutijs refellendis diutiùs inſiſtam, præſertim, quum non de ſacra Scriptura, ſed de quorundam ſcriptorum Eccleſiaſticorum interpretationibus diſputes, in quibus nec veſtra, nec noſtra fides debet acquieſcere, ſed in ſola cæleſtis doctrinæ auctoritate, quam, ſicut ſuperiore mea reſponſione ad cap. 5. omni humano teſtimonio præferendam eſſe oſtendi, ſic idem ad refutationem ſententiæ Vincentij Lirinenſis, quam mihi opponis pag. 153. ex alijs Patrum Orthodoxorum ac Doctorum veſtrorum aſſertionibus demonſtrabo.

ANASTASIVS CARMELITA.

121. §. 1. Quàm infideliter, Auguſtini, Lyrani, Caietani, Pagnini mentem aperueris, candido Lectori iudicandum relinquo. D. Auguſtinus enim lib. 17. de ciuitate, cap. 4. hæc Annæ matris Samuelis, *Dominus deducit ad inferos & reducit: Dominus mortificat & viuificat*, vnius & eiuſdem rei explicationem eſſe dicit. Sed inde colligere, diuum Auguſtinum dictionem, *Scheol*, pro ſepulchro accipiendam eſſe cenſere, quis dicet? Et vt ſuperiore libro ſcripſi, etiamſi concederemus, quòd eo loci hanc dictionem pro ſepulchro in- 1. Reg. 2.

 terpre-

Digitized by Google

terpretetur, non minùs ridicula fuerit iſta illatio. *D. Auguſtinus 1. Regum, cap. 2. Dictionem hanc pro ſepulchro vſurpat non pro inferno: ergo & pſalm. 15.* Quis à riſu ſeſe temperaret? Eadem fidelitate Lyranum protuliſti, qui eorum, quæ ex eo profers, nihil quicquam habet. Eadem fidelitate Caietanum & Pagninum, quos dictionem *Scheol* propriè pro ſepulchro vſurpaſſe, numquam oſtendes.

2. Quis porrò non nauſeat ſuper tot & tam inutilibus collectionibus, tam impijs reſpõſionibus, tam denique multis mendacijs tuis? Quis ea digere repoſſet? Quod ſcripſerim nauſeæ callum mihi obduruiſſe, nec iſtas tuas reſponſiones digerere poſſe, pro argumẽto recedendi à refellendis meis rationibus aſſumis, nempe, vt quibus non potes reſpondere ac ſatisfacere, quaſi potueris, videare. Alibi merces tuas emendas expone. Nimis enim notus es.

3. Eodem ſpectat & iſtud quod ſubornas, nimirum te non diutiùs reliquis meis argutijs repellendis inſiſtere velle, *quia ſunt interpretationes quorundam Scriptorum Eccleſiaſticorum*. Feliciter omninò, quaſi verò non eorum, quos mihi obieceras; eorum quos tibi fauere ac patrocinari mentitus eras. Proſilieris ad noſtra, quæ in nos obtenderes, in te verò retorta nullius erunt firmamenti ac roboris? Intercedo. Contra, inquis.

4. *Soli auctoritati cæleſtis doctrinæ veſtra, noſtraque fides acquieſcere debet, quæ omni humano teſtimonio præferri debet non autem interpretationibus quorundam ſcriptorum Eccleſiaſticorum*. Auctoritatem doctrinæ cæleſtis præferendam omni humano teſtimonio non negauerim. Illi autem ſoli, non etiam interpretationibus ſcriptorum Eccleſiaſticorũ acquieſcendum

Digitized by Google

dum iuſtè ac meritò negauerim, vbi veritati congruunt, conformes ſunt. Sed pons iſte Aſinorum, valdè vobis amicus, & ad latebras & effugia ſecundus eſt. Prudentes ſcilicet milites, ſi ſine iniuria veritatis, abſque damno ſalutis æternæ, hûc, receptui gratia, ſibi comparaſſent.

5. Ergo hoc ponte confiſus, Vincentij Lirinenſis ſententiam contemnere paras,

Vt quoties opus Zephiris Euriſque repugnat

toties eò diuertas, & quaſi firmiſſimo præſidio tuteris. Cur verò Vincentij Lirinenſis ſententiam contemnis, non etiam Tertulliani? Nam & hunc obieci. Vterque in eandem ſentētiam conſpirat. *Quod apud multos vnum*, inquit Tertullianus, *inuenitur, non erratum, ſed traditum*. Non aliter poſt eum Vincentius Lirinenſis. Huic tamen opponis conſenſum Patrum, cur non etiam illi? An quòd Patres arcana quadam ratione Vincentio magis aduerſentur, quàm Tertulliano. Commentum, mi homo, commentum — Tertul lib. pr ſcript. cap 21. & 28.

——— Quod pauendum vanulæ
Edentularum cantilenæ ſuaſerint. — Prude

Neutri, Magiſter Ioannes, neutri contrariantur. Diſpiciamus. Introducis primo loco diuum Hieronymum in pſal. 98. Fideliter? Nego. Nam in pſal. illum, ne verbum quidem eorum, quæ ipſi imponis. Secundo loco D. Cyrillum Alexandrinum in Leuiticum. Verùm, quis negat *Auctoritatem non habere ſciētia, ſi quid ſuperfuerit, quod Scriptura ſacra non decernat?* Illud enim ſolùm non decernit ſcriptura diuina, quod cōtra veritatem & ſalutem dicitur & prędicatur. Idem vult (inquis) *in duobus teſtamētis, omne verbū quod ad Deum pertinet requiri, diſcuti atq; ex ipſis omniū rerū ſciētiā capi.* Nēpe implicitè vel — D. Cyrillus in Leuitic.

Digitized by Google

explicitè. Quid enim illud eſt, quod ad Deum pertinet? nonne id omne, quod conformè eſt eius voluntati, eius honori, veritati, & ſaluti hominum? At illud omne in ſacra Scriptura continetur, ſi non explicitè, at ſaltem implicitè. Sic nimirum omnium rerum Dei voluntati, honori, veritati & ſaluti hominum, congruentium ſcientia, ex ipſis capitur teſtamentis. Quoniam enim diuina Scriptura implicitè vel explicitè omnia, quæ ad Deum pertinēt, ad ſalutem hominũ conducũt continet, fit, vt cum D. Hieronymo dicã, *vt omne, quod loquimur ex ſacris Scripturis debeamꝰ proferre, & tãtam habeat auctoritatem dicentis ſermo, quantã præceptum Domi*. Tertio loco adducis. D. Auguſtinum, qui ſcribit *Literas D. Cypriani ex Canonicis eſſe conſiderandas, diuinarum Scripturarum auctoritati congruere debere, cùm tales fuerint repertæ, cum laude recipiendas.* Quis iſta non concedit? Si quidem eſt aliquid quod non congruere debeat diuinarum ſcripturarum auctoritati. Quis legit Patres orthodoxos, ſeu alios, & non conſiderat, ſi tamen prudentia agitur, num quæ legit contradicant, aut conſentiant cum Scriptura diuina? Quis non admittit cum eodem D. Auguſtino, *Epiſcoporum literas poſt confirmatum Canonem ſcriptas, per ſermonem fortè ſapientiorum cuiuſlibet in ea re peritioris, & per aliorum Epiſcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorúmque prudentiam, & per Concilia liceri reprehendi, ſi quid in eis fortè à veritate deuiatum eſt? Ipſa Concilia, quæ per ſingulas regiones & prouincias fiunt, plenariorum Conciliorum auctoritati, quæ fiunt ex vniuerſo orbe Chriſtiano, ſine vllis ambagibus credere; ipſaque plenaria ſæpe priora poſterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur, quod clauſum erat & cognoſcitur quod latebat,*

D. Hier. in pſ. 98.

D. Auguſtinus lib. 2. contra Creſcon. cap. 32.

Idem lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſt cap. 3.

Digitized by Google

tebat, ſine vllo typho ſuperbia? Hanc porrò D. Auguſtini ſententiam non legiſti. Aliàs quoto, quæſo, libro contra Donatiſtas, & quoto libri capite? Si legiſti, cur non annotaſti? Numquid teneor totos & integros auctorum libros, quos tu citas, ſine determinatione numeri eorum & capitum eorumdem percurrere & legere? Si legiſti, non obſeruas Conciliorum plenariorum auctoritati cedere debere Concilia, quæ per ſingulas regiones & prouincias fiunt? Cur vos ſoli, eorum auctoritati non ceditis, non obtemperatis? Si legiſti, cur ex induſtria ſiluiſti, vbi dixit plenaria Concilia priora, poſterioribus emendari? Nam Lectori aperuiſſes, qua ſpecie emēdationis priora à poſterioribus emendari ſoleant. Emendationis ergo nomine intelligit explicationem, interpretationem. Non enim Concilia plenaria ex vniuerſo orbe Chriſtiano conflata errare poſſunt. Quare per emendationem, ſignificauit expoſitionem, & interpretationem præcedentium, *Vnde cum aliquo experimento* (ait) *rerum, aperitur quod clauſum erat, & cognoſcitur, quod latebat.*

Quid præterea idem dicit, *Solis ſe Scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didiciſſe hunc honorem deferre, vt nullum eorum auctorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſsimè credat; alios autem, ſe ita legere, vt quantalibet ſanctitate, doctrináque præpolleant, non ideo verum putet quia ita ſenſerunt, ſed quia illi vel per auctores illos Canonicos, vel probabili ratione, quod à verò non abhorreat perſuadere potuerunt. Non enim quorumlibet diſputationes, quamuis Catholicorum & laudatorum hominum velut ſcripturas Canonicas habere nos debere, vt nobis non liceat, ſalua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare, atque reſpuere, ſi forte inuenerimus* Idem Epiſt. 19.

quod aliter ſenſerint, quàm veritas habet. Talem ſe eſſe in ſcripturis aliorum, quales velit eſſe ſuarum intellectores. Ex quibus cur fruſtra & ex nequitia colligis Patrum communem ſenſum reijciendum, eidem nos non debere acquiſcere? Non enim hoc vult diuus Auguſtinus, neque docet. Qui è contra, vt paulò ſuperiùs, *Plenarijs Concilijs & ex toto orbe Chriſtiano coalitis cedere nos debere ſine vllis ambagibus pronuntiat.* Cui alibi ſic hæret, vt nihil eſſe dicat, quod ſe *in Eccleſia teneat, præter communem conſenſum patrum.* Quid igitur ille, iſtis à te productis?

1. Loquitur de ſcriptis Patrum in particulari conſideratis.

2. Libros Canonicos, iſtis præfert.

3. Eorum ſcripta legenda cum iudicio, vt ſi quid in ijs inueniamus alienum à veritate, iſtud reſpuamus & improbemus.

4. Acquieſcendum autem ſi vel per auctores Canonicorum librorum, vel probabili ratione, id quod à veritate non abhorret perſuadere potuerint. Hæc quis negat? Ergo non acquieſcendum communi Patrum conſenſui? Ex diuo Auguſtino non hoc habes. Id enim, *in quo omnes, vel plures vno eodémque ſenſu, manifeſtè frequenter, perſeueranter velut quodam conſentiente Magiſtrorum Concilio, accipiendo, tenendo, tradendo conuenerunt, pro indubitato, rato, certóque haberi debet.* Alioqui, nec D. Matthæi, D. Marci, D. Lucæ, D. Ioannis Euangelia eorum & aliorum ſcripta Canonica dixeris. Non enim talia eſſe ſcimus, non etiam talia habemus, quàm auctoritate communis ſenſus Patrum. *Non credo Euangelio, niſi me Eccle-*

Vincentius Lyrinenſis contra Nouat. cap. 34.

Eccleſiæ Catholicæ auctoritas commoueret, inquit D. Auguſtinus. Itaque alia ratio huius vel illius Patris in particulari conſiderati, alia omnium ſimul vno ſenſu, manifeſtè frequenter & perſeuranter rem vnam & eamdem profitentium, conſideratorum. Ergo licebit Polyandro ſaltim quicquid in vno atque in altero patrum deprehenderit, iudicaueritque erratum reſpuere & improbare? Abſit. Hanc enim cenſuram hæreſis ei ademit. Ab eadem factum vt *proprio iudicio ſubuerteretur*.

Ceterùm, ſi non acquieſcendum iudicat Patrum ſcriptis; quo fine ergo, & cui bono ea aduerſum nos profert non valitura? An quod nobis eis acquieſcendum putet, & non ſibi ſuiſque. Ecquis eos tanto priuilegio donauit? Quis eos ab hac debitæ aſſenſionis lege exemit?

POLYANDER CALVINISTA.

Tales etiam vos eſſe in Patrum ſcriptis examinandis teſtatur Baronius 1. Annal. 34. cùm ait, Sanctiſſimos Patres, quos Doctores Eccleſiæ ob illorum ſublimem eruditionem meritò nominamus, quantumlibet ea Spiritus ſancti gratia præ cæteris imbutos eſſe liqueat, in interpretatione Scripturæ, non ſemper ac in omnibus Eccleſia Catholica ſequitur. *Cauſam quæris?* Quoniam noſtra fidei aſſenſio (*reſpondet Melchior Canus*) humanis cauſis & incitamentis non nititur, quæ ſcilicet fide acquiſita eſt. Ne igitur (*inquit*) mens noſtra vacillet, altiùs petenda eſt, quàm ab hominis vel ratione vel auctoritate, ſacræ Scripturæ auctoritas. Quocirca, ſi mihi omnes

(*dili-*

Digitized by Google

(*diligenter attende Anaſtaſi*) qui me antea docuerunt, mihi adſtruerent oppoſitum eius, quod fide teneo, non ex eo fides mea labefactaretur: quia Apoſtoli & Prophetæ reſoluebant fidem ſuam vltimò, non in humanam, ſed in diuinam auctoritatem, & eadem erit ratio fidei noſtræ formalis. Idipſum confirmatur (inquit) Exodi 14. Crediderunt Domino & ſeruo eius Moyſi, non dixit crediderunt Moyſi & Domino. Et Apoſtolus accepiſtis verbum fidei, non vt verbum hominis, ſed ſicut eſt reuera, verbũ Dei. Et Ioan. 5. Si teſtimonium hominis accipimus, teſtimonium Dei maius eſt.

ANASTASIVS CARMELITA.

212. §. 1. Quid ex Baronio habes contra communem conſenſum Patrum? Ibi præfert Eccleſiæ Catholicæ auctoritatem, interpretationi doctorum. Non etiam præferimus? An doctorum interpretationes probamus, niſi priùs probet Eccleſiæ auctoritas? Ecquid putas? Communem patrum conſenſum, non eſſe Eccleſiæ conſenſum? Erras & grauiter impingis.

2. Quid etiam Melchior canus? Idem præfert Dei auctoritatem humanæ auctoritati. Quis noſtrum, non præfert? Porrò Dei auctoritas non hominibus confertur? Eius verbum non eiſdem
Luc. 21. datur? *Dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſi-*
2. Cor. 13. *ſtere omnes aduerſarij veſtri*. D. Paulus, *An experimen-*
2. Pet. 1. *tum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus?* D. Petrus,
2. Cor. 5. & 10. *Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines*. D. Paulus, *Legatione pro Chriſto fungimur*. Et, *ſi gloriatus fuero de poteſtate, quam dedit mihi Dominus*. Itaque Dei verbum, eiuſdem auctoritas cõmittitur homini.

Qua

Digitized by Google

Qua de cauſa, quod Dei verbo inſtructus homo profert, non verbum Dei? Quod fit ab homine eius poteſtate inſtructus, non à Deo fit? Non in homine ſic loquente & faciente, Deum loqui ac facere, intelligere debemus? Non ea de cauſa Apoſtolus? *Accepiſtis verbum fidei, non vt verbum hominis, ſed vt verbum reuera Dei*. Quando Exod. 14. legimus dictum, *credidederunt Domino & Moyſi*, Putas quòd in Moyſe Dominus non etiam intelligendus ſit velut in inſtrumento Auctor, in Legato Rex ac Dominus? Loquitur Deus, niſi in aſſumpta aliqua creatura? Tunc non in creatura Dominus? At poſtponitur creatura. Quidni? Poſtponitur inſtrumentum auctori, Legatus Regi ac Principi ſuo. *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, inquit Chriſtus noſter. 1. Theſ. 2. Exod. 14. Luc. 10.

Atque vt eadem ſaliua rem totam complectar: Quid putas Dei teſtimonio ſignificari, quod hominum teſtimonio maius eſt? Solùm illud, quod *Spiritus reddit conſcientiæ noſtræ*, *quòd ſumus filij Dei*? Grauiter impingis, ſi exiſtimas. Non enim erat teſtimonium Dei, de quo ſaluator? *Ipſe teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis*. Nempe illud quod Spiritus ſanctus per Apoſtolos de Chriſto reddebat? Non illud de quo idem Chriſtus? *Ego teſtimonium maius Ioanne habeo, opera patris, quæ ego facio*. Verbis ergo & factis hominum, Dei teſtimonium interdum etiam profertur, exhibetur. Vnde illi in Dei, per Moyſen, facto, agnoſcunt eius virtutem ac manum. *Digitus Dei eſt hic*. His ita conſtitutis, exiſtimas Melchiorem Canuſium hanc Theologiam ignoraſſe, adeò vt negarit Dei verbum, teſtimonium, auctoritatem conferri hominibus, in Rom. 8. Ioan. 15. Ioan. 5.

eis

cis non reſidere? His ita conſtitutis cedo, qua via adſtrues illos homines Dei verbo, teſtimonio, & auctoritate fulgere, ac præditos eſſe, iſtos autem minimè? Si enim quia homines fuerunt Patres, eorum ſcriptis, factis, dictis non ſit acquieſcendum; Non homo fuit Moyſes? non Prophetæ, non Apoſtoli? Iſtis igitur ne acquieſcas, non ipſi Deo, qui nonniſi per Angelos, homines, aut aliàs creaturas loquitur, facit, & operatur. Acquieſcendum tamen, non quia tales ſunt, ſed quia Deus per eas loquitur, facit & operatur. Neque verò hoc ſuffecerit, ſed Deum loqui, facere, operari, per eam vel illam creaturam conſtare debet, medio, quod omnibus & ſingulis probetur. Nullum autem eſt, quàm eorum auctoritas, quos Deus Eccleſiæ ſuę, nobiſque præfecit. Aliàs, 1. Reg. 13. & 22. quis non facilè deciperetur, ſi huic vel illi ſatis fuerit dicere Deum ſibi fuiſſe loquutum, hanc docendi auctoritatem ſibi crediſſe? non ideo deceptus Semeias Propheta Domini? Non Sedechias Pſeudopropheta *Dominum ſibi loquutum* mentiebatur? Sed quo progrederis calame? Siſte gradum, ne longiùs vageris. Dico itaque Melchiorem Canuſium præferre Dei auctoritatem vel nudæ humanæ auctoritati, vel auctorem inſtrumento, cauſam primam ſecundæ, Regem, ac Principem Deum homini à ſe delegato; non autem contemnere aut reſpuere patrum communem ſenſum, per quos Deus loquutus eſt, docuit.

3. Illud autem cupis vt diligenter attendam; quo vult, *ſi illi omnes, qui ſe antea docuerunt, ipſi adſtruerent oppoſitum eius quod fide tenet, non ex eo fidem ſuam iri labefactatam*. Reſpondeo hyperbolicam eſſe loquutionem, fideique exceſſum, atque eum per ſup-

Digitized by Google

ſuppoſitionem fingere poſſibile, quod tamē impoſſibile eſt, vt eius, quod fide tenemus certitudinem & conſtantiam eleuet. Idem enim ac ſi diceret. Fides, præſertim, quoad materiale ſuum ſignificatum, (exprimit cùm dicit, *Quod fide teneo*) tam certa, tam conſtans eſt credendorum regula, vt ſi, (quod tamen impoſſibile eſt) omnes, qui antea nos docuerunt, oppoſitum eius, quod fide tenemus, adſtruerent, non tamen labefactaretur, non nutaret ex eo fides noſtra. Adeò vt Vincentij Lirinenſis ſententiam pleno, vt imponis, ore non neget. Quid quòd fides noſtra non ſolùm ſcriptura, ſed etiam verbo non ſcripto, traditioni communique conſenſui Patrum inniti ſuperiùs docuimus.

CAPVT XXXIX.

Non ſi pſeudoprophetæ contra veritatem ſunt vnanimes, propterea non venerandus antiquorum Patrum pro veritate vnanimus conſenſus. Etſi ex Eccleſia multæ ſectæ prodierunt, non tamen ipſa Eccleſia eſt diuiſa. Quomodo diſcernitur vnanimis pro veritate conſenſus, à conſenſu, hæreticorum contra veritatem. Vnanimis pro veritate conſenſus donum eſt Spiritus ſancti.

POLYANDER CALVINISTA.

SI *quis de conſenſu Doctorum & Eccleſiæ, in vnâ eâdem doctrinâ Patres antiquos audire malit.* Antichriſti mini-

miniſtri (inquit Hilarius) de impietatis ſuæ vnitate ſe iactare ſolent.

Anastasivs Carmelita.

123. §. 1. Tanta nimirum in malitia ingenij tui luxuriantis vbertas, vt tibi pollicearis, ex patrum teſtimonijs, in eorumdem vnanimen pro veritate conſenſum non minus, quàm palmam ac triumphum. Verùm

Sic Dominum ſterilis ſæpe fefellit ager.

Namque tua

Non reddet ſterilis ſemina iacta ſeges.

Lepidè ſcilicet D. Hilarius lib. ad Auxentiũ de vnitate Arianorũ, docet Antichriſti Miniſtros de impietatis ſuę vnione ſe iactare ſolitos. Igitur improbat Patrum, & Eccleſiæ in vna & eâdem doctrina conſenſum; atque Antichriſtianos eſſe, qui vnanimem, in vnâ & eâdem doctrina conſenſum oſtentant. Ergo ne, quia Antichriſti Miniſtri de impietatis ſuæ vnitate iactare ſe ſolent, propterea inualidus vnanimis pro veritate conſenſus? Ergo non erit Patrum vnanimis pro veritate conſenſus, Dei præſentiæ certum argumentum, quia prædones & latrones in latrocinijs & depredationibus ſunt vnanimes? Falſi prophetæ contra veritatem? Perperam lego
Ephes. 4. Eccleſiam ob id *velut aciem bene ordinatam terribilem*
1. Cor. 1. *eſſe?* Fruſtra monet Apoſtolus ſeruare *ſpiritus eam*
Ioann. 17. *vnitatem in vinculo pacis?* ſuadet *vt vnum dicamus omnes, vt non ſint inter nos ſchiſmata?* Eccui igitur bono hæc Chriſti oratio. *Obſecro, pater, vt vnum ſint quemadmodum vnum ſumus.* Ergone, quia prædonum, latronum ad prædas latrocinia vna eſt conſpiratio & vnanimis conſenſus ideo inualidus & infirmus bonorum ciuium vnanimis pro bono Reipubli-

Republicę ac ciuitatis contentio & ſtudium? Erit aliquid tanti firmamenti acſoliditatis, neceſsitatiſve, quod ſimili argumento non eludatur? Quæ virtus eſt, quam non impij mentiantur? Apage, apage tam abſurda. Deſine D. Hilario imponere, non enim ſi refert Antichriſti Miniſtros de impietatis ſuæ vnitate iactare ſolitos, propterea negat robur ac firmitatem vnanimis Patrum conſenſus.

POLYANDER CALVINISTA.

Et Clemens Alexandrinus, Hoc aduerſum nos adducunt Iudæi, dicentes, non oportere credere pro pter diſſenſiones hæreſeon, retardatur veritas, dum alij alia docent; ad quod dicimus, quòd apud vos Iudæos & illos Græcos plurimæ fuerunt hæreſes. Nec tamen dubitarũt alij Philoſophicæ ſe tradere diſciplinæ. Oportere eſſe hæreſes, prædictum eſt à Domino, ac fieri nõ poteſt vt non fiat, quod prædictũ eſt eſſe futurum. Huius cauſa eſt, quòd quidquid eſt ſequitur Momus. Item ſi appoſitus eſt fructus verus & maturus, alius fructus ex cerâ quàm maximè ſimilis: non propter ſimilitudinem abſtinendum eſt ab vtraque, & quemadmodũ ſi vna eſt via regia, & aliæ multæ, ex quibus quædam etiam ferunt in præcipitium, alię in fluuium aut in mare profundũ, nõ dubitabit quiſquam, ſed quæret regiam, ita non eſt propter diſſentiones à veritate diſcedendum, ſed de ea tanto exactiùs & diligentiùs inquirendum. Clemens Alexand. lib. 7. Stromatum,

ANASTASIVS CARMELITA.

124. §. 1. Non ſolùm illo retro iam ſeculo hoc aduerſus nos Iudæi adducunt, ſed etiam iſto noſtro ſeculo. Sed quid hæc cõtra vnaminem conſenſum Doctorum ac Eccleſiæ? Et quæſo vbi ti-

bi mens? Non in calcaneo? Si quidem, an non directè contra id quod obtendis? diſpiciamus. Iudæos, Gentiles à fide auocant hæreſeon diſſenſiones: Ex oppoſito igitur allicit ad eam vnanimis Patrum conſenſus. Non vt illarum ſcelus & flagitium, vitiumque damnat, ita iſtius Patrum conſenſus gratiam ac virtutē declarat Clemens Alexandrinus? Si illarum malum ac contagium improbat, non iſtius gratiam ac vim ſtatuit & laudat? Quis autem inde non facilè obſeruet Lutheranorum, Caluinianorum, Anabaptiſtarum, & ſimilium damnari ſectas? Quot enim inter eas diſſenſiones? Vt verè dixerit Apoſtolus per iſtas turbas omnium diſsidiorum *blaſphemari inter gentes nomen Domini.*

2. Idem D. Clemens, clarè & apertè non oſtendit non eſſe, quòd vnanimem pro veritate conſenſum minùs obſeruemus ac veneremur, etiam ſi impij de impietatis ſuæ vnitate glorientur, imitentur veræ ac probæ vnitatis ſimilitudinem? Veram vnitatem mentiantur?

POLYANDER CALVINISTA.

D. Ambroſ. lib. de ſpiritu & litera. *Nec non Ambroſius*, Pietatis vnitas eſt rectè credere; vnitas impietatis malè credere. Chriſtus ſolus eſt, quem nemo deſerere debet. Fides inprimis Eccleſię quærenda mandatur, in quâ ſi Chriſtus habitator ſit, proculdubio eligenda eſt; ſi verò populus perfidus, aut ſuſceptor hæreticus deformet habitaculum, ſynoga fugienda cenſetur: ſi qua eſt Eccleſia, quæ fidem reſpuit, deſerenda eſt.

ANASTASIVS CARMELITA.

125.5. 1. Magiſter Ioannes, numquam D. Am-

Digitized by Google

Ambroſium de Spiritu & litera legiſti, nullum enim hoc titulo & materia edidit. Libro autem 6. in Lucam cap. 9. Non ſic legit quemadmodum ſcribis. Non enim dicit *Solum Chriſtum eſſe, quem nemo deſerere debeat*. Addit quod omiſiſti, iſtud nempe, *vitanda hæreticorum communio*. Itaque ſic conſtruit *fides in primis Eccleſiæ quærenda mandatur: in qua ſi Chriſtus habitator ſit, haud dubiè legenda. Sin autem populus perfidus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum communio, fugienda ſynagoga cenſetur*. Reliqua quæ ſcribis non habet. Quo verò ingenio in initio & fine addideris, & è medio eius ſententiæ reſecueris vitandam hæreticorum communionem, Lectoris iudicio relinquo. Porrò hæc ſententia, quid contra communem ac vnanimem Patrum conſenſum? Eheu

Quàm graue baliſtæ mœnia pulſat onus!

Nam alicubi ſuorũ ſcriptorũ dicat, *Pietatis eſſe rectè credere, vnitatẽ impietatis malè credere*. Quid hęc cõtra? Quin potiùs duas vnitates facit, rectè credẽtium & malè credentium. Illam pietatis eſſe, hanc impietatis. Illam non laudat, hanc non vituperat? Sit impiorum ſua vnitas, par erit huius & illius ratio? De vtraque idem iudicium quis ſanus ferat? In ſententia, quam habet lib. 6. in Luc. cap 9. Duas Eccleſias eſſe, vnam veram, in qua Chriſtus habitator eſt, alteram falſam, in qua populus perfidus, in qua præceptor hæreticus. Illam eligendam eſſe, iſtam fugiendam, quia *vitanda hæreticorum communio*; quî inde colligis dicere, D. Ambroſium contra vnanimem conſenſum patrum? Euge, euge, rem acu tetigiſti. Quid enim in vos dici potuit formalius?

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

Et Chryſoſtomus homil. 33. in acta Apoſtolorum, Gentilis mihi dicit, vellem fieri Chriſtianus, ſed tot ſunt, inter vos pugnæ, vt cui adhæream neſciam. Quilibet dicit, ego verum dico, cui credam neſcio, Hoc multum pro nobis. Nam omnes ſcripturas ſuſcipimus, quæ cum ſint ſimplices & apertæ, facilè erit tibi iudicare. Si quis illis conſentiat, verus eſt Chriſtianus, ſin contra pugnat, procul eſt ab hoc canone.

ANASTASIVS CARMELITA.

126. §. 1. Itaque vnanimis omniũ in vna & eadem fide conſenſus ipſos Gentiles adducebat ad Chriſtianam profeſsionem, abducebant diſſentium in ea pugnæ. Eſt hîc aliquid, quod non commẽdet vnanimem Patrum conſenſum? Non contra te, quod pro te ſperaueras, prætẽderas? Non tot ſectas, quarum vnam colitis, condemnat, quæ in cauſa ſunt, cur Iudæi, Gentiles abhorreant à Chriſtiana profeſsione?

2. Docet inſuper Catholicam Eccleſiam, non vnas ſcripturas, ſed omnes ſuſcipere; ſectas non item. Nonne iſtâ ſentẽtiâ vos cõdemnat, qui non omnes recipitis? Non negat vos Chriſtianos? Non vos propterea procul eſſe ab hoc canone aſſeuerat? Iſtis patrum ſententijs non aperis impietatis ac iniquitatis veſtræ myſteria? Proculdubiò, ſi veſtrates ſapiunt, illis vapulabis multis, qui tam apertis teſtimonijs vos impietatis conuincis.

POLYANDER CALVINISTA.

Iſidorus quoque (confitente Bellarmino lib. 1. Conciliorum cap. 10. & 4. de Eccleſia militante) tradit ante Conſtantini

Digitized by Google

ſtantini magni tempora Eccleſiam Chriſti in diuerſas ſectas fuiſſe diuiſam, Corinthiorum & Galatharum, Ad quas (inquit) ſcribebat Apoſtolus Paulus veræ erant Eccleſiæ, & tamen in Corinthiacâ reprehenduntur, qui docebant non futuram reſurrectionem, & inter Galathas, qui docuerunt ſeruandam eſſe legem Moyſis cum Euangelio.

ANASTASIVS CARMELITA.

127. §. 1. Amabò, probas tot in fide ſeminata diſsidia? Si non probas, cur vnanimem conſenſum in ea improbas? Non es mehercle ſanus.

2. Iſidorus porrò non tradit fuiſſe in ſectas diuiſam Eccleſiam Chriſti, nec de ea ſurrexiſſe quoſdam, vt in Corinthiaca, qui reſurrectionem negarent; quoſdam, vt apud Galathas, qui docerent ſeruandam eſſe legem Moyſis cum Euangelio. Eccleſia enim Chriſti vna eſt, non multiplex, quæ in partes ſcindi non poteſt, tametſi omnes hæretici ex ea prodierint. *Prodierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis.* 1. Ioã. 2.

3. Cur non ab ipſo D. Pauli tempore dixiſti? Nam Apoſtolus eos reprehendit. Quid ſi ab eo iam ſeculo Eccleſia Chriſti erat in partes & ſectas diuerſas diuiſa, & proinde iam peſſima facta; quomodo ſtat iſtud, Eccleſiam nonniſi à quingentis aut ſexcentis annis peſſimam factam? Mi homo, licet zizania è medio Tritici ſurgant, manet tamen bonum ſemen, manet Triticum integrum & ſanum. Hæc verò, quid in præiudicium vnanimis Patrum conſenſus?

POLYANDER CALVINISTA.

Pagani quoque vt ſuperioribus quotidianæ experientiæ teſtimonium adijciam, quamuis multos Deos diuerſos adorent, atque inter ſe de illorum, quemadmodum vos de Sanctorum

Digitized by Google

ſtorum veſtrorum poteſtate & eminentia litigent, in iis tamen colendis vnitatem conſeruant, & concordes ſuorum Idolorum templa frequẽtant. Ex quibus efficitur, ex vnanimi Magiſtrorũ & Eccleſiæ conſenſu in doctrina, vix quemquam probabiliter poſſe conijcere, eam veram eſſe & Apoſtolicam, cum non ſolùm huiuſmodi conſenſus impijs cum pijs ſit communis, ſed & Eccleſia quoque Antichriſtiana ab Apoſtolo Ioanne hac nota indigitetur Apocalypſ. 13. 3. 4. quòd vniuerſa terra beſtiam admirans, eam, ſequatur & adoret, *id eſt, vt veſtri quoque interpretes hunc locum explicant Antichriſto adhæreat & ſub hoc capite idem ſentiat, eamdémque religionem conſtanter retineat.*

ANASTASIVS CARMELITA.

128. §. 1. Paganos in deorum multorum cultu & Idololatria cõſenſiſſe non negamus, ſed, vt ipſe fateris, de illorum poteſtate diſſenſiſſe, adeò vt plurimæ inter eos hæreſes extiterint, vt paulò ſuperiùs eis olim oppoſuiſſe Clementem Alexandrinum lib. 7. ſtromatum vidimus. In impietate cõueniſſe, ſed in eadem tamen diſcordes fuiſſe fatemur, vt ſcias ac videas hanc eorum vnitatem & hunc in Idololatria conſenſum non fuiſſe integrum.

2. Nos autem litigare de poteſtate & eminentia Sãctorum ita falſiſſimum eſt, vt veriſſimũ eſt Polyãdrum eſſe hæreticum Miniſtrum, qui præter alias multas hæreſes, quas cum ſuperioribus hæreticis profitetur, cum Euſtachianis & Meletianis negat Sanctis debitum honorem & cultum reddendum eſſe. Conſtat apud nos, nec eſt qui diſſentiat, *iuxta bonum gratiæ, eſſe & bonum gloriæ,* ei, qui illud in vacuum non receperit. Conſtat eum, *qui quinque talenta acceperat, & alia quinque ſuperlucratus fuerat,* maiore ac eminentiore compenſatione

ſatione remuneratum fuiſſe, quàm, *qui duo tantùm acceperat, & duo fuerat ſuperlucratus*. Conſtat apud omnes noſtrates, eum qui ex ſibi data *Mna, decem acquiſiuit, conſtitutum fuiſſe ſupra decem ciuitates & in eas poteſtatem accepiſſe*. Eum verò, *qui quinque tantùm ex mina ſibi data, tantùm etiam poteſtatem accepiſſe ſuper quinque ciuitates.* Matt. 25. Luc. 19.

3. Non minus falſum ab Apoſtolo Ioanne indigitari Apocalypſ. 13. 3. 4. Antichriſtianam Eccleſiam hâc notâ vnanimis conſenſus.

4. Non minùs falſum, noſtros interpretes locum hunc Apocalypſeos 13. explicando dicere ſub Antichriſto eamdem religionem vniuerſam terram *conſtanter* retenturam. Non enim diu conſenſum illum, in illa diſſenſione ſub eo retinebit. Et erit conſenſus in diſſenſione, nec alius poteſt eſſe inter paganos, infideles, hæreticos quàm in ipſa diſſenſione conſenſus. Sunt enim illi, quibus vates regius imprecatur. *Præcipita Domine, & diuide linguas eorum, qui hominibus placent*. Illi in quorum *ciuitate*; ciuitas autem eſt ciuium vnitas, ait Cicero, *vidit iniquitatem & contradictionem*. Pſalm. 54.

5. Sed nec eſt aliquis, niſi impius, qui neget communem vnanimemque in vera doctrina & fide conſenſum, concordiam & vnionem, donum eſſe Spiritusſancti. Ille ſiquidem eſt, *qui facit concordiam in ſublimibus*. Ille qui, *facit habitare vnanimes in domo*. Hoc donum ſuæ Eccleſiæ dediſſe velut notam, quâ à prophanis diſcerneretur, quamquam ab iſtis huiuſce conſenſus ſimilitudo ac extrinſecus ſpecies emendicetur & confingatur. Sic ſunt, qui pretioſos lapillos imitentur. Viles, fallaces & fucati, non à pretioſis & ve- Iob 25. Pſal. 67.

Digitized by Google

ris diſcerni poſſunt? Poſſunt me hercle, ſed à prudentibus, & in ea arte exercitatis & magiſtris. Sunt qui decipiantur. Quidni etiam? Nonne ideo dæmon *transfigurat ſe in Angelum Lucis?* Decipiuntur, inſtabiles & leues. Qui pretioſos lapides à fucatis & fallacibus diſcernere neſcit, vocet ac petat artis peritos. Non enim eadem eſt materia fucatorum, fallacium, & prætioſorum: non eadem gratia, non ijdem radij ac ſplendores. Sunt qui fructus veros maturos proferant, ſunt qui ex cera, quàm maximè ſimiles; propter ſimilitudinem ab vtriſque abſtinendum? Non facilè diſcernas vnos ab alijs? Materiæ ac vſus diuerſitas te doceat. Piorum ac impiorum vnitatis materia diuerſa eſt. Illa piorum, iſta ſocietate impiorum componitur. Materia, non etiam forma diuerſa? Piorum vnitatis ac conſenſus forma charitas eſt, & ab hac perficitur. Impiorum odium, inuidia, ambitio. Materia, forma, non etiam finis diuerſus? Piorum vnitas atque conſenſus animarum obtendit ſalutem. Impiorum damnationem earum. *Fur non venit niſi vt mactet* & prædetur. Materia, forma, finis, non etiam fructus diuerſi? *Bona arbor, non poteſt malos fructus facere, mala non poteſt bonos fructus facere.* Cædo nunc

——— Quæ cauſa indigna ſerenos
Fædauit vultus, aut cur vulnera hæc cerno,

olim florentis reipublicæ Chriſtianæ? An non fructus veſtri inimpietate conſenſus? *Falſos Prophetas venturos ad nos in veſtimẽtis ouium* Chriſtus prædixit. Non vnum ex ouium veſtimentis, eſt vnanimis in doctrina vera conſenſus? In hoc veſtimento falſos Prophetas venturos dixit. Quomodo diſcernendos? *A fructibus* (inquit) *cognoſcetis eos.* Lu-

[Margin notes: 2. Cor. 11. — Ioan. 10. — Math. 7. — Math. 7.]

Digitized by Google

Lupos, quibus falſos ibi Prophetas comparat, ouium veſtimentis ac pellibus laniſque tectos quomodo agnoſcas?

1. In cælum adlatrant, non oues. Hæretici *in cælum poſuerunt os ſuum, Aperuerunt os in blaſphemias in Deum, ſanctos & tabernaculum eius*. 2. Lupi tametſi ouium veſtimẽtis tecti, nonniſi carnibus & cruore veſcuntur. Hinc videas Pſalm. Apocal.

Et pauidum ſolitos in pecus ire Lupos.

Hæreſis, Antichriſtianæ Eccleſiæ non

Colligit os rabiem ſolitaque cupidine cædis
Vtitur in pecudes, & nunc quoque ſanguine gaudet?

oues autem ſimplici cibo & herba delectantur. 3. Lupis

Canities eadem eſt, eadem violentia vultus
Ibidem oculi lucent, eadem feritatis imago eſt.

Non hęreſi, non Eccleſię Antichriſtianę? 4. Lupi ſtimulante libidine, mutuis ſe dentibus lacerant, morſibus conficiunt. Non Antichriſtiani mutuis diſſidijs & in fide contentionibus? Quare ne mihi eorum conſenſum, ſed potiùs diſſenſum proponas & obijcias. Non ſi Lupi ouium veſtimenta, conſenſum mentiuntur, propterea oues debent ſua veſtimenta abijcere. Et ſi ratio tua alicuius eſſet firmamenti, nec ipſa ſcriptura ſacra, quàm velut notam Eccleſiæ mentimini, retinenda eſſet. Quî ſic? Quoniam hæretici ea quoque abutuntur & gloriantur. Ad aurem vnum alterum verbum, Magiſter Ioannes, nonne in hunc Patrum vnanimem conſenſum armaris, quia inter vos reperiri, nequit? Progredior.

POLYANDER CALVINISTA.

Verùm vt ad nugas tuas reuertar: Scheol *(inquit)* ſiue

Digitized by Google

ſepulchrum, interdum impropriè ſumitur, id eſt Metonymicè & hyberbolicè, pro inextricabilibus mortis periculis & extremis miſerijs, p. 162. Ergo Scheol, ſiue ſepulchrũ eſt metonymicum & hiperbolicum pag. 163. *Ex ipſis ſuperioris meæ diſputationis intuitu, quilibet ſtatim animaduertet te in Enthymematis tui antecedẽte, aërem ferire, & quod numquam in controuerſiam duxi, aliquoties affirmando, te ipſum inutiliter fatigare. Nuſquã enim, qui eam perleget, me negaſſe inueniet. Scheol, interdum alia ſignificatione accipi, quam pro ſepulchro, nuſquam me aſſeruiſſe (vt impudenter mihi affingis) Scheol propriè ſepulchrum denotare. Nihil amplius dixi, quàm quod, Scheol, ſæpius in ſacra Scriptura pro ſepulchro vſurpetur; idq́ aliquot locorum recenſione confirmaui. Enthymematis tui conſequentia, te non minus imperitũ, quàm impudentem eſſe oſtendit. Nemo enim in artibus liberalibus mediocriter verſatus, adeò bliteus eſt, vt ſepulchrum, ideo putet metonymicum aut hyperbolicum eſſe appellandum, quòd vox ſepulchrum, aliquando pro ſummis cruciatibus atque anguſtijs metonymicè aut hyperbolicè accipiatur. Ipſis enim pueris me ridiculum facerem ſi ita argumentarer.*

Hieruſalem quum à Chriſto vocatur trucidatrix prophetarum Matth. 23. Metonymicè accipitur pro Hieroſolymitanis. Ergo vrbs Hieruſalem erat Metonymica. Aut Saul & Ionatham Hyperbolicè aquilis leuiores, & Leonibus robuſtiores fuiſſe dicuntur. Ergo Saul & Ionatham e-
2.Reg.1. rant hyperbolici.

Anastasius Carmelita.

129. §. 1. Cur Hippia venis indutus indumenta, & calciamenta, quæ tuis tibi manibus confeciſti? Olim Socrates decoro cuidam adoleſcenti & diutulè tacenti: *Vt te videam aliquid loquere.*

Digitized by Google

quere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. Arbitrabatur enim hominem non oculorum, ſed mentis acie & animi obtutu conſirandum. Quod ſi magis polleret oculorũ, quàm animi iudicia, de ſapiẽtia foret aquilę cõcedendũ.

Itaque diutiùs tacere noluiſti, vt vbi loquutus eſſes, hominem videremus, iudicaremus. At lõgè accidit. Nam, quem putamus hominẽ, belluam, lupumque inuenimus. Quid enim? Pſeudoprophetæ *in veſtimentis ouium ad nos veniunt, intrinſecus lupi rapaces*, inquit Ieſus noſter. Lupi non naturâ, ſed voluntate. Lupi non ſecundùm rei naturęque proprietatẽ, ſed ſimilitudinem & cõparationem.

2. Nugas minimè, ſed ſolida argumẽta, ſed demõſtrationes ſerias habui. Quas ſic vocas quia illis ſatisfacere non potuiſti, nec aliquãdo poteris. Eadẽ intentione, iſtud Enthymema induxiſti, texuiſti, quod nec p. 162. nec 163. reperiet Lector. Tantùm me in eo totum fuiſſe, vt oſtenderem te, verſum 4. Pſalmi 29. qui ſic in communi verſione legitur, *Domine eduxiſti ab inferno animam meam, ſoluaſti me à deſcendentibus in lacum*, impiè & ineptè ita tranſtuliſſe. *Iehoua eduxiſti animam meam de ſepulchro, conſeruans me viuum, ne deſcenderem in ſepulchrum.* Demonſtrationibus meis & argumentis, quæ ad hoc inſtitutum attuli, non reſpondes, quemadmodum Lector hîc obſeruare poterit. Quid igitur tu, qui iſtis reſiſtere nõ poteras? vt nõ ſemel, ſed vbiq; fermè, ita & hîc atram ſpumã reiectas, quâ deluſis oculis Lectoris, quaſi è manibus noſtris elapſus, aſſequutus videreris morã impietatis haud victæ, ineptię haud ſuperatę: Nõ ego meipſum, ſed tu me fatigares, nõ ſolùm repetitione eorũ, quæ ſuperioris l. p. 162. & 163. ſed etiã inani

ſtudio

ſtudio iſtius mentiti enthymematis refutandi. Neutrum verò ſum facturus. Non illud, ne tedium Lectori adferam, & ne illi te ſatisfeciſſe cogitet. Non iſtud, ne in cauſa facili & explicata, perdifficilis' & lubrica mihi proponi videatur defenſionis ratio.

3. Iſtud certè feſtiuum & dignum notatu, quod id quod aduerbialiter dicitur tale, tu in conſequente Entymematis, nominatiuè in recto prædicari facias.

4. Non minus lepidum iſtud, quòd in duobus Euthymematibus, quæ huic primo ſubornas, illa quæ tantùm ſubiectiuè dicũtur Metonymicè & Hyperbolicè,facias talia dici prædicatiuè. Nam certum eſt Hieruſalem Matth. 23. Metonymicè quidem, ſed tamẽ prædicatiue dici de Hieroſolymitanis,tanquam continens de contẽtis: Hieroſolymitanos autem tantùm ſubiectiuè Metonymicè Hieruſalem dici. Tu verò in conſequente iſto. Ergo Hieruſalem eſt Metonymica, facis in recto nominatiuè, quod aduerbialiter fieri debuerat, Hieruſalem, quod eſt prædicatum, & de Hieroſolymitanis prædicatiuè dicitur, & ſubiectiuè & prædicatiuè de ſeipſo enuntiari. Certum eſt Saul & Ionatham 2. Regum 1. Subiectiuè tantùm dici Aquilas, Leones; Aquilas autem & Leones de Saule & Ionatha, prædicatiuè tantùm. Tu autem magna & admiranda (ſi dijs placet) animi ſolertia, facis Saulum & Ionatham, & appellatiuè ſimul de ſeipſis, hyperbolicè prædicari, Aquilas, Leones eſſe & dici. Nempe & quod prædicatum erat in antecedente, in eodem ſubiectum, & ſubiecti, & prædicati rationem in conſequente ſubeat.

5. Non

Digitized by Google

5. Non minùs tandem felix, quãdo in iſtis Enthymematibus, ab impropria loquutione, ad rei veritatem & proprietatem procedas, & ſimpliciter abſoluteque concludendo intelligi velis, quod ſecundum quid & reduplicatiuè colligi debet. Domine Miniſter, quando te lupum eſſe dico per Hyperbolem, per ſimilitudinem, tranſlationem & comparationem, non ſimpliciter & abſolutè Lupum eſſe volo, ſed Lupum hyperbolicè, ſimilitudinariè, tranſlatiuè, & comparatiuè. Saul, Ionathas, Aquilæ, Leones dicti ſunt, per Hyperbolen, per ſimilitudinem, comparationem, tranſlationem. Ergo dicti ſunt Lupi? non ſimpliciter & abſolutè, ſed hyperbolicè, ſimilitudinariè, tranſlatiuè, comparatiuè.

6. Quid ſi etiam conceſſero, id quod Hyperbolicè, metonymicè dicitur, vbi tale eſſe prædicatur, Metonymicum eſſe? Ridebor à pueris? Eſto, non tamen à prudentibus & perfectis viris & in liberalibus artibus apprimè exercitatis. Quid ita? Quoniam quo ſenſu, qua acceptione res aliqua, de re altera affirmatur, eodem ſenſu, talem eſſe exiſtimare oporteat. Verbi gratia, ne longiùs excurramus. Pſalm. 29. verſ. 4. ſepulchrum hyperbolicè ſumitur, pro ſummis & extremis calamitatibus: Metonymicè, pro præſentiſſimo mortis & inferni periculo. Non igitur ibi pro vero & propriè dicto ſepulchro. Non igitur pro altero, quàm non vero & impropriè dicto, ac proinde, pro ſepulchro Hyperbolico & Metonymico.

7. Nuſquam reperiet Lector, me tibi ſimpliciter & abſolutè, quæ hîc obtendis, impoſuiſſe. Verumtamen, vbi eorum primus locus, quos citaſti,

Digitized by Google

taiti, in quo vocabulum hoc *Scheol*, in propria & natiua ſignificatione accipitur, à te annotatus? Qua animi audacia, reclamantibus orthodoxis patribus, reclamante vniuerſa Eccleſia Catholica, pſal. 15. vbi occurrit, potiùs pro ſepulchro, quàm pro inferno, à natura & propria ſignificatione, ad impropriam traducitis? Hæc eſt, nimirum hæreticæ fidei peruerſitas, ad figuras & tropos dilabi, & ſcripturam quoquo volet transferre.

POLYANDER CALVINISTA.

Nec hac argumentatione tua cauſam tuam obtinebis. Qui à Pontificijs & Lutheranis impietatis arguitur, is à vobis fruſtra & falsò ab impietatis notâ purgatur. Caluinus à Pontificijs & Lutheranis impietatis arguitur pag. 163. Ergo à vobis fruſtra ac falsò ab impietatis notâ purgatur. *Eodem enim modo aliquis Phariſæus aduerſus Chriſtianos diſputare potuiſſet*. Qui à Phariſæis noſtris & Saducæis impietatis arguitur, is à vobis fruſtrà & falsò ab ea purgatur. Chriſtus atque ipſius diſcipuli Phariſæis noſtris & Saducæis impietatis arguitur. Ergo, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

130. §. 1. Vide Lector, hæreſim vim omnem ſuam conſtituere in Ariſtotelicis & Philoſophicis argumentationibus. An quòd iſtarum intuitu & obiectu exterreamur? Stat contra veritas, quę pertimeſcere non nouit. Vide rurſus Chriſtũ Ieſum, *cum iniquis deputatũ*. Cur hominum perditiſſime, Ieſum noſtrum cum Caluino deputas? Cur Caluinum cum Chriſto componis? Hædum cur cum Agno? Mendacium ipſum, cum veritate? Impietatem, cum pietate? Iniuſtitiam, ſcelus ipſum cum iuſtitia?

2. Bo-

Digitized by Google

2. Bone vir, non ſi aduerſus Caluinum valet teſtimonium Catholicorum Doctorum & Lutheranorum, valere debuit aduerſus Ieſum teſtimonium Phariſæorum & Saducæorum. Quî ſic? Quoniam non neceſſe eſt, ea quæ conferunt ad confutationem & condemnationem impietatis, conferre ad pietatis præiudicium. Alioqui, quî ſtabit ſacra hæc Dei ſententia? *In ore duorum aut trium teſtimonium ſtabit omne verbum.* Nolim hîc ingredi diſputationem, cuius reſolutio eſt innocentem falsò duorum aut trium teſtimonio nocentem probatũ, à Iudice poſſe iuſtè condemnari. Tantùm dico non parem eſſe rationem Caluini ac Chriſti. Nam nullo libro, nullo ſcripto, nulla alia quauis ratione, potuiſſent Phariſæi, Saducæi, Chriſtum nocentem probare. Caluini verò impietatem non vnam, ſed plures, ex eius libris & ſcriptis, non ſolùm Doctores Catholici, ſed etiam Lutherani, quàm qui poſſunt, abundantiſſimè demonſtrant. Chriſtus aduerſus Phariſæos & Saducæos ſuam innocentiam, etiam coram iudice ſufficientiſſimè probauit. Caluinus numquam potuit, & ſi reuiuiſceret non poſſet. Quid quòd nec tota Miniſtrorum Caluinianorum propudioſa turba? Deut. 17.

3. Ne autem Lector diu erret in reperienda minore & concluſione iſtius ſyllogiſmi à Polyandro confecti, eam inueniet non pag. 163. vt malè annotauit, ſed 165. Lin. 6. 7. 8. & 9.

POLYANDER CALVINISTA.

Non meis (*inquis*) ſed Schuſſelburgij verbis ſtabiliui Catechiſmum Heidelbergenſium vocare in dubium, an vllus ſit verè infernus. Falſum ergo eſt, me hoc dixiſſe.

Itane

Digitized by Google

Itane tricis tuis veritatem intricare numquam deſines? Inſpice tuam primam diſputationem & verba conſidera, quibus Schuſſelburgij *criminationem approbas*. Caluiniani in ſuis (*inquis*) conuentibus ſtatuerunt cantillari illa Pſal. 6. 16. &c. de nullis alijs inferis, quàm de foueis & ſepulchris. Vnde de Caluinianis & Heidelbergenſibus Lutheranæ Theologiæ Doctor Conradus Schuſſelburgius ſcribit, *&c. Nonne vocabulo*, vnde, *indicas Schuſſelburgium tecum propterea Caluinianos & Heidelbergenſes eiuſdem erroris accuſare, quia cum Caluino & Beza ſtatuunt* illa Pſal. 6. 16. &c. de nullis alijs inferis eſſe intelligenda, quàm de foueis & ſepulchris?

ANASTASIVS CARMELITA.

131. §. 1. Ad mendacia tua occultanda, quæ ſuperioris libri noſtri pag. 166. attigeram per opportunum artificium adinueniſſe te putaueras

Iamque pedem referens caſus euaſeras omnes.

niſi verò illa inſigni & aperto altero mendacio adauxiſſes. Nam quod hîc mihi affingis, mendacium eſt. Neque enim me ſic ſcripſiſſe, locutum eſſe inueniet Lector, etiamſi legat à pagina 164. 165. 166. 167. 168. ad reliquas vſque, totumque percurrat librum: etiamſi primam & ſecundam meam diſputationem perlegat. Verùm, vt ſemper, ita & hîc te ipſum ſcalpis, riſum (quod dicitur) vt tibi moueas, omnibus & ſingulis oſtendas non ſic vultures carnibus, quàm vos mendacijs delectari. Eſto, quia ita placet.

POLYANDER CALVINISTA.

Verùm vt illud omittamus, ſcopus ac finis ἀρχιτεκτονικὸς *totius tuæ diſputationis eſt, quibuſdam indicijs ac teſtimonijs probare Caluinum, Bezam, Mollerum, Tremellium, Bucerum, Caluinianos, ac ſpeciatim Heidelbergenſes negare*

Digitized by Google

gare vllum reuera infernum.

Hîc fatearis alterutrum oportet, ſingula teſtimonia, quæ ad fidem isti concluſioni adſtruendā adduxiſti aut falſa eſſe aut vera. Si falſa ſunt, Mechelmanno fucum feciſti, ipſiuſq́ postulationē eluſiſti. Si vera, cur in re minimè falſa, calumniæ exprobrationē effugere conaris, omnemq́ abs te culpam in ſolum Schuſſelburgium transfers? Propterea, inquis, quòd meam propoſitionem, non meis, ſed Schuſſelburgij verbis ſtabiliui. Quaſi verò diſputatori ea tantùm probationes, quas proprio ſermone expreſſit, adſcribi debeant.

ANASTASIVS CARMELITA.

132. §. 1. Hîc agis ex mendacio quaſi ex rei veritate, non enim quod hîc ſcribis habui. 2. Quare aërem verberas, & dicó vera eſſe quæ ego attuli, vt probarem Caluinum nullum reuera infernum agnoſcere. Nec Dominô Mechelmanno vllum fucum feci: Nec falſæ calumniæ exprobrationem conatus ſum effugere: nec denique culpam, quæ nulla eſt in Schuſſelburgium transferre: ſed hæc ſunt inuenta, & commenta Miniſtri Caluiniani velle.

——— *Externo quærere in orbe fugam.*

POLYANDER CALVINISTA.

Sed audiamus quomodo meam reſponſionem ad illam Schuſſelburgij calumniam eludas.

Zachariæ Vrſini expoſitio Catechetica, &, Catecheſis Heidelbergenſis, non ſunt vnum & idem. Ergo non ſequitur, Catecheſim Heidelbergenſem affirmare, alicubi reuera infernum, propterea quòd Zachariæ Vrſini expoſitio Catechetica idipſum affirmet, &c.

ANASTASIVS CARMELITA.

133. §. 1. Hîc iſtud, quod olim ille cecinit,

Digitized by Google

tibi congruentiſſimè quadret.

——— *Aduerſum, tu quoque quamuis*
Terga fugæ dederas, vulnus Cenætuliſti.

oſtendis, cùm tam inani & futili Enthymemate à te compilato, & reſponſione ad illud inaniore ac futiliore teipſum fatigas. Huic reſponſioni, quia nihil attingit eorum, quæ habui, & quibus oſtendi non eamdem eſſe ſententiam Vrſini & Heidelbergenſium de inferno, nihilque quàm principij petitionem continet, moram gerere non neceſſum habeo. Facilè iudicabit Lector hîc te tantùm more Academicorum, & inſtar Epicurei balbutire, tergiuerſari, titubanter & inconſtanter dicere.

2. Eadem balbutie, tergiuerſatione, titubatione & inconſtantiâ ea te adferre, quæ nugaris pagina 407. 408. 409. de identitate & conſenſione fidei Catechiſmi Heidelbergenſium & Zachariæ Vrſini. Siquidem non negaui Vrſinum profiteri aliquem reuera eſſe infernum, ſed cum Schuſſelburgio Catechiſmum Heidelbergenſium. Quare non erat, quòd duas fermè integras paginas tui calami attactu maculares, iis abutereris, vt oſtenderes Vrſinum profiteri aliquem reuera eſſe infernum, ſed tuum erat adferre Catechiſmum Heidelbergenſium, eius contextum, & ſic oſtendere in eo aliter legi quàm legiſſe ſe Schuſſelburgius aſſerit, ac defendit; ſed iſti prouinciæ defuiſti.

POLYANDER CALVINISTA.

Nouum ac prodigioſum duplicis tui mendacij indicium omnium oculis proponam. Vtrumque ex tuis ipſius verbis non obſcurè erui atque oſtendi poteſt. Prius, quod non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione (vt tua verba retineam)
con-

Digitized by Google

conceſſeris Caluinum reuera infernum cognoſcere. Poſterius, quod idipſum oſtendere fruſtra conatus ſim pag. 168. Vtriuſque tui pronuntiati falſitatem ex hac tua reſponſione demonſtro; Recte olim Tertullianus, mentior ſi hæretici in ſeipſis non diſſentiant. Quemadmodum in Articulo confeſſionis inferni, in vno & eodem Caluino oſtendi poteſt. Etenim quem negauit locis ſuperius deductis, in Catecheſi à Polyandro citata aſſerit. *Hæc ſunt verba formalia ſecundæ tuæ diſputationis, vt patet ex huius autographo ad me miſſo: quæ pro tuâ fallendi conſuetudine ſic poſtmodum immutaſti?* Quemadmodum & Caluino potuit contingere in vno & eodem articulo confeſſionis inferni. Etenim quem negauit locis iam deductis, in Catecheſi à Polyandro citatâ affirmare potuit. *Quid hac tua fallacia, mi Cocheleti, aſſequeris, niſi vt pro Monacho fraudulento & præſtigiatore, ab omnibus habearis?*

ANASTASIVS CARMELITA.

134. §. 1. Vbique Palæmon? Polliceris omnia, omnia facis, omnia demonſtras, ſed nihil probas eorum, quæ tam frequenti oſtentatione nobis ſpondes:

Quin natos toties crudelis tu quoque falſis
Ludis imaginibus.

2. Non hîc etiam? Diſpiciamus. Scripſi fateor, non nego. Fateor, ex ſuppoſitione tantùm, fieri poſſe, vt Caluinus alicubi ſuorū ſcriptorum reuera infernū agnoſcat; quod quæſo indicium prioris illius mendacij, quod mihi affingere paras? Vis negem? Falſum ne eſt? Si verum, cur me mendacij accuſare prætendis? Verùm

3. Scripſi, quòd idipſum oſtendere fruſtra conatus fueris. Fateor, nō eo inficias. Sed recorderis

Digitized by Google

quomodo conceſſerim illud prius. Non enim aliter, quàm ex ſuppoſitione. Quod genus conceſſionis veræ cõceſſionis rationem non induit, non ſortitur. Quocirca quod indiciũ poſterioris mendacij, quod etiam mihi appingere inſtituis?

4. *Vtriuſque pronuntiati mei falſitatem ex mea reſponſione demonſtraturus es*. Lepide omninò, atque vide quid moliris. Prius pronuntiatum fuit, Caluinum alicubi ſuorum ſcriptorũ potuiſſe agnoſcere aliquem reuera infernum. Iſtud eſſe falſum demonſtrare paras. Iube ergo affinem tuum Domino Mechelmanno centum aureos coronatos pendere. Nam falſum eſſe hoc prius meum pronuntiatum eſſe vis. Poſterius fuit, quod idipſum oſtendere fruſtrà conatus ſis. Hoc non falſum eſſe clarè & neceſſariò colligitur ex prioris pronuntiati falſitate. Si enim alicubi ſuorum ſcriptorum Caluinus aliquem reuera infernum eſſe non agnoſcit; quomodo potuiſti oſtendere oppoſitum? non fruſtrà oſtendere conatus?

Furor ac Caluiniana rabies non tibi mentem ac ingenium præripuit? Vices tuas doleo; & iuxta adagium, tuo nomine rubore ſuffundor.

Cæterùm hæc mea eſt reſponſio, ſcribis, *Rectè Tertullianus, Mentior ſi non hæretici in ſeipſis diſſentiant*. Hanc Tertulliani ſententiam veram eſſe probaui exemplo Caluini, qui alicubi ſuorũ ſcriptorum, aſſerit aliquem reuera eſſe infernum, alibi autem idipſum negat.

Quæ hæc tua demonſtratio? Quia hæretici, quia Caluinus à ſeipſo diſſentit, ideóne mentitum me eſſe oportuit? *Polyandrum idipſum oſtendere fruſtrà conatũ fuiſſe*, dixi, *Et tamen Caluinum alicubi ſuorum ſcriptorum agnoſcere aliquem reuera infernum; illud ergo*

ergo falſum non fuit. Neque iſtud. Quî ſic? Quoniam non ſimpliciter & abſolutè illud intuli, ſed cum reſtrictione, nempe ex locis à me citatis & deductis fruſtra pag. 168. Polyandrum conatum fuiſſe oſtendere Caluinum aliquem reuera infernum agnoſcere. Nec oſtendet vnquam.

Si quis porrò Tertulliani ſententiæ veritatem peramplius in vno & eodem Caluino velit velut in ſpeculo intueri, legat eximij Magiſtri noſtri Feu-ardentij Franciſcani elaboratiſſimam & laborioſiſſimam Theomachia Caluiniſticam ſexdecim libris longè lateque comprehenſam, profligatam; reperiet in mille & quadringentis huius ſectæ erroribus, Caluinum in vnoquoque illorum ſibi ipſi diſſentientem.

5. Fallaciæ me arguis, quod in Autographo à te miſſo, abſolutè dixerim eumdem Caluinum in Catecheſi à te citata, *aliquem reuera infernum agnouiſſe*, poſtmodum autem immutauerim, dixerim, *potuiſſe agnoſcere*. Si ex fallaciâ, cui bono? An quod vna iſtarum aſſertionum alteri contrarietur? Quòd à facto ad potentiam male quis argumentetur? Aſſeruerit Caluinus & non potuerit? An quod in vtraq; ,nō ex tua mēte,& tuo animo ſcripſerim? Non enim ego, ſed tu hanc Catecheſim produxiſti. Adeò vt vna nō pl⁹,ex parte mea, meaq; mēte tibi patrocinetur, quàm altera. Quare, bone vir, petimus non vt ſis alter Seneca, des

——— *Quæ Piſo bonus, quæ Gotta ſolebat Largiri.*

Tantùm

Poſcimus vt canes ciuiliter ———

Fallaciam tibi ſolemnem ac familiarem tibi reſerues, non nobis falsò appingas.

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

In poſtremo tuo Sophiſmate puerili cauillatione deciperis, cùm ais, Enthymemate vſus ſum: Non ergo, vt cenſet Polyander, inductione. *Ad hoc argumentum tyrones noſtri in ſtudio Dialectices, ſi hic eſſes, ita tibi reſponderent, In hoc Enthymemate ſimul eſſe inductionem. Sic enim argumentatus es.* Caluinus locis citatis, hoc eſt, neque hoc loco, neque illo, neque item illo aut iſto agnoſcit infernum; ergo Caluinus, nuſquam agnoſcit infernum. *Conſequentiam huius inductionis negaui. Nam vt inductio ſit perfecta, addi debuit, neque vllo alio loco. At hoc falſum, cùm Catecheſi & alijs locis agnoſcat eſſe infernum. Pudet me tuæ ſtupiditatis, pigetque in ea detegenda plus verborum conſumere.*

ANASTASIVS CARMELITA.

135. §. 1. Non meæ ſtupiditatis, ſed te tuæ effrenatæ impudentiæ pigeat. Primò enim, non ſum vſus iſto Enthymemate, *Enthymemate vſus ſum, ergo non inductione*, ſed ſimpliciter, Enthymemate vſus ſum, non inductione, nec hanc concluſioſionis notam *Ergo* adhibui. Secundo falleris ipſe. Nam etſi inductio in ſe includat Enthymema, non tamen Enthymema inductionem. Adeò ſi Tyrones veſtri in ſtudio Dialectices non maiores, quàm tu fecerint progreſſus, tecum falli neceſſum ſit. Atque illis, quemadmodum & tibi hoc nuntium mitto, illos & te in Dialectica errare, qui in Enthymemate inductionem inducatis, neque eſſe quòd cenſurã veſtram reformidem, qui tam iniquos in Dialectica progreſſus feciſtis. Tertiò tam bene compto & farcinato Enthymemate, quod priori ſubornas non ſum vſus. Quod

Digitized by Google

vt Lectori manifeſtum fiat, videat cenſuram meam, quam ſecundam meam diſputationem vocas ſub finem, & huius libri tui pag. 29. Conſulat libri noſtri ſuperioris pag. 170. Et te mihi imponere, téque tui oblitum inueniet. Me vſum hoc Enthymemate deprehendet. *Caluinus citatis locis nullum alium infernum agnoſcit, quàm metaphoricum. Ergo in illis locis nullum reuera infernum agnoſcit*. Quod Enthymema me ad hunc Syllogiſmum reduxiſſe pagina 170. reperiet.

Quicunque docet infernum, ignem æternum, tantum metaphoricum eſſe; nullum reuera infernum, nullum reuera ignem agnoſcit:

Caluinus locis citatis docet infernum ignem æternum tantùm metaphoricum eſſe:

Ergo Caluinus locis citatis nullum reuera infernum, nullum reuera ignem agnoſcit.

Quod cùm Lector deprehenderit, quæſo, obteſtórque obſeruet Miniſtrum Caluiniſtam, quod ſæpè repeto, hominem eſſe ex mendacio & fraude compoſitum.

Polyander, quòd ſtudeas te ab ignorantiæ nota vindicare, nemo eſt qui omnino grauiter capiat, ſed quòd tot conuitijs ac mendacijs, ecquis ferat & patiatur? Niſi verò in miniſtro hæretico & contra veritatem armato, iſtud non poſſe non eſſe familiare cogitet.

Digitized by Google

CAPVT XL.

Licet ab hæreticis, quæ Eccleſia Catholica Romana credit, in dubium reuocentur; tamen non minus pro indubitatis & certis tenenda. Caluiniani dubitando, an Eccleſia Romana ſit Apoſtolica, Catholica, an ſit Purgatorium, an bonis operibus coram Deo iuſtificemur, dubitant an ipſimet habeant veram Eccleſiam.

POLYANDER CALVINISTA.

QVocumque me verto, nouum aliquod tuæ, veligrorantiæ, vel malitiæ, vel maledicentiæ ſpecimen oculis meis occurrit. Ignorantia tua his indicijs ſeipſam prodit, quod nonnulla noſtræ diſputationis capita, pro indubitatis atque approbatis rationibus accipias, qualia ſunt.

An in illo Symboli Apoſtolici articulo deſcendit ad inferna, mentio fiat de ipſo inferorum receptaculo: An Chriſti anima ad illum locum deſcenderit. An quiper Chriſti deſcenſum ad inferna, inenarrabiles intelligit animæ ipſius cruciatus & terrores, in quos ob peccata noſtra in cruce pendens demerſus fuit, aliquem reuera infernũ eſſe inficietur: An Patrum Concilia non errauerint: An veſtra Eccleſia Romana (*quã veræ Eccleſiæ ſuccũ ac ſanguinem amiſiſſe oſtẽdi*, ſit Apoſtolica & Catholica: An quia cũ Caluino ab ea diſceſſimus, hæretici ſimus nuncupãdi: An tua vocatio ſit à Deo, *qui nec Epheſ. 4. nec vſquam in nouo Teſtamẽto,*

Mona-

Monachos ad opus miniſterij & Eccleſiæ Chriſti ædificationem dediſſe dicitur. An ſit purgatorium, an Limbus puerorum: An bonis operibus coram Deo iuſtificemur, ac vitam æternam mereamur: An ſis in Eccleſia, quia Romanæ Eccleſiæ adhæreſcis.

ANASTASIVS CARMELITA.

136. §. 1. Ergo vnum ac tantulum in hac hydra quod reſtat caput reſecemus. In iſto, tāquam in vno faſciculo quodam quæ duobus capitibus collegeramus, colligit. In iſto, omnes calumnias & probra, quæ in nos ſæpè euomuit, recolligit

Perfuſus ſanie vittas, atróque veneno.

Quidni verò pro indubitatis & approbatis hæc teneam? Si quidem, quid cauſæ ſubeſſe poteſt, cur pro indubitatis & approbatis habere minùs debeam? An quia de ijs controuertitur?

At hæc non apud nos, ſed apud vos controuertuntur. At hæc à vobis in dubium, non autem à nobis reuocantur. Minùs propterea indubitata & approbata? Ecquæ fidei Chriſtianæ, Apoſtolicæ & Catholicæ dogmata ab hæreticis in dubium non reuocata, & in controuerſiam adducta fuere? Ideone pro indubitatis & approbatis minimè habenda & tenenda? Non fuerunt & extiterunt, qui ſciſcitarentur

Quid Deus, quid niues, quæ fulminis eſſet origo,
Iuppiter, an venti diſcuſſa nube tonarent,
Quid quateret terras, quæ ſidera lege mearent?

Minùs iſta nobis indubitata & approbata? Feſtiuè ſcilicet ac feliciter. Non pronuntiauit Chriſtus *Falſos Prophetas venturos, ſcandala fore* hæreſeon? Non Apoſtolus, *oportere hæreſes eſſe?* Non proinde agitata iri dogmata veræ fidei? Minus tamen indubitata & approbata viris bene Matth. 7. & 18. 1. Cor. 11.

Chriſtianis & Catholicis? Hoccine eſt indicium meæ ignorantiæ? Mi homo hâc ego ſemper teneri ignorantiâ optem; quando contrà eos cimmerijs tenebris captos perpetuò exiſtimem, qui ad tam vera, indubitata & perpetua ſerie ab Eccleſijs approbata & propugnata cæcutirent. Vides diſtemus,

Quàm quantum nouies mittere funda poteſt?

Certè quantum experior

——— *Et nos mare ſeparat ingens.*

Et licet ſingula indubitata & approbata ſint, à me tamen propugnata ſunt aduerſum tuas impias & eis contrarias aſſertiones, quantum materia præſcripſit, locus poſtulauit, ratio denique voluit. Quibus quid reſpondes præter ſolitas calumnias, mendacia, & probra?

2. *Eccleſiam Romanam veræ Eccleſiæ ſuccum & ſanguinem amiſiſſe oſtendiſti*, inquis. Fateor, ſi mendacia & calumniæ aliquid firmamenti obtinere debent. Fateor, ſi ſtudium ac voluntas, effectus ipſi ſint. Studuiſti contendiſti quantum potuiſti, non tamen oſtendiſti, nec oſtendes vnquam. Huic impio labori ac ſtudio omnem ſuam operam collocarunt Principes ſacrilegi Schiſmatis veſtri Caluinus, Beza, qui te longo poſt ſe interuallo reliquunt, vt pote viribus & malitiæ ingenio tepotentiores; ſed vt aliquoties dixi, oleum perdiderunt, perdidiſti & tu. Et valeat inanis & mendax iſta tua tibi familiaris iactantia. Hâc ſi potes, paſce irritos tuos conceptus. Per me licet.

3. *Epheſiorum 4. nec vſquam in nouo teſtamento Monachos*

Digitized by Google

nachos ad opus Miniſterij, ad ædificationem Eccleſiæ Chriſti, non legi à Deo datos. Reſpondeo. Primò non legi, non datos. Nam *expoſtulantes ſcripturæ teſtimonium in parte diuerſa, præiudicant quoque ſuæ partis ſcripturæ patrocinium eſſe debere*, inquit Tertullianus. Secundò non exprimi cuius conditionis eſſent antea, quos, poſt Apoſtolos & quoſdam alios, procedente poſtmodum & progrediente Eccleſia ad opus miniſterij & ædificationem corporis Chriſti Deus dedit. Tertiò, falſum eſſe quod dicis. Olim Saluator Matth. 19. Adoleſcenti illi diuiti, *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ poſſides, & da Pauperibus*. Tales non vocat nec dat ad opus Miniſterij, ad ædificationem corporis ſui? Status iſte perfectionis à Chriſto conſulente non inſtitutus? Status iſte perfectionis Monachorum non eſt? reddit eos inhabiles ad opus miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti? Iſtud quia falſum; falſum quoque eſt Epheſiorum quarto & nuſquam in nouo teſtamento legi Monachos à Deo datos in opus miniſterij, & ædificationem corporis Chriſti. Non hîc diſputabo, num Chriſtus Apoſtolos vocando ad id opus miniſterij, ſimul eos ad Monachatum vocauerit, tantùm adijciam & iſtud corollæ loco. Nempe; certo certius eſſe Polyandrum, nec Epheſ. 4. nec vſquam in nouo teſtamento à Deo in opus hoc miniſterij, ad ædificationem corporis Chriſti, legi fuiſſe datum, qui ſimiles vulpes à vinea ſua longè abactas cupit.

Matt. 19.

Po-

Digitized by Google

POLYANDER CALVINISTA.

*Malitia tua in eo perſpicitur, quòd Caluino ac mihi falſiſſimas tuas interpretationes adſcribis. Caluino pag. 171. Vbi hanc ip*ſ*us quæſtionem,* Cur hîc, *id eſt, in vltimo fidei Chriſtianæ articulo, hoc modo interpretaris,* Cur hîc, *nimirum in toto ſymbolo Apoſtolico,* ſola vita æterna cõmemoratur? *Mihi verò, cũ dico nos dubitare, an veſtra Eccleſia ſic Apoſtolica, &c. p. 185. vbi tropicas ac figuratas meas locutiones pro proprijs accipis. Diſce Anaſtaſi, quid ſit λιτότης, quid μειώσεως, vel μείωσις, quibus plus ſignificam⁹, quã pronuntiamus, & tunc leniore ac leuiore vocabulo, nimirũ dubitamus, me vſum fuiſſe intelliges, vt eo rem grauiorem atque aſperiorem denotemus. Quemadmodũ vir moderatus, tametſi alicuius proditoris infidelitatem ac perfidiam aliquoties ſit expertus, eámque toto animo execretur, ſe de ipſius fide dubitare indicabit, vt obiurgationis ſuæ ſeueritatem, hac mitigatione temperet, ſic ego, qui falſiſſimas veſtras aſſertiones ab adoleſcentia penitus repudiaui, atque etiam ex animo cum meis collegis deteſtor, de ijs nos dubitare ſignificaui, vt omnem de verborum meorum aſperitate conquerendi occaſionem tibi præriperem. Neſcio quid hominis ſis. Si duriùs loquor, me nimis ferociter, ſi mollius, me nimis, ais, dubitanter veſtras traditiones impugnare.*

ANASTASIVS CARMELITA.

137. §. 1. Quouſque tandem tot impoſturæ? Quis huius

——— *Viri ſperet ſermones eſſe fideles?*

Hæc ſunt, mi homo, formalia tua verba & propria tua manu ſcripta 17. Iulij 1607. *In ſua quoque Catecheſi ad hanc quæſtionem. Cur ergo ſola hic, nempe in ſymbolo Apoſtolico vita æterna commemoratur, inferorum autem nulla mentio?* Ex quibus poſtmodum, iſtam tuam interpretationem, *id eſt, in ſymbolo Apoſtolico* reſcidiſti. Quo quæſo animo? Sed cæca eſt, nec

ſatis

ſatis prouida malitia. Nam paulò poſt eamdem interpretationem retinuiſti, vt patet pagina 12. tuæ primæ diſputationis linea, 18. Hîc autem alteram interpretationem adfers. *Cur hîc? id eſt*, ais, *in vltimo fidei Chriſtianæ articulo?* Quæ tanta inconſtantia ac infidelitas? Tanta non contentus, mihi imponis. 1. Quod hanc interpretationem ad hæc Caluini, *Cur hîc*, id eſt, *in ſymbolo Apoſtolico*, eidem Caluino adſcripſerim. At non ego, ſed tu, vt propriæ tuæ manus ſcripto conſtat, & quam vt dictum eſt, retinuiſti pag. 12. linea 18. primæ tuæ diſputationis. 2. Quod huic tuæ interpretationi, quam Caluino affingis, non ego, addiderim hoc vocabulum, *Toto*. Non feci. Quanquam ſi feciſſem non malè feciſſem. Frontem habes Polyander? Conſidera quæſo Lector, quàm periculoſum & pernicioſum animum, ingeniúmque excoluiſſe, ac nutriuiſſe erroribus, falſiſque doctrinis. Iſte ſic mentem aſſuefecit mendacijs & fallacijs, quod proprium eorum eſt, qui animam ſuam errori vendiderunt, vt mendacia veritatem putet, veritatem mendacia eſſe velit.

Sed perbella eſt, quam recèns adfert, interpretatio ad hæc, *Cur hîc?* id eſt *in vltimo fidei Chriſtianæ articulo?* Quàm enim ridicula? Non pueris ipſis exſibilanda? Cur enim Caluinus quæſiuiſſet, cur in vltimo fidei Chriſtianę articulo ſola vita æterna cōmemoratur, & in eo nulla de inferni mentio fiat? An quod articulos fidei miſceri oporteat & ſimul confundi? An quod iſti duo articuli, vnius & eiuſdem argumenti ſint, non etiam diſtincti? Crede mihi Polyander. *Durum eſt contra ſtimulum calcitrare*. Quouſque non ſeriò cōſideras in omnium errorum occeano nauigans, quomodo Act. 9.

Scylla

Scylla latus dextrum, læuum irrequieta Charybdis
Infeſtat, vorat hæc raptas, reuomitq́ue carinas?

eorum pyratarum, qui nauem Petri ſubmerſam eſſe contentiſ ſtudijs volunt? Quouſque non ſeriò obſeruas, quot & quantos contradictionum ac contrarietatum anfractus eos ſubire contingit, qui, vt tu, veritati reſiſtunt, eamque expugnatam iri poſſe putant?

2. Quemadmodum porrò nihil Caluino impoſui & falsò adſcripſi, ſic nec tibi. An non hæc tua verba ſunt? *Si nos rectè vis monere de his, de quibus etiamnum dubitamus, An Romana Eccleſia, ſit Eccleſia Catholica, Apoſtolica: An ſit purgatorium; an bonis operibus coram Deo iuſtificemur, &c. certam ac genuinam inſtitutionem propone.*

Quis hæc legens, non videat vos ergo de iſtis, te confitente, dubitare? Proinde, qui non iudicet, de veſtra etiam vos religione dubitare? Vos dignos omni ſuppliciorũ genere, qui ob rem vobis dubiam ſanguine, armis, incendijs, ſacrilegijs, totum orbem Chriſtianum repleuiſtis, fædaſtis?

Sed ſplendidum iſtud effugium, quod fingis & in quod recurris; nempe vſum te *figurata & tropica locutione, Litote, Tapinoſi & Meoſi.* Sic videlicet rei veritate preſſi, ad figuras & tropos refugitis. Hæc petra refugium omnibus hæreticis. Fruſtrà, mi homo. Quis enim legens iudicaſſet te figurata & tropica loquutione vſum? Cùm ibi nullam videat figuram, ſed nudum & ſimplicem ſermonem? De me? Numquid tu

Antea corde mihi notus, quàm lumine viſus?

Num-

Digitized by Google

Numquid, quemadmodum *Deus intuetur cor*, ſic homines? Aut Deus ſum, qui mentis tuæ ſenſa penetrare debuerim? Non ita bone vir. Quare non fuit, quòd me alicuius tibi falsò impoſitæ interpretationis argueres; quin priùs mihi mentis tuæ ſimulationem aperires. Atque iſtud Lector prudens ſatis iudicabit. Simulatio autem, ſi, vt ſcribis, fuit, quod ego non conceſſerim, vide an non in Charybdim incideris, putans euitare Scyllam. 1. Reg. 17.

In rebus enim fidei, non ſimpliciter, non rotunde ambulandum? de rebus fidei per ſimulationem & fraudem quærendum, ſcribendum? Scripſiſti, inquis. Oſtendit enim tua illa egregia comparatio, & eiuſdem reductio, quam, vt te exprimas, adducis. Nimirum ſic facitis filiabus Iſrael, fraude & ſimulatione retinetis veſtra, & à ſua eas ſalute abducitis. Tam verè de vobis, quemadmodum & de Atauis & Abauis veſtris pronuntiauit Tertullianus. *Qui per fallaciam veniunt, qualem fidem diſputant? Cui veritati patrocinantur, qui eam à mendacio inducunt?* Tertull. lib. præſcript. cap. 14.

In crimine fraudis ac ſimulationis te relinquam? placet? Non exiſtimauero. Quî ſic? Quoniam ea ſit natura infidelitatis ac præſertim hæreſeos, dicente diuo Paulo, *Circa quæſtiones languere & pugnas verborum*; *ſpectans ad eos, qui & ipſi quærunt, nihil certi adhuc deprehenderunt, dubij ad dubios, incerti ad incertos, cæci ad cæcos*, ſcribit Tertullianus. Neque enim aliter eis accidere poteſt. Ecquis à veritatis via declinat, & dubius ancepſque animo non nutat? 1. Tim 6. Tertull. lib. præſcript, 14. cap.

—— Animus vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis: atque illuc, momentáque ſumit vtroque.

Vis

Vis rurſus aperiam & probem vos de iſtis dubitare, de quibus à me moneri poſtulaſti? Quereris, quòd *pro indubitatis & approbatis rationibus* ea teneam, pag. 411. 412. Qua de cauſa? Nonne, quia à vobis in dubium & controuerſiam reuocantur? De nobis? ea pro indubitatis & approbatis tenemus, credimus, quid ſupereſt, niſi vt vos de his dubitetis, qui in dubium & controuerſiam omnia reuocatis? Itaque Dñe Miniſter, dete xiſti, quod dicitur, poculum Roſis affectum, vulnus infidelitatis veſtræ. Duo ad aurem verba ne mihi velis denegare, ne hoc à me celes. Hac de cauſa nõ à tuis Symmiſtis, & Patribus probi illius conſiſtorij correptus fuiſti? Non accuſatus crimine detecti myſterij iniquitatis, aliàs non detegẽdi? Quidni enim? Nã ſi quis gregarius idipſum ſcripſiſſet tolerabilius illis fuiſſet: ſed inſignẽ illũ & notatum Miniſtrum, magnum illum Dñm **van den Kerck-houe**, primariũ denique illum Polyandrum, qui nulli ſuorum Symmiſtarum in doctrina, in zelo & obſeruatione Caluinianæ Eccleſiæ cedit, ſic ſcripſiſſe, culpa hæc non potuit, non omnino grauis eſſe. Sed & ſi de ſe tantùm fuiſſet loquutus, indulgeri poterat: omnium autem nomine ſcripſiſſe, res hæc non poteſt, non eſſe digna graui & ſeria animaduerſione. Quid igitur tu, quo te bene munitum & tectum aduerſus hæc exhiberes? Nempe, non eſſe quod iſtud ipſum tam durè exciperent, huic malo facilè poſſe occurri, ſi vſum te, non ex rei veritate, ſed figuratâ & tropicâ locutione ſcribendo nobis ſignificares: ſi tuo & omniũ tuorum collegarũ nomine ſacramentum, quod ab adoleſcentia Caluinianę impietati dediſti renouares; diceres quòd *falſiſ-*

ſimas

Digitized by Google

ſimas noſtras aſſertiones ab adoleſcentia à te penitus repudiatas, etiamnum ex animo cum tuis collegis deteſteris. Alioqui quid opus fuerat in renouatione tam impiæ abiurationis tuos collegas complecti? An quòd dubitaremus de eorum in infidelitate, conſtantia, & pertinacia? Actor. 20.

Cæterùm qualicunque Palinodia, aut conſilio vſus fueris, numquam efficies, vt nobis perſuadeas de ſupradictis, vt & de reliquis articulis, vos minimè dubitare. Hæc enim omnium hæreſeon natura eſt, hoc vitium: quin & tantùm

Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Aut cur in dubium & controuerſiam omnia quæ hactenus Eccleſia Catholica Romana indubitata tenuit, approbauit, credidit, tenet, approbat & credit adducitis? Fieri poteſt & non dubitatis? Non enim nos, qui ergo?

Hoc, ſi dijs placet, vltimo omnium Capite, *omnem de verborum tuorum aſperitate conquerendi occaſionem mihi præripere voluiſti*; qua de cauſa *Litote, Tapinoſi & Meoſi figuris vſus es*. Nugas Polyander, nugas agis, quas, moneo, alibi exponas. Nam cur non antea?

3. Facetum & iſtud, quo te moderato viro confers, & pro tua ſingulari ſcilicet modeſtia & animi moderata conditione, nos proditori. Nam moderato viro iuſtè conferri debet, qui nonniſi calumnijs, ſannis, mendacijs, criminationibus, integro libro agit? qui nonniſi ex fraude, ſimulatione à vero ſenſu omnia torquet, & ad inuidiam popularem traducit? Ac ſi dicas meretricem in actu ipſo meretricio virginem, pudicam ac caſtam.

4. *Quid hominis ſim, neſcis, inquis*. Nouit Deus.

Digitized by Google

Norunt & qui mecum verſantur. Qualiſcumque ſim, is ſum, abſit iactantia, qui ex animo deteſtor hoc hominum genus, qui *deſerto, quod retro fuerant*, qui excuſſo omni legum diuinarum humanarumque iugo nonniſi ad Lanienam, ad turbas excitandas, ad ſacrilegia, rapinas, deprædationes, animarum exitium valent. Is ſum, qui cum Thyeſte execror lupos illos, opto pereant, non vt Atræus nauigio enatent, quos in oues Chriſti & ouium paſtores

—— Collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſicco ſanguine fauces.

POLYANDER CALVINISTA.

Maledicta tua ſigillatim refellere non eſt mei inſtituti. Tantùm hoc nominatim dico, Caluinum à virulentiſſima tua maledicentia morſu prorſus eſſe ſecurum, ipſamque impudentiam longè altiores in tuo, quàm in præcurſoris tui Hieronymi Bolſecij *animo radices egiſſe, teque ex ipſius ore mendacij poſſe redargui, quum non ſolùm iniuſtiſſimarū ſuarum calumniarū, quas in Caluinū eructauerat, indignitatem publicè confeſſus fuerit, ſed ipſe Caſteij quoque Caluinum reſipiſcentiæ ſuæ teſtem, tanto ſtudio adhibuerit, vt non aliter ſibi pacem conſcientiæ conſtare diceret, quàm ſi Caluinum ſibi conciliatum moribundus agnoſceret. Neque illud certis teſtimonijs mihi hoc tempore probandum eſſe arbitror, quum Magiſtratus & Eccleſia Geneuenſis, idipſum ante aliquot annos abunde præſtiterint vitámque inculpatam Ioannis Caluini, ab ipſius collega Theodorico Beza accuratè deſcriptam, omnibus modis approbauerint.*

ANASTASIVS CARMELITA.

138. §. 1. Non fuit, quod maledicta mea, quæ nulla fuerunt refutare inſtitueres. Nam quæ de Cal-

Caluino ſcripſi, ex rei veritate ſcripſi & animo religioſo. Maledicentia non fuit, ſed infamis ac nimis ſuperbæ, fraudulentæque vitæ vera deſcriptio.

2. Neque ore Bolſecij mendacij redarguar aliquando. Quod enim de eo narras commentum eſt, & inuentum non Mineruæ, ſed Caluinianæ peruerſitatis. Maius teſtimonium habemus, impreſſam ſcilicet non ſemel ab eodem Bolſecio Caluini infamem vitam. Quod opus à ſe prælo commiſſum, & in vulgus emiſſum non retractauit. Quod feciſſet, ſi tanto ſtudio, vt ſcribis, reſipiſcentiæ ſuæ teſtem Caluinum habere voluiſſet.

3. *Magiſtratum & Eccleſiam Geneuenſem, omnibus modis approbaſſe Caluini inculpatam vitam à collega eius Theodoro Beza deſcriptam.* Firmum & dignum fide ſcilicet teſtimonium. At Aſini, equi, mulæ mutuis ſe ſcalpunt dentibus. Dignum mehercle eorum, quibus ne quis fidem adhibeat idem deſertæ fidei crimen, poſtulat: quibus leges ipſæ imperiales credi vetant, & quos velut infames omni teſtificandi iure & auctoritate priuant. Etenim

—— *Teſtis erit morti quoque dedita præda?*

POLYANDER CALVINISTA.

Sed hæc iam ſatis imò verò plus ſatis, vt opinor, ad retundendam ſycophanticorum tuorum clamorum importunitatem. Neque profectò hunc laborem tuas argutias ac technas detegendi ſuſcepiſſem, niſi adhoc ſapientis *auctoritas me perpuliſſet. quæ pluris apud me fuit, quàm nonnullorum meorum ſymmiſtarum ac virorum doctiſſimorum, qui tuas quiſquilias ac nugas hac replicatione indignas iudicabant. Conſilium Salomonis, quod me ad reſpondendum incitauit eſt,* Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſi-

Digitized by Google

Prou. 26. bi ſapiens eſſe videatur. *Quamquam ignorare te nolo, quod doctrinæ noſtræ veritatem ac Caluini innocentiam à tuis potius blaſphemijs vindicare, quam præfractæ tuæ inſcitiæ faces Lectori commonſtrare voluerim; hócque vnum quæſierim, vt ſaniores Pontificij hac mea commonitione veterno ſuo expergefacti, tandem ſentire incipiant, quàm inſulſis commentis noſtras aſſertiones ſacræ Scripturæ teſtimonijs confirmatas hactenus oppugnaueris.*

Anastasius Carmelita.

139. §. 1. Satis? imò ſatis, fateor; nec eſt quòd probes, ſed iniuriarum, mendaciorum, calumniarum, opprobriorum. Satis & plus ſatis falſarum, adulterarum tuarum interpretationum. Satis & plus ſatis effugiorum. Satis & plus ſatis ſaltuum Chameleontinorum, Simicorum, nonniſi ad eludia factorum, habitorum, quibus factum, vt obiectis noſtris minimè ſatisfeceris, eorum meliorem partem vix attigeris.

2. Finge porrò quamcunque voles cauſam cur nobis reſponderis: nonniſi vitioſam & iniuſtam adferre poteris; nonniſi meliore ſui parte mentitam.

3. *Huic qualicumque poſtpoſuiſti tuorum ſymmiſtarum iudicium, qui meas* (ais) *quiſquilias ac nugas indignas replicatione iudicabant.* Huic vaniſſimo tuo & eorum iudicio hoc nuntium mitto. Tales quiſquilias ac nugas eſſe, quarum pondus, nec tu, nec illi tecum aliquando ſuſtulerint. Doctiſsimos viros illos habe, ego eos non in re alia vlla valere ſcio

Tertull. l. de Idolat. cap. 18. quàm in impietate Caluiniana. Et verò, *ab immundis, mundum quid videri poteſt? Hominibus oculis orbatis, non omnia tenebræ?* Phreneticis illis tuis, quod

D. Chryſoſt. hom. 20 in 12. ad Rom. iudicium ineſſe poteſt, quàm Phreneticum? *Phreneticus, quod facit neſcit, nec videt quæ ante pedes eius ſunt.*

Et

Digitized by Google

Et tui illi ſcirent quid faciunt, viderent, quæ illis ante pedes: nolim te ignorare, me non illos, non te aſsis facere. Qui ſi te doctiores non ſunt, adeò docti ſunt vt nihil aut parùm ſciant.

4. *Stulto* tibi *ac fatua loquenti*, ne cùm ſis ſtultus, Eſa. 32.
videreris tibi ſapiens hactenus plus ſatis *reſpõdi.* In po-
ſterum, & voueo, *iuxta ſtultitiam tuam* ne forte, *ti-* Prou. 26.
bi ſimilis non dico *efficiar*, ſed videar, non reſpon- Act. 7. Rom. 1.
debo. Quodſi, vt cum D. Stephano loquar, ſem- Apo. 22.
per pergis *reſiſtere ſpiritui ſancto*; cum D. Paulo, vl- Zach. 11.
trò *veritatem in iniuſtitia detinere*, quod tibi ſimilibus imprecantur diuina oracula, tibi iurè ac meritò imprecor, *Qui ſordidus es, ſordeſcas adhuc*, qui vltrò *moreris, moriare adhuc*, Et vt ad proprij cognominis tui occurſum alludam,

Accipiat manes fœtida teſta tuos.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA.

Pag.7.lin.11. *πατταλικαινος lege πατταλικιωνος*. 21.33. Tigrum. l. Tigrium. 31.19. Dapaſtes *l.* Dapaſten. 53.20. opprobo approbo. 59.27 eſt. id eſt. 60.1. valuit. *l.* valent. 64.4. conſecrantur. *l.* Conſecrentur. 88.9. hinc *l.* huic. 95.33. qua, *l* quia. 127.4. nemini. *l.* memini. ibid. 13. accepit, *adde* non 112.9 alitore. *l.* altiore. 180. appellabunt. *l.* appellebant, 191.2. decerant. *l.* decernat. 196.14. non parum. *l.* nam parum. 220.11. ædificationibus. *l.* ædificatoribus. 242.14. & cum *l.* etiam. 248.28. cuiſque *l.* caſque. 255.7 præcedicatur. *l.* prædicatur. 277.15. adſcriptsi *l.* adſcriptis. 285.2. Franſcni *l.* Franciſcani 301. 20. Pſalto. *l.* Pſalte. 306.14. patefacitis. *l.* patefacite. 306 & 307. 31. Auguſtinus. Hieronymus, ſubaudi verbum ſubſtantiuū. 306.32. ſi. *l.* ſic 309.14. ſpolieris. *l.* ſpoliaberis. 334.23. iacentur. *l.* iaciuntur 372.1. hinc. *l.* hunc. 418.30. geri. *l.* gero. 429.32. mollititi. *l.* mollitie. 461.9. Chriſtianus. *l.* Chriſtianum. 463. 11 ad quos. *l.* ad quod. 465.26. veros. *l.* viros. 491. 20 puerilis. *l.* pueriles. 545.25. ſit. *l.* non ſit. 555.15. ab. *l.* ac 561.12. defendunt. *l.* defendebant. 609.5. contintur. *l.* continctur. 617.6. anſeibit. *l.* adſcribit. 617. 29. ſic. *l.* ſit. 628.9.10. puellabus *l.* puellis. 642.21. perfectis. *l.* præfectis. 658.13. timebant. *l.* tumebant 658 26. ſolæ. *l.* ſolius. 659.20. quis. *l.* quemque. 671.8. inſtitijs *l.* iuſtitijs. 684.33. collenda. *l.* colenda. 688.34. domo. *l.* Domino. 689.20. noſtæ. *l.* noſtræ. 744 14. domi. *l.* Domini. 744.32. credere. *l* cedere.

Alia ſi qua occurrunt ſine indice emendare poteris.

Digitized by Google

CENSVRA.

HOc Cœmeterium Caluini inferni *meritò Cœmeterium à R. P. F. Anaſtaſio Cocheletio Carmelita E. M. N. eſt appellatum. Quia & Polyandro, alias à Cœmeterio dicto reſpondet, & in veritate Caluini infernum ſepeliendum ſuſcipit, dum Sophiſmata falsò excogitata & malitioſè compoſita refutat, & in nihilum redigit. Quod ad verè ſentientium de religione Catholica cõfirmationem aſſero Id. April. an. 1611.*

Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus & Plebanus Antuerpienſis, Librorum Cenſor.

Digitized by Google

PRIVILEGIVM.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ, Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimorum Belgicæ Principum Privilegio cautū eſt, ne quis hoc *Cæmeterium Calvini inferni*, præter voluntatem Hieronymi Verduſſen Typographi Antverpienſis intra ſexennium excudat, aut alibi excuſum, in inferioris Germaniæ ditiones importet, venaléve habeat. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum, & aliâ gravi pænâ mulctabitur, uti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, ultimo Iunij Anno cIↄ. Iↄc. xi.

Subſignat

Lembaertz.

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-3

Digitized by Google